A R C H I V O D E S A N M I L L A N D E L A C O G O L L A

" C O L E C C I O N M I N G U E L L A "

Copias de setecientos cincuenta y un (751) documentos del Archivo de San Millán de la Cogolla, que abarcan del año 759 de Jesucristo, al año del Señor de ~~1595~~ 1545, que figuraron en los "B E C E R R O S G O T I C O y G A L I C A N O" del Monasterio, que para salvar aquellos del manejo diario formó el célebre Padre Fr. Plácido Romero, Ilmo. Archivero del mismo.

1545

$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$$

Becerro gotico ... galicano folio 95. buelto
A 24. de Abril de la era del Cesar 797. año de nro Sr. Jesu christo 759.

Numero 1º

Sub nomine Sanctæ, et individuæ Trinitatis. Ego igitur abbatissa Nonnabella, vacuum feci et corpus et animam huic Sancto monasterio offerre, et commendare curavi, quem iuxta dixi abbavi, et ex reliquiis almi Dei arcangeli Micaeli, et Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et Sancti Prudentii Sacrare disposui, et meum sorozium, que coram predicis patribus, idest, Egiziq Witilani regis, et Valentini pontificis nomina nostra in hac regula sancta roboravimus sub die octavo Kalendas madias, era septingentesima nonagesima septima. Maria hic roboravi. Amunna hic roboravi. Momnia hic roboravi. Cilo hic roborabi. Donna hic roboravi. Scemena hic roboravi. Imma hic roboravi. Mumnoza hic roborabi. Scemena hic roborabi. Urbana hic roborabi. Gimta hic roborabi. Aldaara hic roborabi. Sancia hic roborabi. Maria hic roborabi. Auria hic roborabi. Anderazo hic roborabi. Mumnaza hic roborabi. Eugenia hic roborabi. Clarea hic roborabi. Susanna hic roborabi. Mumadonna hic roborabi. Tota hic roborabi. Anderquina hic roborabi. Flagina hic roborabi. Guntroda hic roborabi. Gometiza hic roborabi. Muzaca hic roborabi. Luponi presbitero hii omnes roborabit in Christo, amen.

Num.º 2º

Era 838: año 800, á 15 de Septiembre: got. 46.b.to gal. 37.

In nomine Domini. Ego Vitulus abba, quamvis indignus, omnium sororum Dei servus, una cum cogermano meo Cavigio presbitero cum domno et patrono meo Sancti Emeteri et Celedoni, cuius basilica extrinse manibus nostris constauximus ego Vitulus abba, et frater meus Cavigius in loco, qui dicitur Taxanco in territorio Mainense; Et Sancti Martini, quem sub Deitionem(*) manibus nostris fundavimus ipsam basilicam in civitate de Arcapaxiniani in territorio Castelle; Et Sancti Stefani, cuius basilicam manibus nostris fundavimus in loco, qui dicitur Buxcenia in territorio Mainense, quem Deo tuitionem sub presentibus, parentes nostri Sebarus, et Mumadonna in religione reliquerunt Deo omnes, et luci, et de nostra infantia nichil fermi Domes. Nos vero audivimus, Scriptura dicente; Pace tractate et habete

* fora Sub Dei tuitionem. = al margen de mismo puño: Sub

celestia. Domine, que de manu tua accepimus, davimus tibi, et offeri-
mus hic sacrosanctos altarios Sancti Emeteri et Celedoni, et Sancti Mar-
tini, et Sancti Stefani Levite, et sic tradimus hic, et concedimus vel confir-
mamus per hanc scriptura testamenti animas et corpora nostra, atque
etiam omnibus rebus nostris, cum omnia que ganavimus, vel aucmentare
potuimus: id est, caballos, equas, boves, baccis, iumenta, obes, capras, por-
cis, lectuaria, vestimenta, Kasullas, libris, calicis, patenas, cruces, vasa ar-
gentea, et erea, et linea, et omnes nostras presuras, quam sub sedis Dei
auxilio accepimus, et sernas: ibi plantavimus extirpe ipsas baselicas pre-
dictas, fecimus culturas, plantavimus, edificavimus ibi domicilia, cellarios,
orreos, torcularibus, cortinis, ortos, molinis, mazanares, vineis, seu cete-
raque arbusta pomifera. Et sicut supra dictum est, fecimus presuras
ubi culturas nostras extendimus in Taranco; id est, de terminos de illo
valle de agro Maurenti usque summo tauzo; et vadit ad sumas fauces,
et ad suma cotiella; deinde ad Elhain, et pergit ad illo campo iuxta via,
que vadit de Taranco ad Orcelione; deinde ad fonte tabulata, et vadit ad
illas calles de Latreto; deinde ad illos nabalios, et vadit ad illo pino; dein-
de ad colina, et vadit ad via Angustina, et via qui discurrit ad Illicino;
deinde ad illa valliciella, qui est ripa de Ciella; deinde ad prato de Sofoce,
et vadit ad Campo iuxta via cum agro Maurenti, et revertit ad predic-
tum terminum ubi incipimus. Et illa serna ubi dicitur aquanovi iuxta cal-
zata, qui discurrit ad Sala: et alia serna ad illa ponte iuxta ipsa calzata, qui discurrit ad Sala,
et in loco, qui dicitur agro maiore in campos de Taranco, de illa faza de ze-
za usque ad Semitario, qui discurrit ad prato, et ad vado de laco maximo,
et usque ad illa ripiella de agro Maurenti in loco qui dicitur ad illa spina,
et ipsa ripa de illa via qui discurrit ad Ilicino, et ad illa via qui discurrit
ad illa vallicella: tradimus omnia, que prediximus, ad ecclesiam Sancti
Emeteri et Celedoni de Taranco. Et in Areapatriniani ad Sancti Martini,
invenimus ipsa civitate ex ruina desolata, et fabricavimus ipsa ecclesia
Sancti Martini, et fecimus culturas et laborem, et cum illa omnia here-
ditate, quem cludit muro in circuitu de ipsa civitate: et in ribonote in ca-
put aqua iuxta penniella fabricavimus molinos cum omnibus suis ins-
trumentis, et tradimus ad ecclesia Sancti Emeteri. Et in loco, qui dicitur
Burcenia in territorio Mene, ego Vitulus abba, et Ezbigius presbiter edi-
ficavimus baselica Sancti Stefani; et accepimus presuras, de illa ponte
ad illas lamellas iuxta ipso arrogio, qui ibi discurrit, et a toto termino

de cruz a cruz falta en el gotico por haber decercenado la hoja por la pte. superior.

usque ad summa ripa acuta, et vadit inter ambas ripas ad illa conliola, et iuxta ipso arrogio de inter ambas ripas, et exit ad illas ripiellas ad termino de Comasio Comasio cognomento Gomazi ad illa forca; deinde ad termino cum illo prato ad illa ponte: et ipsa serna iuxta ribo Burcenia, de termino Sancti Romani usque ad illa via, qui vadit ad vado de linares. Ita tradimus et confirmamus per hanc scriptura omnem nostram facultatem hic supra notatas, et ipsas baselicas Sancti Martini(*), et Sancti Stefani ad ecclesia Sancti Emeteri et Celedoni de Taranco. ut sint in auxilium servis Dei, et peregrinorum et hospitum, qui hic viverint, communiter cum illis vivant. Talem constituimus tenorem, ut omni anno tribus vicibus non desistant missas cantare pro his, qui hereditatibus possuerint, ut notum sit officium, et ab omnibus. Quod si aliquis homo de quacumque parte contra hanc testamentum pro aliquis rebus de quanto que hic superius resonat ad parte Ecclesie Sancti Emeteri et Celedoni, contemtor fuerit, vel adversarius extiterit, prius sit a Domino Deo maledictus et confusus, et ad parte rex pariet talenta auri, et ad regula parte tres libras auri, qui hunc nostrum testamentum disrumpere voluerit. Facta scriptura in era octingentesima trigesima octava, die decimo septimo Kalendas octobris: regnante principe Adefonso in Obeto. Ego Vitulus cum fratre meo Ervigio, legente, audivimus, manus nostras signos ✠ ✠ fecimus, et presentibus testes hic roboraverunt. Jaunti testis. Azanus testis. Munio testis. Jesnandus testis. Handaliscus testis. Leopinus presbiter scripsit.

Num.º 3.º

Era 845. año 807. á once de noviembre: got. 17: gal. 180.

In Dei nomine. Ego Eugenius presbiter cum socios meos, idest Belestar, et Gergius, et Nonna tradimus nos medipsos ad honorem Sancti Emeteri et Celedoni de Taranco etiam cum nostras proprias ecclesias pernominatas Sancti Andre apostoli, et Sancti Felicis, que manibus nostris extirpe radice fecimus in territorio de Areapatriniani in loco qui dicitur inter Pando, et Nocetosicco, cum illo termino de roigo ad roio, et de via de radice usque ad summa serra, ab omni integritate, cum terras, et mazanares, et cetera pomifera, defesas, et nostros domos ibidem, vel omnibus rebus nostris tam mobile quam inmobile, sic confirmamus pro remediis animarum nostrarum ad Sancti Emeteri, et tibi presenti abbati nostro Vitulo, ut sint ibi permansurum in secula seculorum. Facta traditionis scriptura in era octingen-

* in vitulo galicano: Sancti Romani pro Sancto Martino =

tesima quadragesima quinta, secundo idus novembris. Ego Eugenius et mei socii hec scripturia legente audivimus, manus nostras ✠.✠.✠.✠. roboravimus. Stefanus presbiter testis. Placencius presbiter testis. Sa-
lomus presbiter testis.

Adiciones hasta el 952.

Ego Alamentarius presbiter sic me trado pro remedio anime mee cum ipso meo mazanare, cum fundus terre, qui est in territorio de Taranco iuxta via, qui vadit ad Cella, ad ecclesia sancti Emeterii et Celedoni, et ad tibi abbati Exonio. In hac scriptura manu mea ✠ feci. Ulvimara testis. Fellus testis. Bandaliscus testis = Ego Enneco presbitero sic me trado ad ecclesia sancti Emeterii et Celedoni, et tibi abbati Alamentario cum mea facultatem, et hereditatem, et cum ipsa mea ecclesia sancti Capraesi, qui est in territorio inter Taranco, et Socemediana, cum illo termino de val[illegible] ad valle, et de radice de ripa ubi tempore ibeant illas aguas adiungunt, usque ad illo cotello, et circumdat toto quod ipso cotiello, terras, defesas, et in Taranco in illa terragine meo mazanare. Qui voluerit inquietare vel auferre, a parte Dei pariet libra auri due. In hac scripta manu mea ✠ feci. Gundericus testis. Facundus testis. Stefanus testis = Ego Sisnandus presbiter sic me trado pro remedio anime mee cum omnibus rebus meis ad ecclesia sancti Emeterii et Celedoni, et tibi abbati Enneco de Taranco, cum ipsa mea defesa de glandiferis ab omni integritate in Taranco in loco cui dicitur Traitorio iuxta via inter ambos Sautos, de alia parte via de traitorio, et in illo valle illa terra, que dicitur ortozolo cum decem mazanos. Et manu mea ✠ feci. Fellus testis. Laudiosus testis. Ilpidius testis. = Ego Aspre presbiter sic me trado pro remedio anime mee cum omnibus rebus meis, et que ad me pertinent, ad ecclesia sancti Emeterii et Celedoni, et tibi abbati Sisenando presbitero de Taranco illa quarta ratione in terras, in mazanares, in omnibus pomiferis, in casares, in cetera hereditate, de illo arco usque ad agro de Venzemalo, et iuxta termino de Lieto, de alia pars termino de Senioredo presbitero. In Licino in illa terragine inter ambas vias illa quarta ratione. Ego Aspre quod concessi confirmo. Facta scripta in era nongentesima quinquagesima, die duodecimo Kalendas octobris. Manu mea ✠ feci. Bandaliscu testis. Leto testis. = Ego Leto sic me trado pro remedio anime mee ad ecclesia sancti Emeterii et Celedoni de Taranco cum ecclesia sancti Pantaleonis, qui est in Villasuzda cum meo agro, et una vice in molino de loma in illa Sautilla, die ac nocte foria tertia de octo in octo dies omni hebdomada, confirmo, et tibi abbati Sisnando. In hac scripta manu mea ✠ feci. Petrus testis. Nunno testis, et roboramus hec.

hermano del abad Eugenio[illegible] [illegible]ra[illegible] habita [illegible]lledibo.

Herreñal.

Num.º 4.

Era 990 (año 852) á 4 de Julio, dia martes: 902. 47. 941. 377. } esta fecha leyo Abaixo en el Bec. 902.º Tratro de la ystoria de valpuesta fol. 36.º

Domus invictissimis, hanc triumfatoribus sanctis martiribus Gloriosis sancti Martini episcopi, sanctorum Juliani et Basilise, et sanctorum Vincenti et Leti, et Sancte Juste et Rufine, et sanctorum Johannis de Tocilio, et sancti Emiliani intresores (*), et sancti Adriani de Toce, quorum baselicas fundate sunt in territorio castellense in loco, qui dicitur Fontecesi subtus castro; illum vero vestro Paulus abba, et Johannes presbiter, et Numnu clerico, cum peccatorum mole depressis, spem fiduciamque sanctorum meritis non usquequaque desperatione deicimus, qui etiam conscientieque nostre reatu pavescimus semper, ut per vos sanctissimi martires tandem aliquando de reconciliari mereamur, Domino exobtemus, et de paupertate nostre aliquantulum ex voto proprio conferre debemus: Set quia scriptum est; venite et redite Domino Deo vestro: ideo tandem nostra devotione impleri procuramus: hanc igitur nos edificavimus hunc atrium sancti Martini, fecimus domos, et excalidavimus ecclesias per manibus nostris, et presimus vresuras in montibus, in fontibus, in exitis, et introitis, et vernas, et vineas: de ibo usque ad sancti Johannis de Tocilio, et de fonte canalega usque ad illo molino de Lavicas, et de puzone usque ad carrera cselina sicut pervexit ad Toce, et de illo molino de campiello ad integritate, ipsos molinos cum suis ductibus aquarum; et illa fonte iuxta Kasa ego Paulus abba per manibus meis fabricavi. Composuimus de sauro ecclesie, libros et Kasullas, et calices duos argenteos, quatuor Kasullas pallias, triginta libros, duas cruces de altaton, duos incensarios, quinque varos argenteos, sex cenapes pallias, sex pulmazos, decem iuga bobum, sexaginta baccas, septuaginta eguas, viginti Kaballos, decem mulos, duos arinos: istam totam rem iam dicta ego Paulus abba, et Johannes presbiter, et Numnu clerico nos illa tradimus ad patrono nostro sancti Martini, pro remedio animarum nostrarum in ipsa regula degentium, pro luminaribus altariorum vestrorum, vel elemosinis pauperum, et cum precatio loci illius de possessoribus, vel de iudices, et omnibus honoratos, cum confirmatione confirmamus, per Deum et regnum gloxie. Siquis amodo deinceps hanc nostram devotione, vel hunc testamentum ecclesie, que nos fecimus pro remedio animarum nostrarum, inrumpendum venerit aliquis

(*) pone: martires.

Domini nostri Jhu Christi, oratio illius fiat in peccatum, et cum Juda traditore habeat portionem in inferno infelici, amen: inuper ad comitis paxtem, pariet quinque libras auri, et retentato ad regula duplato. Facta scriptura sub era octogesima nonagesima, tertia

*(Al margen del texto gótico, y letra del siglo XI. está la nota siguiente=

Isti comite Rodexico populavit Ulmaia ter mandatum domini Ordoni regis in era DCCCLXXIIIum: (es el año de 860.)

feria, quarto nonas iulias: *regnante Rodexicus comite in castella. Ego Saulus abba, et Johannes presbiter, et Nunno clexico, qui hunc sacramentum regule fecimus, manus nostras ✝ ✝ ✝ pinximus, et confirmamus. Vegila abba ✝ fecit. Felmirus episcopus saluavit, et ✝ fecit. Gimellus, presbiter testis. Sebastus presbiter testis. Saxacinus, presbiter testis. Flaguidus presbiter testis. Ennecus presbiter testis. Gamalso, Beato, Lisidio fratres testes. Rodexicus presbiter scripsit.

(De monasterio Sancti Martini de Jhonia parte Ulena.)

Num°. 5°

(Otra fecha bajo, en el pral°. y cabo. Sacado de la Pl.ª de Usperta. Tom. 6°)

Era 901; año 863, martes á 4. de Julio: apr. 46: galic 909.

Sub nomine christi redemptoris nostri. Ego igitur Saulus abba, simul cum sociis meis Johannes presbiter, et Nunnu clexico, istis primis hedificavimus atrio Sancti Martini episcopi, eorum basilicas fundata sunt in Foce de Jlanio iuxta Sexea aqua, in loco qui dicitur Lausa, et presimus presuras in montibus, in fontibus, Semas in Lausa, et vineas in castella et septem molinos iuxta nostra Kasa, ortos, ecclesias, exitus, et intoitus, et defesas. Itaque venimus cum omnia, que potuimus ganare, viginti sex libros, quinque Kasullas de sirgo, duos calicis argenteos, duas cruces de alaton, duos incensarios, quinque iubos de boves, sesaginta baccas, quinquaginta equas, viginti Kaballos, duodecim mulos, duos asinos, septem vasos argenteos, duas cornias, quinque genapes de sirgo, quinque plumazos de sirgo, octo tapetes antemano, uno ferzio, duas campanas, centum quinquaginta oves, quinquagina agnos, quinquaginta axetos, usque modico gallina, que possimus habere. Et illas presuras, que accepimus, exterminavimus: id est de illo xibo, que dicitur napone, latus xibo usque ad Villamate; deinde usque ubi cadet in Sexea, et latus Sexea ad Suxum usque ubi cadet napone; deinde comodo pergit ad MeiaKa; deinde ad illo, pennoco Viyez Valle de Jovia; deinde pergit ad Sancti Bartolomei; deinde latus penna usque pergit ad Villamacce. Et presimus presuras in alios locos: Sancta Maria de Jovia cum suas hereditates, et montes et fontes, in exitus et intoitus, Semas, et marzanares iuxta Kasa, et septem vineas in loco qui dicitur Lazzace iuxta vineas de Tobillas. Sancti Johannis

x in vitulo galicano: Lasarace.

de Juenqueces integra, et sex casas salsas in sancta Maria de Rusion. Sancti Martini de Villalumnoj cum suas hereditates et pertenentia. Sancta Agatea de Uanata cum suas hereditates, et pertenentia: et illas presuras de Uanata determinavimus; idest, de primo loco vadit ad escaflieta, de illo monte de parte derecta medietatem, et pergit ad illo escanno super Angulo; et de illo monte de sinistro tertia parte; de illa serna qui prendet in medio monte, et vadit ad illo petrone, qui suma ad Juencoces, et vadit latus via usque illo semitario, qui vadit ad Baro: alia serna, qui prendet de ecclesia sancta Agatea, et vadit ad illa petralata ad sumante ad Baro, latus via usque ad illa barga, qui suma ad Lastras: alia serna sub Lastras, et pergit usque ad napone. Et presimus presuras sancti Romani de Valcabara cum suas hereditates, et pertenentia: illa defesa cum Kasa integra: duos molinos sub Kasa in illo xibo maior: exitus de ipsa Kasa, de illo xibo maior usque semitario de Subpenna: sernas, et manzanares, defesas, exitus et introitus in montibus, et fontes. Ego Paulus abba, et presbiter Johannes, et Munnu clerico sic presimus novem vineas, et septem agros in castella in loco qui dicitur sub penna ad sancti Juinici, ubi est nostro torcular: illas vineas de super sancti Acisclo, ubi dicent fontanas iuxta villa Lombana latus via, qui discurrit ad Cozmenzana: et ibi de in sancti Juinici nostros agros usque ad illa via qui venit de Cozmenzana, et discurret ad Imanna. Et presimus presuras in Castella, in Lausa, et in Ulena; et dedit nobis Dominus noster Jhs Christus presbiteros, clericos, conversos, et religiosos homines in istis nostris monasteriis: et sic tradimus ad illa nostra Kasa maior ad atrio sancti Martini episcopi, sancti Juliani et Baselise, et sancti Vincenti et Leti, sancte Iusta et Rufina, et sancti Felicis Nolensis, ecclesias fundata sunt in loco, que dicitur Fontecesi; et ita confirmamus, pro remedio animarum nostrarum ista regula per Deum vivum, et regnum gloxie in sancti Martini episcopi, ad serviendum, pro luminaribus altariorum, elemosinis pauperum, et cum prestario loci illius de regibus, et potestatibus, et cunctis gentibus, et cum comunatione confirmamus. Siquis vero homo amodo demeps hanc nostram devotionem, vel confirmationem cum ecclesiis, que nos edimus pro remedio animarum nostrarum, ad inrumpendum vel devorandum venerit, sit comes aut potestas; in primis sit a Domino Deo omnipotentis maledictus et excommunicatus ad corpus et sanguis Domini nostri Jhu Christi; et oratio illius fiat in peccatum, et cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori, amen: et insuper ad comite parte exolbat decem libras

auri, et duplum ad regula. Factum scripture testamentum ecclesie sub die tercia feria, quarto nonas iulias in era octingentesima nonagesima prima: regnante Rudericus comite in Cartella. Ego Paulus abba, et Johannes, presbiter, et Nunnu clerico, qui hanc testamentum regule fecimus, manus nostras ✠. ✠. iniecimus. Vigila abba ✠. fecit. Arisius abba ✠. fecit. Gaton abba ✠. fecit. Tudericus abba ✠. fecit. Selmirus episcopus ✠. fecit, sacravit, et confirmavit. Gemellus presbiter ✠. fecit. Severus tes-tis, presbiter. Sarracinus presbiter testis. Flaguidus presbiter testis. Enne-co presbiter testis. Comeno, Beato, Losidio ✠. ✠. ✠. fecerunt. Didaco pres-biter scripsit.

Num.º 6.º

Era 893: año 855, viernes á 6 de Julio: got. 73.º 2.º: gallic. 85.º

Esta fecha hoy Uregaive en el Ti-bre del Rei.º go.º: y jr.º de Valpuerca 3 fam. 6.º

Domnis invictissimis, hac triumfatoribus sanctis martiribus gloriosis San-ti Romani episcopi, et sancti Petri apostoli, eorum basilicas fundate sunt in loco, qui dicitur Vale de Dondisle, ego Paulus abba, et Johannes presbi-ter, et Nunnu clerico per nostras manus excalidavimus, et domos fecimus et posuimus presuras in montibus, in fontibus, in exitis et introitis; id est, de Coba porrera usque pergit Allampo, et sancti Saturnini usque ad Crelio destero et de sinistro, ab omni integritate. Ego Paulus abba, et Johannes pres-biter, et Nunnu clerico sic tradimus istum monasterium pro remedio ani-marum nostrarum cum suas presuras, et sua populatione pernominata Villella ab omni integritate, ut serviat ad Sancti Martini de Ferrane per in seculum seculi. Siquis vero homo extraneare voluerit, sit anathe-macitatus, et percussus, et in infernum voragine sit dimersus, amen: et disolvat a parte Comitis tres libras auri cocto, et ipsum monasterium, et ipsas presuras duplatas, vel melioratas in tales locos quales iuctus ha-buerint. Facta carta testamenti, quod exit sexta feria, tertio nonas iu-lias, sub era octingentesima nonagesima tercia: regnante comite Rude-rico in Cartella. Ego Paulus abba, et Johannes presbiter, et Nunno clerico, qui hunc testamentum regule fecimus, manus nostras signos iniecimus ✠. ✠. ✠. et confirmamus. Vigila abba ✠. fecit. Arisius abba ✠. fecit. Gaton abba ✠. fecit. Tudericus abba ✠. fecit. Selmirus episcopus ✠. fecit, et Sacra-vit. Gemellus presbiter ✠. fecit. Severus presbiter ✠. fecit. Sarracinus pres-biter ✠. fecit. Flaguidus presbiter ✠. fecit. Enneco presbiter ✠. fecit. Come-so, et Beato, et Losidio pariter ✠. ✠. ✠. fecerunt. Rodericus presbiter scrip-

Num.º 7.º

Era 900: año 862: got. 46. b.to: gal. 110

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Roderico spontanea voluntate, pro remedium anime mee, trado me cum propria mea hereditate, quem habeo de parentibus meis de Vermude Albarez, et de Guntroda ad atrio Sancti Martini de Flanio, et ad tibi Munnioni abbati cum collegio fratrum illa hereditate in loco, qui dicitur Villota, et Villateca: et Sancti Stefani cum suas hereditates, et divisa in montes, in fontes, in pratis, cum exitus et introitus. Et in Baro Sancti Justi et Sancti Petri cum sua divisa, mediate de illa: ipsa divisa, qui est a parte de illa fonte iuxta ecclesia, cum suos exitus et introitus in montes in fontes, et in omnia pertinentia, sana et integra ibi permaneat. Siquis autem ex meis sanguineis, vel extraneis hanc meam offertionem disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et a Comite solvat quatuor libras auri, et duplum. Facta carta in era nongentesima: Regnante Roderico Comite in Castella.

Num.º 8.º

Era 901: año 863, a 15. de Marzo: got. 80: gal. 111. b.to

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sebero abba sic me trado ad regulam sancti Felicis, et ad ipsos atrios sanctos pro remedio anime mee, cum libros ecclesiasticos, et libros espirituales, duas cruces una de argenteo et altera de allatone, Kasulas greciscas, et tesauro ecclesie, et in flumine Besga quatuor molinos, et sernas et mazanares, et de pascuis defesas, ut ante Dominum mercedis recipiam vicem. Similiter et ego Didaco comite comendo et trado corpus et animam meam ad atrium Sancti Felicis, et Sancti Johannis, et Sancti Micael, et Sancta Maria, et Sancte Crucis in manus Monnioni abbatis in regula sancta, et fratribus presentibus coram Deo, et sanctis eius; concedo et offero ad prefatum monasterium Sancti Felicis Aukensis unam decaniam in villa Domino-Asur, id est Sancti Johannis cum suo ingressu et regressu, et hereditate, et molinos. Et alia decania Sancti Pelagii in Platano cum suo introitu, et exitu, et suis terminis, vel terris, et vineis. Et tertia decania in Birviesca Sancti Cipriani cum suo ingressu, et regressu in suis terminis, et terris et vineis ab omni integritate. Et quarta decania in Juncaria cum terris et suis vineis, exitu vel regressu ad integritate. Et quinta decania in Termino de Sancta Agatea cum divisa pratile ab illo ribulo usque ad pontem, qui est sub ipso monasterio, cum ingressu et regressu, et hereditatibus, et terminis, cum omni integritate. Et sexta decania Sancti Saturnini de Eguzuza cum sua hereditate, et pomiferas ab omni integritate. Et septima

Decania Sancti Stéuanes de Vaiago cum suas vineas, et defesas in montibus, et suis pomariibus. Et octava decania Sancte Christofore, qui est super villa de Sbous cum suo introitu, et regressu, et suos montes, et terminos: Burcau qui galiafaza est, cum suos terminos de pascuis cum collegio Auikensi una pariter in ipsos montes, et ipsas defesas per secula ab omni integritate. Nona decania Sancti Cipriani, qui est super villa de Orotz, cum suas hereditates, vel divisas ad integritate. Ego Severo abba, et ego Didaco comite sic dono et confirmo ipsas decanias, et ipsas hereditates, et ipsos montes cum suos biscaines, et cum suas divisas per omnia secula, amen. Si vero quilibet homo tam de mea progenie, quam de extraneis, pro potentia sua meum testamentum disrumpere aut extraneare voluerit; comunione illius incita sit cum Diabolo, et non habeat cum Christo porcione; sed cum Juda traditore in infermo infertore, et corpus suum non recipiat terra, amen: Et super hoc, qui recentaverit a parte comitis pariet septem aureas libras, et ad ipsa regula Sancta ipsas decanias, et hereditates, et quod recentatu, restituat duplatu. Facta carta idus martias, era nongentesima prima; regnante principe rege nostro Adefonso in Obeto. Ego igitur Didaco comite, qui hanc regula confirmavi in atrio Sancti Felicis et in manu de Severo abbati, manu mea signum + feci. Gomaz hic testis. Gogenella hic testis. Sarracino hic testis. Sancio episcopo hic testis. et confirmans. Tamarum presbiter scripsit et testis.

Núm.º 9.º

Era 902: año 864. á 29 de Mayo: got. 45: galic. 308.

En el Becerro gotico, y de letra del Siglo XI. en q se escribio la mayor p.te del Thombo se halla la nota siguiente =

Isti comite Didaco, prolis Rodrico comite, populavit Buabilo per mandatum Domini Adefonsi regis in Era DCCCCXXII.

Es año de 884.

In nomine redemptoris nostri. Ego quidem gratia Dei Didaco comite amore divino compunctus, ac scelerum meorum numerositate recordatus, sic facio donationem pro remedio anime mee ad atrium Sanctissimi Felicis, et Sancti Micael, et Sancte Marie, et Sanctorum Fidei et Fausti, et Sancti Johannis de Auikensis, et tibi patri Severo abbati, necnon et omnibus tibi subiectis clericis in ibidem die nocte Christo famulantium, videlicet concedo et confirmo ad predicti Felicis Sancti, Auikensis meos monasterios, qui sunt in loco vocabulo Sub Angulo Sancti Johannis de Bancena, et Sancti Fabi, et Sancte Eugenie cum suas hereditates, et suas regulas, et suas iacentias, et defesas in montes extos, et posuit terminos de hereditates, vel de exitus in hac regula: de illo loco qui dicitur coba Ezguti usque ecclesia Sancti Micael, et ad illum riburn de Rozas, et ad Sancti Romani de Fabione; et per Abrapaxapos usque illo rivo de Longas, et pervenit ipso termino ad pennafiscal; deinde per medium montem de Maneta usque ad illa cicuna de Salvata, et ad illa pomata. Et ego Didaco

Comite confirmo ad huius regule et ad Aquelle abbate de Sancti Johannis ipsa defesa et silva, qui est in Barcena; de illo vado usque ad illo roio qui descendit de Salvata: itaque preter homines de hunc monasterio, alios homines de alias villas non habeant licentiam in ipso ribo infra terminus supradictos piscato prendere, nec aliqua genera occidere in ipsa silva glandiferos vel aliqua genera arborum, que sunt in ea in Barcena. id est de illo roio de Salvata per suma ripa de Barzena usque ad illa via publica, qui discurrit ad Salvata apud Salbanto; et pro illo semitario, qui discurret de Faro ad Coronellas, et per suma ripa usque ad illa Senera de Gaucella: in ipsa silva defesa, alios heredes non habeant portione, set propria sit confirmata in hunc monasterium: Et ipsa serna de Gauzella de illo ribo maiore ad sursum, et iuxta arroio de Gauzella usque ad illo fonte, ad integritatem sint confirmata, amen.

forte: Serna

Et ego Didaco comite pro remedio anime mee sic trado alios monasterios, id est, Sancti Vincenti de Annis, Sancti Jacobi, et Sancti Johannis de Uzuza, Uzuza de sursum, et Uzuza deorsum, cum suos dexteros de eius circuitum, de subtus pars ecclesie usque ad fonte, et de ipsa fons usque ad suma pinna de Urzanico, et ad summum de Uggatarz, et de illa fonte qui stat ante ecclesia Sancti Vincenti cum sua defesa, et ipsa Senera, qui est infra ipsos terminos ad integritatem, et sauto de Vilvertes: in ipso ribo, qui curret, nullo homine aussus sit piscato prendere, nec de illo ribo maiore ad sursum, nisi Aquelli abbas, et suos fratres, et Balero abbas de Sancti Vincenti de Annis, et suos fratres, et Fenestero abbas de Sancti Jacobi de Uzuzas cum suos fratres. Et ego Didaco comite sic trado similiter alios monasterios, id est, Sancti Martini episcopi, et Sancti Juliani et Baselise, Sancti Vincenti et Leti, Sancta Justa et Rofina, Sancti Felicis Nolensis, cuius ecclesias sunt fundatas in Pontecerci, cum omnia pertinentia, montes, terminos, cum regulas: ego Didaco comite sic confirmo istos monasterios cum suos monacos et suos fratres, ut serviant ad Sancti Felicis et Sancti Micael, et Sancte Marie, Sancti Petri, Sancti Johannis, qui sunt ecclesias fundatas sub Aukensis et ad Sebero Abbas cum tres calicis argenteos, quinque calicis de stango, sex Kasullas de sirgo, octo Kasullas de lino, triginta octo libros, et cum istos abbates de istos monasterios. Et condono meos decimos de ipsos monasterios, id est, duocentas sexaginta octo baccas, quadraginta duas equas, octoginta quinque porcos, et octoginta tres Kapras, decem et sex Kaballos, et septem mulos, et uno asino per ad equas, et sex genapes pallias, novem pulmazos palios, et viginti tapetes antemano, duodecim pulmazos lanios, et una grege de oves: Et meas villas pernominatas et suas decanias ad ipsos deserviant, id est, Angulo, et Salbata, et Eberza, et Lixarzo, et Urzanico, et Pando, et Fluiso, et Erbico, Desolio, et Deobaltia, et

Serna.

Vot. et meas villas pernominatas suas decanias ad ipsos deserviant. Id est

Salbantone: Et concedo ad Sancti Felicis divisiones pro suos ganatos ad pastum in montes, in fontes, in exitos et introitos; de Sancti Micael usque ad illa coba Ezquti, et ad illa ponnata; deinde ad Sancti Romani de Flabione; deinde Alzaparapos, deinde ad ribo de Longas, et de penna ad penna usque ad illa ponnata; ita ut ad isto ganato de Sancti Felicis non inquirat aliquid homo montatico. Et condono ibidem duas cruces de argenteo, una de allatone, duos incensarios, quinque basos argenteos, quatuor cornias. Et hec omnia predicta liberos et ingenuos confirmo per in seculum seculi. Siquis autem homo disrumpere voluerit ista regula rex aut comite, vel potestas, aut abbas descendat super eum iram Domini nostri Jhu Christi, et cum Datan et Abiron habeat portione in inferno inferiori, et absorveat terra, sicut absorbuit Sodoma et Gamarra(*), amen: et ad regali parte pariet duo talenta auri, et duplum ad regulam. Facta carta testamenti, era nongentesima secunda, die sexto nonas maias, regnante principe rege nostro Adefonso in Obeto. Ego Didaco comite, qui hanc regula confirmavi in atrio Sancti Felicis, et in manu de Sebero abbati, manu mea signum ✠ feci. Gamace hic testis. Gonellu hic testis. Sarracino hic testis. Sancio episcopo hic testis. Tamarun presbiter scripsit.

Debet dicere: Gomorra.

Num.º 10.º

Era 905: año 867, primero de mayo: got: 10: gal. 131. b.to

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Guisandus abba simul cum sociis meis aliis fratribus, sub benedictione domino Elmiro episcopo, nuper fabricavimus ecclesia in nomine sancti Johannis evangeliste, et Sanctorum Justi et Pastor, et Sancti Caprasi in locum, qui dicitur Orbanianos et Obarenes, in era nongentesima quinta, notum die inquoatum est fundamentum Kalendas maias. Ad honorem predicti sancti ego Guisandus abba de eo, que michi pertinuit, concedi mea quinta: similiter alii quanti hii properati sunt, que concedimus, firmamus perhenniter usque in seculum, amen. Concedimus ad sanctam ecclesiam libros ego Guisandus abba cum sociis meis, idest, antimfonario, missale, comnico, ordinum, orationum, imnorum, psalterium, canticorum, precum, passionum, et terras, que de manimus meis rumpi, et fodi in Castella, in etiam in Obarenes, et in Boruebam; in Sancti Mametis uno agro, alia terra in ripa auta iuxta terra de Orbano, et Kanare in Ebro; in Corello uno orto iuxta via, et ferragine iuxta ribo de Ferrera, et era: alia terra in Reconco iuxta terra de Sancti Mames; alia terra in valle de Fredas iuxta Demeno; una vinea in valle de Fredas iuxta limite de Saborito, alia vinea in illo plano iuxta vinea de Veila; alia vinea in illo Sauto in illa entina iuxta limite de Sebero; alia vinea in aqua fierco, una

Dmo Elmiro

terra ad illa nave de Coreggo ad illas barcenas; et in Obarenes terra iuxta Kasa, et mazanare iuxta limite de Eximino, vna ferragine cum suos pomiferos iuxta limite de Sendino, vno ortum cum pomiferos iuxta limite de Troila, alium linare in pratum, vna terra ad illo roio iuxta via, et molino in ribo de Obarenes quatuor vices de octo in octo dies, cum suo orto, et alia terra iuxta limite de Abenti, alia terra in illa encina iuxta limite de Guisando, alia vinea in soto ad fonte in Loperuela iuxta limite de Telex, ego Guisandus alia vinea in Sauto iuxta terra de Goina, vna terra in Villa Semprum iuxta Karrera, alia terra in Orbanganos ad fontaniella, vna terra et vna serna in Margaluli iuxta limite de Mogesto, alio agrum in valleamplam iuxta limite de Ferruzo: ego Monnio presbiter trado ad ipsa regula tres vineas meas proprias, et sunt in costa de Berceia, vna est iuxta vinea de Seseguto, de alia pars vinea de Sancti Johannis; alia vinea iuxta vinea de Elduara, de alia pars vinea de Belliti; et tertia vinea iuxta vinea de Flaino, de alia pars vinea de ipso Flaino. Qui traxerit, quod ego scripsi extra regula; sit a Deo alienatus et a fide catholica, amen: Ego confirmavi et signo ✠ inieci. Hec quod scripta sunt, ego Guisandus abba, Maurellus abba, Amomar monacus, cum aliorum plurimorum clericorum, confessorum, laicorum, etiam de potestatibus multis, qui ibi offeruntur, omnes confirmamus, et signos ✠.✠.✠.✠.✠. iniecimus. Qui tulerit a comite parte pariet tres libras auri.

Adicion del 1043.

donac.s al mismo. } Ego Linciniano et filiis meis Didaco, Olimpia, et Cariella pariter placuit nobis, et vendimus ortale nostro proprio cum duos mazanos, et vno cereso tibi abba Izan et ad fratres Sancti Mametis in precio quod placuit nobis, id est, tres solidos argenti, et ipse ortus est cum pomiferis in Castella in villa Orbanganos in illo fonte: et de hac ora de nostro iure exito, et in vestro iure permaneat vsque in seculum. Siquis de gente nostra, aut extraneis pro ipso orto vocem levaverit, pariat ad partem regis triginta solidos, et tibi Izani abba ipsum ortum duplatum et melioratum cum fructibus quales habuerit. Facta carta in era millessima octogesima prima, regnante rege Garsea in regnis suis. Ego Lincingano cum filiis meis ad confirmationem huius scedule damus testes, id est, Teles, Obeco, Falconius sunt fidiatores.

Num.o 11.o

Era 907: año 869: got. 80. b.to gal. 112. b.to

In nomine Domini nostri Jhu Christi. Ego Comite Didaco spontanea volun-

tace, pro remedio anime mee dono ad Sancti Felicis et Sancti Johannis, Sancti Micael, et Sancta Maria, Sancte crucis divisionem in montes, et in fontes, et in pascuis, egressus atque regressus in montes Arikensi; id est, de Val de Arnelo quantum potest, pascare cotidie cum uno carro, et uno arino, et cuncus fratres, qui ibidem sunt, in humeris eius: pro ad illo ganato divisione pari, pasce cum illa civitate Arikense pascere; in Fornelo una baccariza: in Ripacorca una baccariza: in Vallezarratone una baccariza: in Arboscomparato una baccariza: in Lazaredexa una baccariza: in Muntelle una baccariza: in Veuschelli una baccariza: Gallafaza, et Collatos duas baccarizas sive pro porcos, sive pro oves, sive pro baccas una pariter cum civitate Arikense pascendas, et habendas in secula seculorum, amen. Ego Didaco comite, hoc testamentum vel firmamentum tibi abbate Seberius, vel omnium collegum fratum. Siquis homo de meis propinquis, vel etiam longinquis, qui hunc meum testamentum disrumpere conaverit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, demumque cum Juda, proditore habeat portione in inferno infelici, amen; et a parte regis exolvat talenta auxi libras exolvere cogatur. Facta carta in era nongentesima septima, regnante Adefonso in Obeto, et Didaco comite in carrella. Sebexus abba confirmans. Sancio episcopo confirmans Domace confirmans. Flagino confirmans.

Num.º 42.

Era DCCC. año VIII: qot. Ioc: galic. 6 D. 8bre

In nomine ingenite, prolisque, ac procedentis, conexa unius semper natura Deitatis. Ego igitur senior Auxoncius, et filius meus Tellus, et domino Bibere episcopo, et domino Petro abba de OKoirta, et domino Flaquide presbitero, et domino Vitulus meo sobrino, et domina Obtavia matre de domino Bibere episcopo, et filiis nostris: nos omnes placuit una concordia cum firmitate et valentum, pro remissionem peccatorum nostrorum, et pro lumine animarum nostrarum offerimus et donamus ad honorem Sancti Vincenti de OKoirta, et tibi abba domino Petro ecclesias Sancta Gratia, et Sancti Martini in villa Stabellu de illo fresnu usque salone cum exmino, et pertenentia, et cum terris vineis, ortos linares, fexagines, pomares ad integritate: quia ipsas hereditas de nostros abus habemus de legione venerum ibi. Siquis autem ex nostris propinquis aut extraneis hanc nostram donationem in aliquo disrumpere, confringere, minuere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et dimittat in fronte lucernas; et cum Diabolo in inferno penas luitorius, amen; insuper a parte regis exolvat talenta cocto auxi, et retornet ad regula duplo. Domino Johannes, et Domino Ermenio, et Domino Ildemiro, et domino Numo presbiteros testes. Et Marcelinus, et Facundus, et Severinus, et Emilianus fratres

pio terreo. Similiter in regula Sancta de Okoirza Dedimus Sancta Maria de Foce de Arganzone de Ytuma de Letonnu cum exitus et aquas, molinos orcales: et Sancti Salvatoris, et Sancti Cipriani, et Sancti Romani cum pertinentia, id est, usi iniciat via zacica sub defesa Cuheki usque via de Olloroz, et de Spino abbate Heloxiga usque Sancti Romani: et Sancta Eugata, et Sancti Acisculi, et Sancti Emeterii et Celedoni, et Sancti Christofori cum suas hereditates: et Sancti Jacobi, et Sancte Cruces, et Sancta Eufimia cum suas hereditates, medio nozal in Zestabe de sua lex. Sancti Juste, et Sancta Eugata, et Sancta Dorotea cum suos exitus, et sunt ibi reliquias consecrate Sancti Vincenti levite, et Sancti Felicis martiris, et Sancti Fructuosi, et Sancti Babile, et Sancti Mametis, et Sancti Ildefonsi episcopi. Et venimus ego domino episcopo, et domino Petro abbate, et domina Obecia in Okoirza cum Seniores et principes terre, et omnes populi confirmaverunt et iudicaverunt tam clericis, quam decanos, et archidiaconos, ut predictas ecclesias cum pertinentia sua sin in honore, et obedientia in Sancti Vincenti de Okoirza per omnia secula, amen. Et notum sit omnibus hominibus, quia hunc monasterio de Okoirza sit libero, et ingenuo absque ullo pacto, et sine debito, quod non debet donare ad nullo homine seu mundo ad regem, et ad comitis terre, quod possit valere, et ad Deus rogare. Era nongentesima nona. Alfonso rex in Oveto. Didaco comite in Carrella.

Adicion entre los años 974 y 995.

Deinde transactis annis plurimis episcopus in predictas ecclesias voluit pertias inquirire: et ego Alvaro abba de Okoirza, et episcopo domino Munnio fuimus ante rex Sancio et domina Urraka regina in concilio de Nalilona, et levaronse seniores terre, et populi, et testificaron, que non habuerunt lege nisi ad suos sanctos: et pro iussione Sancio rex ego Albarus abba cum meos fratres iuravi in Sancti Torquati, et in Sancti Martini de Fozonda; et fuit nostro monasterio firmato in sua lege sine pacto. Et inveni triginta eras salsas et uno puteo in Angana, habui et tenui in meo iure: Omnes de Terratos terres. Regnante Sancio rex in Pampilona; comite Lupe Sanzaciez in Divina: Assurita Didacoz in Estiviliz: Alvaro Sanzaciez in Muriellos: Salione de comite Munnu Baliza: Decano de episcopo Obeco, presbiter de Bergale: Comite Garcia Fredinandiz in Carrella

Otra adicion del año 1034.

Era millessima septuagesima secunda xxx abba Zelli, et abba Zelli, et abba

Johanne, et abba Vaquide, et abba Mumio Albarez fuerunt cum suos fratres in regula de Obierta: ego Obeco, et Belaga, et Placemi, et Beila, et Mumio, presbiteros in ipsa regula nos roboramus, et cruces fecimus ✝✝✝✝✝✝: Similiter nos, fratres Conolle, et Zellu, et Zelane, et Johanneo, et Amate, et Monnio, et Ame, et Ame, et Monnio et Mumizu, et Vaquide, et Johannes, et Sanquelle ✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝✝ fecimus, et roboramus.

Cruz los dos arreglos se halla inserta la siguiente noticia, prolixiam^te marginal=[1] Este estar en el original:
Domno Mumio episcopo, Begilaza, obiit in xibo de Sancti Stefani, sumulatus est in Alcopa=

Num.° 53.

Era DCC: año 873. á 18 de abril: got. 7.°: gal. 369.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Martinus presbiter, simul mecum sociis fratribus morantibus, divino amore compuncti, ac pia Domini misericordia recordati, Christoque nobis auxiliante, fecimus ecclesias invocatio Sancti Martini, et Sancti Felicis, Sancti Mametis, Sancte Teodorie, easque in hoc monte construximus, et sacravimus; unde visum fuit nobis pro remedium anime nostre, spontanea, voluntate concedimus et confirmamus ab honore Sancti Emiliani et Sancti Stefani de Salceto, predictas ecclesias, cum montes, agros, et terrenencia, terminos, que concludet, et suo puteo roboramus nos, et rege Adefonso, ut ibi seruiant per omnia secula, amen. Siquis vero ex nostris, aut extraneis super hanc nostram donationem in aliquo disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotentis maledictus et confussus, et cum Juda traditore sortiatur, et a parte regale exsolvat quatuor libras auri, et quod repetierit, duplatu restituat. Abbas Leo testis. Abbas de Salcido testis. Belasco presbiter testis. Lain conuerso testis. Liciani clericus test. Beila testis, Albaro testis. Era nongentesima undecima, quarto decimo Kalendas maias, regnante rex Adefonso in Obeto, et comite Monnio Licini, et comite Rudesico, et senior Sarracini Mumiuz testes.

Num.° 54.

Era DCC: año 903. á 29 de mayo: got. 8.°: gall. 322. 6.°

Sub nome Christi redemptoris nostri. Hec est pagina concessionis et offertionis, quam fieri iussi ego senior Didaco Obecoz, una cum uxore mea Domina Fruendo ad laudem nominis Dei creatoris nostri, et ad honorem aliorum Sancti Mametis simul reliquie hic consecrate Sancti Martini, Sancti Micael archangeli, Sancti Andree apostoli, et Sancti Laurentii inloco

qui dicitur Molina de Obaxenes, et ad tibi domini patri Ysicandus presenti abbati offerimus et confirmamus monasterios nostros, exspios, pernominatos, id est, Sancta Maria de Fresnu, et Sancti Andres de Tropiana, cum eorum pertinentiis, cum introitus, et exitus, et terminis adiacentibus, defesis, montibus, et paludibus, terris, et vineis, ortis, molinis in flumen, que vocitant Tirone, in fontes, in pratis, in pascuis, in aquis ab omni integritate ad supradicto Sancti Mametis per infinita secula, amen: qualiter per eorum obtentu consequi valeamus veniam delictorum, sicque cum iustis, et electis in die novissimo magni iudicii merearmur ad dexteram iudicis iuste iudicantis inveniri, et voce illa, que iuste sunt audituri digni cum eis mereamur audiri: venite benedicti patris mei, percipite regnum: et vivere mereamur cum celicolis in seculis sempiternis, amen. Ab hinc etiam siquilibet homo eam ex consanguineis, id est, filiis, nepsis, seu extraneis, id est regibus, comitibus, potestatibus, infanzonibus, vel ex villanis plebibus super hanc nostram offertionem aute semerario in colibe causu convellere, infringere, vel in modico conturbare conavexit, sit primitus a domino Ihu Christo maledictus, et a Christi corpus et sanguine excomunicatus, et a limine Sancte matris ecclesie segregatus, vivusque in fonte vivens careat lucernas, demumque cum diabolo et Judas traditore maxata anathema factus, cum demonibus penas eternas sustineat luiturus, amen: insuper temporali damno afficiens, decem auri talenta exolvat in fisco regali convictus: ad partem autem regule, quod recentavexit, ipsos monasterios duplatos et melioratos: donatum autem nostrum firmum, permaneat, et inconvulsum. Facta scripsura testamenti sub era nongentesima quadragesima prima, sub die notum quarto Kalendas iunias, regnante domino nostro Ihu Christo, sub eius potestadio principe gloriozo Adefonso in Obedo, et comite Rudexico in castella. Ego autem Senior Didaco Obecoz, et uxor mea Domina Gunterada, qui hanc cartam fieri iussimus, relegensem audivimus, et manibus nostris signos ✝ ✝ impressimus, et testes ad roborandum pro his monasteriis, quem offerre curavimus, liberos ad atrium beati Mametis descendendum concessimus, et avicubimus, adiemavimus, ut supra taxatum est, scribue ad roborandum subscripsimus. Vincentius episcopus confirmans. Fundisalbus abba confirmans. Sanctaini Albariz confirmans. Fundisalbo Velaz confirmans. Totum collegium fratrum Sancti Mametis testes sub presentia Ysicandus abba cum confirmantes.

Num.º 45.

Monast.º de Stª Maria de Suixera en Vitoria, Obispado de Alava. cerca de Sobron, y en terrm.º de este pueblo

Era 954: año 943. á 28. de marzo: got. 24: gal. 464.

Sub tríno eximio, et sanctam Trinitatem, per trinum corde credidit, et lingua confessus: nos prolati, qui fuimus in fide Christi donati, et tradidi. Ego igitur Eilo, et filio meo Albaro, qui est contractus, pro remedio animarum nostrarum, et pro luminaria altarium, pro elemosina pauperum, sic tradimus nostras hereditates propias que habuimus de nostris parentes de Flan Rodríz, et domina Flamba in nostras villas, prenominatas in Bergonda terria parte: et in Sancta Eulalia de rio de Flumentiello ab omni integritate, cum ortas, et vineas, et cum exitos, et linares, et in ipso flumen quatuor casas molinares, una super casa latus via qui discurrit ad Salinas, alia ante casa, terria de illa conga, quarta de illas terrientes ab omni integritate: Et illos exitos prenominatos de illo bado de Cabaredo usque ad illas mortas debro tras agua, et de ante aquam de derecho et siniestro, cum suos balleyos de termino ad termino ab omni integritate, in Eo in Clacio terria parte: Sancti Christoval de Campopraneles ab omni integritate: Asenrio de Muggaradas ab omni integritate. Istas villas, prenominatas cum exitos et introitos, cum montes et fontes, cum pratis et pascuis, et cum nostras hereditates sic nos tradimus ab omni integritate ad Sancta Maria de Cassiera, et ad tibi abbati Arbux, et a collegium fratrum ibidem habitantibus, per in seculum seculi, amen. Et si aliquis homo de aliqua parte, aut de gens nostra voce sublevare, aut in iudicio conpulsaverit; pariet ipsas villas, et ipsos molinos et ipsas hereditates cum tales ecclerias duplatas, vel melioratas in tales locos, cum quales fuctas advenerit: et ad parte comiti centum solidos dirolvat: et ad parte regula quingue libras de auro cocto. Facta carta testamenti sub die quod erit quinto Kalendas aprilis in era nongentesima quinquagesima prima, regnante rege (*) (Garcia) in Legione, et comite Fernando Didaz in Lantarone. Et ego Elvira et filio meo Albaro, qui hanc pactu fieri voluimus facere, relegendum cognovimus, vel audire, vel donatione confirmare manus nostras ✠ ✠ Signos fecimus, et testibus tradimus, et hic roboravimus. Fredulfus hic testis. Castellus presbiter hic testis. Petrus presbiter hic testis. Serebuerus hic testis. Nani hic testis. Teles presbiter Scripsit hec, et roboravit

---

Num.º 46.

Aquí corresponde la del n.º 27. y rep. la n.º 46

Era 964: año 926: got. 84: gallic. 48.º

Sub nomine Christi redentoris nostri, patris et filii et ex amborbus procedentis Spiritus sancti. Ego omnium quidem infimus, et tamen voluntate Dei Garsea Sancionis rex, una cum legali coniuge mea Toxasia regina, superni amoris accensi ardore, ac peccatorum nostrorum, ver-

In Dei nomine. Ego Enneco, presbiter et abbate, spontanea mea voluntate, trado me cum ecclesia mea vocata Sancti Tirsi, et sua omnia hereditate, et pertenentia in Berbiesca ad honore et titio Sancti Johannis et Sancti Emiliani de Cenesa. Siquis homo voluerit

hoc meum datum disrumpere, sit a Domino maledictus, et a parte rex pariet duas libras auri, et duplum ad regula retemtu. Facta carta in era nongentesima nonagesima septima. Sancio rex in Legione, et Fredinando Gondissalviz in castella.

Num.º 55.

Era 997: año 959: a 3 de agosto: got. 1: galic. 220.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Eximino presbiter, et frater meus Gomessani presbiter, et Blasconi presbiter consobrinus noster, et Muza confessor tradimus animas nostras cum omnia facultate nostra in atrio sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi ubi corpus eius tumulatum est, et quorum reliquie ibidem recondite sunt sancti Martini episcopi et confessoris Christi, et sancte Marie virginis, et sancti Micaeli arcangeli, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sub manu Gomesani abbati, et omne collegium monacorum, qui in ipsius loci habitant, ut per orationem illorum mereamur fieri consortes Christi: in primis tradimus baselica, quorum reliquie ibidem sunt sancti Bartolomei apostoli, et sancti Sabastiani, et sancti Adriani, et Natalie in villa Varticare cum suis edificiis, idest casas, hortos, cum suis pomaribus, terras, vineas, molinos, rebus omnibus mobile et immobile a minimo usque ad maiore tradimus et concedimus ad atrium sancti Emiliani per secula, amen. Et ut post obitum nostrum, quicquid exinde facere volueritis, liberam in Dei nomine licentiam habeatis. Siquis sane, quod fieri minime credimus, propinqui aut extranei hanc scriptam traditionis inrumpere voluerit, sit anathema in conspectu Dei patris omnipotentis, et sanctorum angelorum eius, et condempnatus cum Juda, qui Domini tradidit, amen: insuper in fisco regali pariet dencem libras auri, et duplum ad regula. Facta carta in era nongentesima nonagesima septima, tertio nonas agustias, regnante Ordonio rex in Obeto, et comite Fredinandus in castella. Ego Eximinioni presbiter, et sociis meis prescriptis, qui hec dedimus, testes tradimus ad roborandum. Senior Asuri Fredinandiz confirmans. Tello Monnioz confirmans. Veila Moricoz confirmans. Sancius abba confirmans. Vegela presbiter confirmans. Alio Veila presbiter confirmans. Ounnio Presbiter confirmans. Aobeco presbiter confirmans. Garsea Gomiz, et Gomiz Garceiz testes. Oxando Ennecoz, et Enneco Harraz

testes. Velasco Didaci, et Abe-Muza testes. Garsea Furtuniz, et Bellito de Herbias testes. Bellito de Basconiana, et Blasco Gomiz, et Belasco Azinariz testes. Gomiz presbiter scripsit.

Num.º 56.

Era 1002: año 964: á 5. de agosto: got. 78: galic. 169 b.to

In Dei nomine. Ego igitur Scemedonno, et soror mea Marina, placuit nobis spontanea voluntate pro remedium anime nostre de eo quod nobis Dominus largitus est, concedimus et confirmamus ad atrium sancti Stefani, et Sancte Marie de Salceto, et tibi abbati Nunno cum sociis fratribus ibi morantibus monasterium reliquiis ferentem sancti Victoris et Sancti Jacobi in loco, qui dicitur Gardea, cum terras, vineas, molinos, pomares, et pertinentia, tam mobile quam immobile a parte monasterio Sancti Stefani permaneat. Et qui hunc testamentum vel modicum disrumpere voluerit, cum aliis christianis partem non habeat, sed cum demonibus, et Judas traditore: insuper ad partem regale exolvat quatuor libras auri, et retentu ad regula duplatum. Ego Scemedonno, et soror mea Marina, qui huic dedimus, testes tradimus. Beila presbiter testis. Albaro Mutarra testis. Tellu Monnio testis. Veila Monnioz testis. In iudicato Didaco Semenoz, et Domina Argilo: comite Fredinando, et uxor eius domina Urraca in castella, et in Buradon. Facta carta in era millessima secunda, tertio nonas maias.

Num.º 57.

Era 1007: año 969. á 1.º de agosto, dia domingo: got. 20: gal. 222 v.to

Ego abbas Meterius, et abbatissa Abodimia pactum fecimus, et tradimus omnia quecumque potuimus laborare aut ganare in isto loco, qui dicitur Sancta Christina, et Sancta Pia virgines Christi, et Sancti Emeteri et Celedoni, et Sancta Lucia, et Sancti Salvatoris, et Sancti Babile, et incoante conxilio sub uno pacto placuit fratribus militare sub hac regula, et cervices ponere sub abbate Metero, fratres adnotavi numero viginti octo, et in Christo filio Dei nostris manibus signum fecimus: ✠ et pactum firmavimus omnibus diebus vite nostre. = Ego Justa et filii mei Assuri et Enneco cum omnibus nostris pertinentiis sic damus et roboramus istum locum Sancte Christine et Sancte Pie cum supradictis reliquiis sanctorum serviendum sancto Mikaeli arcangelo de Petroso in manibus de Tro-

cie abbatisse cum toto suo circuitu sexaginta scilicet passus circumqua-
que, que illi pertinent, et omnem nostram hereditatem, que in hac sancta
regula scribitur; ut isti fratres Dei semper orent pro nobis. Et qui istum
locum, vel istam sanctam regulam voluerit disrumpere, vel contraire, non
habeat partem in regno Christi et Dei, set habeat portionem cum dia-
bolo et ministris eius, et cum Juda traditore in inferno inferiori, amen.
Ego Justa trado ad istum sanctuarium unum agrum in valle de Assur
tres modios seminature capientes, et unam vineam in Montanana.
Ego abbas Meterus et mea mater Abodimia damus terras in valle de
Assur duodecim modios seminature et quinque vineas in Montanana.
Facta carta, die dominica, Kalendas agusti, discurrente era millessima
septima*, regnante rege (1) Ranimiro in Legione, et comite Ferrando Gon-
zalviz in castella. Ego Justa et filii mei, qui ista fieri mandavimus, pro-
priis manibus signum ✠ fecimus, et coram testibus presentibus robora-
vimus. Assur Nunnez roboravit. Didaco roboravit. Enneco roboravit.
Fortun roboravit. Munnata roboravit. Obeko Urzequi roboravit. Albaro
roboravit. Hanni roboravit. Beila roboravit. Muza roboravit. Vincen-
tius episcopus super-roboravit, et confirmavit.

Num.º 58.

Era 1009: año 971: got. 43: galic. 102. b.to

In nomine Christi redemptoris nostri.

Ego igitur domina Maior, filia de Senior Albaro Garceiz, ob sancti spiri-
tus revelationem, sana et integra mente trado me ad atrium sancti Mi-
caeli arcangeli, qui est situm in suburbio de Petrojo iuxta flumine Tirone,
et tibi abbatissa domina Munnata cum ceteris sororibus tecum ibi, et sanc-
ti Micaeli servientibus, et ob remissionem peccatorum meorum dono vo-
bis in villa Leiva, qui est sitam iuxta rivum tironis, mea divisa et
palatios cum terris, vineis, ortis, molinis, et collazos pernominatos,
id est, Vincenti Obecoz, Vlaquide Nunniz, et Albaro Garceiz, Gutier
Albaroz, Eita Nunno, Nunnu Gutierrez, Furtun Nunnez, cum
exitu et regressu et pastu; liberos et genuos istos collazos cum sua he-
reditate in vestra maneant potestatem, per in seculum, amen: Qua-
liter vestris orationibus adiutam obtineam apud Deum veniam,
amen. Siquis vero homo tam de meis propinquis, quam extraneis
hanc meam offertionem in aliquo retemtare voluerit; in primis sit

* el copista leyo u. debiendo leer uu.

(1) Calendó el reynado de D.n Ordoño, por D.n Ramiro 3.º

maledictus a Domino, qui fecit celum et terram; porroque cum Juda traditore in infimi voragine conclusus, et penas eternas sustineat luiturus, amen: et in fisco regali componat quatuor libras auri, et ad regula Bybium. Facta carta era millesima nona, regante principe Ranimiro in Leone, comite Fredenando Gundisalboz in castella. Ego Domina Maior, qui hanc scriptura fieri iussi manu mea signum +. feci, et testes tradidi. Vincencio episcopo confirmans. Nunnio Asturiz abba confirmans. Obeco presbiter confirmans. Siseguto presbiter confirmans. Obeco Assuriz confirmans. Didaco Asturiz confirmans. Albaro Saracinis confirmans. Pello presbiter scripsit.

Num.º 59.

Era 1002: año 974. á 30. de diciembre: gor. 2: gal. 20. 3.º Caj. A. 6. 4.

Como q tuvie ron dho á esta Mac.ª; la con firman los hijos del Donante.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego humilis, et omnium servorum Dei vilimus, et tamen Dei gratia Sancio rex, Simulque Fraxemetus Ranimirus, et Domina Urraca regina, sicut pariter nostri concedimus et damus ex toto corde, tota voluntate, omnique affectu, vel desiderio ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri Spirituali Lupercio abbati, omnibusque tecum manentibus sub regula beati Benedicti huyum Christi, posteritatibus presentibus ac succedentibus fratribus, pro remedio animarum nostrarum duas villas; una que dicitur Villa gondisalbo insuper urbis civitatis Nagelensis iuxta rivum Cordine; et alia erga eam, que dicitur villa de Corduvi, cum suis adiacentiis terminis, et spatiis, aquis, molinis, vineis, terris, et hominibus, vel pertinentiis; sicut nobis servierunt, itaque obedientes sint ad honorem Sancti Emiliani, id est, ut pro omni anno in ebdomada duobus dies servire precipimus. excepto usuale rebus: qui servire contempserit quinque solidos redac. Itaque tamen adfirmantes vobis eas ab omni integritate cenuas absque fossato, et omicidio; ut nullus hominum ne ego nec nostri successores privilegii potestatem, vel dominandi dicionem habeat in his, nisi tantum vos, qui in ipsius sancti atrii almi confessoris, prefati sanctissimi Emiliani reliquias veneratis, et ipsum sanctum locum quotidie, omnique tempore illustralis servientes Domino sub disciplina et regulari vita sancte confessionis amodo et in eternum. Qualiter vestris oracionibus adiuti, mereamur illam vocem

Clausulas de un dominio de riqueza Solariega. y q: era de patrimonio particular de los dos hermos. y de la Reyna.

Domini audire: venite benedicti patris mei: et sequentia lucraturi cum omnibus sanctis, simulque vobiscum florentia regna, ubi Domini contemplatione feliciter vivamus per eterna secula, amen. Siquis tamen ex nostris successoribus, vel quilibet hominum hec, que nos Deo contulimus ad honorem nominis eius, et pro peregrinis et ospitibus, ac servis Dei humanitate impertienda, hui sancto loco et vobis supra dictis concessimus, stavilibimus, adfirmavimus, conatus fuerit, aut voluerit demere vel auferre, et ipso sancto atrio calumniam inferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio patriarcharum, omniumque sanctorum, careat in fronte utrasque lucernas, sit alienatus a cetu christianorum, et anathemate perculsus, cum Juda traditore in inferni voragine sit dimersus, et cum demonibus eterno igni mancipatus: insuper a parte regali pariet talenta auri et retemtum ad regula duplatum. Facta carta donationis in era millessima nona, quarto idus decembris. Ego Sancio rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et confirmavi. Ranimirus prefati regis germanus hic interfui et subscripsi et confirmavi. Domina Urraca regina confirmans. Domina Urraca eiusdem regis germana confirmans. Garsea ipsius regis filius confirmans. Belasco episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Oriolus episcopus confirmans. Maurellus abba confirmans. Jonti abba confirmans. Bibas abba confirmans. Basal presbiter confirmans. Fortunio Galindonis dux confirmans. Senior Eximino Sancionis confirmans. Furtunio Garseanis confirmans. Domino Belasquite iudice in Naiera. Et alii plures testes adfuerunt in sancta Eulalia de Arrezo.

Num.º 60.

Era mil y diez: año 972. a 11. de abril, dia juebes: got. 19 b.º gal. 90.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Tellu Gutierrez, et frater meus Veila Gutierrez concedimus et damus ex toto corde, et tota voluntate, omnique affectu vel desiderio ad atrium sancti Mikaelis arcangeli et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sancti Pelagii, et tibi abbatisse domine Munnate, et omnibus unanimiter tecum iugum Christi portantibus presentibus, ac succedentibus sororibus, pro remedio animarum nostrarum una serna in loco, qui dicitur Valle Albin, de parte orientis iuxta latus de serna de illo comite, et parte occidentis iuxta rivum de Tolsantos: ut sit in obsequium supra dicti arcisterii, sicut supra notavimus,

per secula cuncta, amen. Siquis tamen ex nostris successoribus, vel quilibet homo hec, que nos Deo contulimus, et vobis supra dictis sororibus concessimus, voluerit aliquam parvam, vel magnam iniuriam inferre; ad partem comitis tres auri persolvat libras: et post iudicante Domino anatemate christiano percusus, cum Iuda traditore in inferni voragine sit dimerssus, et cum demonibus eterno igni mancipatus, amen: Et hec scripta stabilita et firma permaneant. Facta carta traditionis et confirmationis noto die feria quinta, tertio idus aprilis, discurrente Era millesima decima, regnante principe Ranimiro in Legione, et comite Garsia Ferdinandez in Castella. Ego Tellu Gutierrez et frater meus Veila Gutierrez, qui hanc cartam fieri mandavimus, manu nostra signum fecimus ✠. ✠. et roboravimus coram testibus presentibus. Hanni testis. Gemel testis. Sarracin testis. Nunno testis. Acenari testis. Monnio testis. Obeko testis. Hamuscho testis. Narriate testis. Hulaquide testis. Severo testis. Tellu presbiter scripsit.

Num.º 61.

Era 1010: año 972: á 14 de julio: got. 50: galic. 40.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego humillimus et omnium servorum Dei ultimus, et tamen gratia Dei Sancius rex, una cum legali coniuge mea Urraca regina, no alicuius violentie gravedine oppressi, nec alicuius debiti solutione devicti, sed divini amoris flagratione succenssi, obtulimus ad honorem venerandi sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris, ubi corpus eius sacra cum veneratione tumulatum quiescit, et ad quorum reliquias ibidem recondite noscuntur, videlicet, Sancte Marie virginis et redemptoris mundi genitricis, seu sancti Micaelis arcangeli, beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli, pariterque Sancti Andre apostoli, ac confessoris Dei Martini episcopi, pro animarum nostrarum salubri remedio, et pro genitorum nostrorum animarum sufragio, ut hic et in futuro calamitates evadamus omnium adversitatum, et fieri mereamur participes regni polorum, amen. Nam quia dubiam in hoc seculo vitam ducimus, et qua ora vel momento ab hac luce discessuri sumus, ignoramus; idcirco de propriis, que Dominus nobis largitus est facultatibus, concedimus ad integram donationem ad atrium pre-

fati confessoris Dei Emiliani, et monacorum omnium ibi die noctuque Deo fideliter seruiendum, idest, villa pernominata Orcanoz in confinio ciuitatis Naiela positam cum omnibus suis ingressibus et egressibus, circuitibus, montibus, padulibus, terris, vineis, possessionibus, pomariis, ortis, molendinis, suisque cum omnibus, que ad ea pertinuerit, vel pertinere noscuntur, et que a vetoris fuerint testificata senibus. Similiter et super hanc nostram donationem tribuimus illis firmam genuitatem ab omni seruitio et oppressione, que usque hodie habitantes in ea fecerunt a parte regum, et potestatum; ab hinc et in secula seculorum, et a parte Sancti Emiliani patroni sint semper seruiendi, amen. Verumtamen siquislibet successorum nostrorum regum, comitum, propinquorum vel extraneorum, militum, rusticorum hanc nostram donationem omnipotenti Deo, et sanctis eius oblatam invadere, demere, conturbare, vel violenter retemptare nisus fuerit, sit a corpore Sanguinisque Christi priuatus, et a limine Sancte matris ecclesie expulsus, atque a cetu Christianorum abhominatus, postque cum Juda Domini proditore in inferni antro per in secula seculorum luituus, amen: et in cauto decem libras in fisco regali solutos. Facta carta donationis sub era millessima decima, secundo idus iulii. Ego confirmatio in manibus et rectitudine Superci abbatis. Ego igitur Sancius, princeps qui hanc scedula priuilegii fieri precepi, relegente audivi, manu mea signum crucis +. expressi, et testes ad roborandum tradere iussi. Inclita domina Toraka confirmans. Ranimirus prefati regis germanus confirmans. Domina Toraka eiusdem regis germana confirmans. Garsea ipsius regis filius confirmans. Belasco episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Orio[illegible]us episcopus confirmans. Mauxellus abba confirmans. Jonti abba confirmans. Bibas abba confirmans. Bassal abba confirmans. Fortunio Salindonis dux confirmans. Fortunio Garseanis confirmans. Senior Eximino Sancionis confirmans. Domino Belisque iudice in Naggera confirmans.

Num.º 62.

Era 1016: año 978: got. 73: galic 149. b.to

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Obeco Obecoz, et uxor mea cometessa, sic nos tradimus ad regula de Sancti Martini et Sancti Juliani, qui sunt fundati in Tocecerci in loco, qui dicitur Terrane, et abbate nostro Monnioni cum omnia nostra hereditate, que ganavimus, vel deinceps ganare potuerimus tam de nos, quam de nostros parentes vel avobus nostris nostras portiones ab omni integritate ubiq.e potueritis inveniri, id est, in terris, in vineis, in ortis, in pomiferos, in molinis, casas cum hereditate, et cum homines habitantes in eas in nostras villas pernominatas, idest, in Raneto, in Villa-tezani, in Marciello, in Berezosa, in Aieka, in Villaescusa: in ipsas villas nostras portiones, cum exitus et introitus in montes et in fontes serviant ad Sancti Martini per in seculum seculi. Siquis vero homo ex nostris propinquis aut extraneis vel quilibet homo hanc nostram offertionem in aliquo retemtare, vel disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotentis maledictus et excomunicatus, demumque cum diabolo et Judas traditore in inferno dampnatus, amen: insuper a parte regale pactet quinque libras auri, et quod retemtu ad regula duplatu. Facta carta in era millessima decima sexta, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite * Garsia * Fredinandiz in castella. Ego Obeco Obecoz, et uxor mea cometessa, qui hunc dedimus, roboravimus et testes tradimus. Johannes testis. Gimello testis. Eximino fratre testis. Munnio frater testis. Mermude frater testis. Senior Didaco Vermudez testis. Senior Didaco Didaz testis. Senior Monnio Didaz testis. Monnio presbiter scripsit.

Num.º 63.

Era 1017: año 979: got. 43. b.to gal. 101. b.to y 88

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Garcia gratia Dei comes, nullius hominis coactus imperio, nec alicuius suassus ingenuo, sed cum proprio mentis afectu pro mee anime remedio, et peccatorum remissio, offero ad atrium beati et summi arcangeli Dei Micaelis, et Sanctorum apostolorum Petri et Pauli villam nomine Ezkerram cum suo monasterio

reliquias Sancti Martini ferente: ad quam villam, ut nullam contentionem
vicinus habeat cum vicis suis; qualem usum debet habere in defesa de Petroso, ita
designavi, id est, de illo Zetatorio, quod est inter ambos rivos, et per eodem
lumbo ad medium vallem grande; et sic inde ad collem; postque descen-
dit ad fontem tabulatam; dehinc ad pavetum; iterumque ad illum col-
lem; sicque descenssum facit ad rivulum Onnia. In hac determinata
defesa solummodo predicta villa Ezquerra non habebit potestatem in-
cidere ligna, sed tota pecora eius ville EzKerre, et sancti MiKaelis cum
omni genuitate et solutione comunem habeant pastum cum illis de
Petroso in illa defesa, et in omnibus omnino locis per omnia secula.
Nec non etiam et per singulas villas illius circuitus singulas domos
cum suis hominibus, terris, vineis, ortis, molinis, cum exitu et regres-
su, et cum omni genuitate, tam de homicidiis, quam de forniciis, seu qui-
libet calumnis palatii ex operibus. Id est, in Villa Puras Nunno Mun-
nioz cum sua domo, hereditate, et pertenentia: in villa Sancti Clemen-
ti Lifuar Garceiz cum Kasa, hereditate, et pertinentia: in villa Spi-
nosa Albaro Monnioz cum casa, et hereditate, et pertinentia: in Sanc-
cta Eolalia Furtun Monnioz cum domo, hereditate, et pertinentia:
in Villanova Lifuar Monnioz cum domo, hereditate, et pertinentia:
in Fraxeneta Monnio Falconez cum domo, hereditate, et pertinentia:
in Pratella Fortum Gomiz cum domo, hereditate, et pertinentia:
in Arcileto Lifuar Albarez cum casa, hereditate, et pertinentia:
Igitur illam villam EzKerram cum suo monasterio, et omnibus suis
pertinentiis, et istos pernominatos homines cum totis illorum pertinen-
tiis, et cum omni genuitate vel integritate, ut supra dictum est, deservien-
das ad summum Dei arcangelum Micaelum in manus domine
Munnate abbatisse offero et confirmo, ut pro eorum obtentum obti-
neam apud Deum veniam peccaminum, et cum electis adglomerari
merear in sorte iustorum in secula seculorum, amen. Siquis vero
meorum, propinquorum, aut extraneorum hunc meum testamen-
tum in modico aut in maximo confringere temtaverit; sit a sanc-
ta Trinitate extraneus, et a sancta comunione segregatus, et a cetu
omnium angelorum alienatus, et post cum Juda Domini prodito-
re in inferno voragine dimersus, amen: et in fisco regali conferat
in cauto decem libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in

era millessima decima septima, feria sexta. Ego vero Garsea divino favore comes, qui hoc testamentum esse precepi, manu propria signum ✠ inieci, et coram me legente audivi: sicque sub notatis testibus ad roborandum tradere curavi. Oxiolus episcopus confirmans. Vincentius episcopus confirmans. Mauxelus abba confirmans. Poncius abba confirmans. Vivas abba confirmans. Gundesalbo Fredenandez confirmans. Gondesalbo Azdoiz confirmans. Oxoibo Zahaggelli confirmans. Hanni Godestioz confirmans. Didaco Fredenandez confirmans. Albaro Sanzaciniz confirmans. Didaco Semenoz confirmans. Goziaz Goniz confirmans. In manus domine Ilumnace abbatisse est confirmatum. Tellus presbiter scripsit.

Num°. 64.

Era 1022: año 984: got. 4: gal. 22.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est pagina confirmationis, quam fieri iussi ego Sancius rex una cum uxore mea Urraca regina in honore scilicet sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, confirmamus vobis abbati Domino Sisibuto, ceterisque servis Dei in monasterio sancti Emiliani presbiteri et confessoris Domino servientibus, villas, quas parentes nostri ob remedium animarum suarum antecessoribus vestris, et potius beatissimo Emiliano devotissime concesserunt, scilicet, Villamgundisalvi, et Cordobin, et villam Juniz, tali tenore, ut omni anno tribus vicibus, exceptis cebeerrimis orationibus, specialiter pro remedio animarum nostrarum fiat commemoratio missarum, psalmorum, clamorum vestrorum apud Deum, ut obtentu precum vestrarum veniam consequi mereamur noxarum nostrarum. Eoque modo vobis eas confirmamus, ut siquis ex habitantibus in ipsis villis contempserit beatissimo Emiliano deservire, et perexerit ad alterius habitationem, precipimus, ut careat hereditate, et domo, quam in istis villis possedit. Siquis autem, nostrum regum, au principum, comitum, vel aliquorum hominum hanc nostram confirmationem violare temptaverit, sit anathema in conspectu Domini, et cum Zabulo in gehenna perpetim penas luat, amen: insuper ad partem regalem, pariat tres libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta confirmationis era millessima vigesima se-

año 974.

Clausula de señorio solariego.

cunda, in die dedicatione ecclesie sancti Emiliani. Oxiolus episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Julianus episcopus confirmans. Sisebutus abbas sancti Emiliani exaravit.

Num.º 65.

Era ꝺo22: año 784: got. 22.º gal. 24 VI.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est pagina confirmationis, quam fieri iussi ego Sancius rex cum uxore mea Urraka regina in honore scilicet sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi: ita confirmamus vobis abbati Domino Sisebuto, cecenisque servis Dei in asceterio sancti Emiliani, presbiteri Domino ministrantibus, villas quas parentes mei ob remedium animarum suarum antecessoribus vestris et potius beatissimo Emiliano devotissime concesserunt: ita nos quoque omnes eius villas quascumque ecclesia sancti Emiliani habet, et ex hereditura, confirmamus vobis: tali tenore, ut omni anno tribus vicibus, exceptis crebrarum orationibus, specialiter pro remedio animarum nostrarum fiat commemoratio missarum, psalmorum, clamorum vestrorum apud Deum, ut obtentu precum vestrarum, veniam consequi mereamur noxarum nostrarum: eoque modo, ut siquis ex habitatoribus in ipsis villis contempserit beatissimo Emiliano deservire, et pervenerit ad alterius habitationem; precipimus ut careat omni hereditate, et domo, quam in ipsis villis, que sancti Emiliani sunt, possedit, vel ubicumque habuerit beatus Emilianus. Siquis (tan improbus et inimicus) Facta carta confirmationis in era millessima vigesima secunda, in die dedicationis ecclesie (superioris) sancti Emiliani. Oxiolus episcopus confirmans, Benedictus episcopus confirmans. Julianus episcopus confirmans. Sisebutus abbas sancti Emiliani exaravit.

al superioris ob adicionem del Escriva: por q.e antiguo no hallo iglesia ni monast.º donde, y en el tiempo en q.e bivio la reyna ya era vieja.

Num.º 66.

Era ꝺo26: año 788: got. 7: gal. 27.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem Obeco Ortuci, et Ilumnio Fertuci de Salinas, sponsa volumtate, et pro anime nostre remedium placuit nob[is], et tradimus nos metipsos ad ecclesie sancte Marie virginis, et genitricis Domini nostri Jhu Christi, qui dicunt de Ulize, cum propria en parte quem ad nos pertinet, idest novem aeras salinares

cum suo puteo; iuxta eas habet Munnio Scemenez, ex alia parte Cita Didaco: et vno casale cum suos silos, et pomifera; et ortecello vno super fonte. Hec dona scripta serviat in Sancta Maria per omnia secula, amen. Siquis autem ex nostris vel extraneis, aut quislibet homo hanc nostram donationem disrumpere, retinere voluerit; sit a Deo patre omnipotentem maledictus et confusus, in athema percusus, et cum Judas traditore inferno inferiore damnatus, amen: et ad regis parte, centum solidos solvat, et retemtum ad regula duplatum. In manus de patri spirituali domino Jacenti Abbati, et omnibus Dei fidelibus ibidem servientibus, firma permaneat. Facta carta in era millessima vigesima sexta, regnante rex Vermudus in Leione, et comite Garsia Fredinandiz et cometissa domina Ava in Castella, Albaro Sarraciniz in Alaba. Nos quidem, qui hec dedimus, testes ad roborandum tradimus. Munnio episcopo confirmans. Abbas Martinus confirmans. Placentius abba confirmans. Paterno fratre confirmans. Felix fratre confirmans. Galindo fratre confirm.s Stefanus presbiter confirmans. Didaco Obecoz testis. Obeco Didaz testis. Obeco Assurez testis. Albaro Didaz de Artazo roboravit. Gonsalbo Veilaz Saion in Salinas roboravit.

Num.º 67.

Era 1029: año 991. á 27. de abril: qpt. 6: gal. 74. b.to

Sub Dei nomine. Ego Massoara trado corpus et animam in atrio Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et dono vna serna in Granione, latus varrio de Stabello iuxta via; de alia pars ribo, tam mea ratione quam comparatione ad integritate; et vna vinea, que dicunt maliole maiore, in Leba latus flumen tirone, de alia pars via latus de Monnio Veilaz: et alia roma, que venit de vinea maiore; et alia vinea que dicunt de Duranco in valle de Scemeno: confirmo pro redemtione ac remissione peccatis meis ad honorem Sancti Emiliani. Siquis homo de meis consanguineis aut extraneis inquietare voluerit; sit a Domino Deo excomunicatus et maledictus, et cum Juda traditore habeat portionem, amen: in in cauto a parte regis pariet libra auri, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima vigesima nona, quinto Kalendas maias: rex Veremundo in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella. Ego Massoara roboravi, et testes tradidi. Monnio Telliz de Basconiana confirmat. Nunnu Telliz confirmat. Didaco Blacoz con-

firmat. Obeco Gutier confirmat. Nunnu, Velagga, et Narria confirmant. Et multorum alios de Granione et de Corporales confirmant, et testibus.

Num.º 68.

Era 1030: año 992: ggt. 1. b.to galic. 24. b.to

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego quidem Sancio rex cum clarissima subole Urraca regina, et vina prole Garsea et coniux eius Eximina, et Gundesalbo damus et confirmamus villam, cui dicitur Cardenas, que est sita inter Terrerum et Sanctam Ceciliam, cum terminis, pascuis, padulibus, montibus, exitus et ingressus, domibus, hominibus, agris, vineis, ortis, aquis, molendinis, et cum omnibus suis pertinentiis, et dominatione hominum, pro anima filii nostri dulciflui Ranimiri regis in atrio sancti Emiliani, presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri spirituali domino Stefano abbati, ceterisque fratribus tecum Christi iugum confessionis suaviter frequentantibus, ut pro intercessione vestra et omnium Sanctorum lotus a sordibus peccatorum, denudatus a maculis delictorum, letus mereatur ingredi inter turmas iustorum, mereamur agnoscere in dextera Dei perfrui regna polorum locupletatum. Siquis sane, quod fiere minime credimus, hanc nostram donationem in aliquo conatus fuerit, disrumpere filiis, aut neptis, sive aliqua persona subrogata; sit a cetu Christianorum confusus, et in presenti vinas careat lucernas, postque averni non evadat penas: Datum nostrum firmum et inconvulsum permaneat in eternum. Facta carta in era millessima tregesima, regnante Domino nostro Jhu Christo, et ego Sancio rex sub eius imperio in Pampilona: Sicut filio meo carissimo habui datam, et tenuit sine ulla temtatione, sic fiat in potestate sancti Emiliani, et ibi degentium fratrum sana et integra cum duplo retemtu, et cauto decem talenta auri exolvat a parte regis. Ego Sancio rex signum feci ✠. et testibus tradidi ad roborandum. Urraca regina confirmans. Garsea eorundem filius confirmans. Gundesalvus frater eius confirmans. Eximina regina confirmans. Sancius filius Ranimiri regis confirmans. Garsea frater eius confirmans. Sancius filius Gogelmi comitis confirmans. Sisebutus episcopus confirmans. Actus episcopus confirmans. Vicentius episcopus scripsi et confirmo. Garsea abba Albaildensi confr. Vicentius abba et Iudex confir. Rapinatus abba Pampanensis confr. Furtunius abba Cobensis confirm. Johannes abba Sancte Marie confr. Dominico abba Sancte Columbe confr.

Ademas de donar cuanto suelo contiene la V.a de Cardenas, se dono la Jurisd.n civil

este es el pueblo presente de Cardenas.

Vigila abba Cironensis confr. Belasio abba Sancti Stefani confr. Eximinus abba sancti Georgii confr. Furtunius Eximinonis confr. Alius Furtunius Eximinonis confr. Furtunius Eximinonis maior equorum confirm. Furtunius Garseanis confr. Dominus Eximinus confr. Sancio Belasconis confr. Lope Garseanis confr. Gomiz maiordomus confr.

Num.º 69.

Era 1034: año 996: got. 4. b.to galic. 23. Cas. 1. 6. 1. 2.

Donac.n de un Señorio Solanego.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego quidem Garsea rex cum coniuge mea Eximina regina, et matre mea Urraca regina damus et confirmamus Deo et sancto Emiliano Christi confessori, et tibi patri spirituali Ferruzio abbati, ceterisque fratribus ibidem Deo regulariter servientibus, unam villam, que dicitur Terrero, que est sita inter villam Juniz, et villam Dolquit, cum domibus, hominibus, agris, vineis, ortis, molendinis, terminis, id est, de Gardia de Comite per semitam ad valle de pozos de Sursum, et ad illam arborem vallis desabriti, et per illum moralem, usque ad portellum medianum, et usque ad illam elzinam; cum pascuis, exitibus, et introitibus, et cum suis pertinentiis, ab omni integritate, libera et ingenua absque fossato et omicidio, vel Saionis ingressu, serviat pro animabus nostris in perpetuum Sancto Emiliano, quatenus suis sanctis precibus, et omnium Sanctorum veniam consequi mereamur facinorum nostrorum, in futuro ingredi inter turmas iustorum, et possessores esse regni polorum, amen. Siquis autem filiorum nostrorum, aut nepotum, vel aliquis de genealogia nostra disrumpere temptaverit donationem nostram, et subtrahere eam voluerit de monasterio Sancti Emiliani; sit a Deo maledictus, et a cetu Christianorum separatus, demumque in inferno inferiori eternas cum zabulo sustineat penas, amen: insuper ad regalem partem exolvat decem libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta donationis in era millessima trigesima quarta, regnante me rege Garsea sub imperio Dei in Pampilona una cum coniuge mea Eximina regina, et regnantibus matre mea, Urraka regina, et fratre meo Gundissalbo in Aragone. Ego Garsea rex qui hanc scedulam fieri iussi; confirmatores et testes ad roborandum tradidi, et hoc signum ✠ feci. Eximina regina coniux mea confirmans.

Vrraka regina mater mea confirmans. Gundisalvus frater meus confir. Sancius filius meus confir. Sancius filius Ranimiri regis confir. Garsea frater illius confir. Sancius filius Eogelmi comitis confir. Sisebutus episcopus confir. Belasius episcopus confir. Garsea episcopus confir. Gomiz abbas Cironensis confir. Vincentius abbas et iudex confir. Blasius abbas Albaidensis confir. Fortunius abbas Cobensis confir. Blasius abbas sancte Columbe confir. Sancius abbas Soggiensis confir. Eximinus abbas sancti Georgii confir. Senior Fortunio Scemenones confir. Alius Fortunius Scemenones confir. Fortunius Garsie confir. Simeon Sancii confir. Sancius Blasii confir. Sancius Fortunionis confir. Garsea Sancii maiordomus confir. Blasius Fortunez architriclinus confir. Lupus Enneci maiorequorum confir. Omnis curia palatii regis Garsie confirmatores et testes. Ego autem Sisebutus presbiter pro iussione regis Garsie hanc scedulam exaravi.

Num.º 70.

Era 1035: año 997: got. 5: gal. 36.

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Ego quidem Garsea rex cum coniuge mea Eximina regina et mater mea Vrraka regina damus, et confirmamus aquam illam, que venit ex valle Alesonis ad irrigandas vineas sancti Emiliani, et hereditates, que sunt in Nagara, id est, tertia feria tota nocte, et quarta feria tota die, offerimus supra dictam aquam Deo et sancto Emiliano Christi confessori, et tibi patri spirituali Ferruzio abbati, ceterisque fratribus tecum Christi iugum regulare portantibus, presentibus succedentibusq.e omnibus, pro animabus nostris, et parentum nostrorum, quatenus per huius patroni nostri Emiliani intercessionem, et precum vestrarum orationem, consequi valeamus in presenti vita omnium facinorum nostrorum expiationem, demumque cum christo Jhu, et eius electis obtinere mereamur gaudia summe felicitatis in seculis sempiternis, amen. Siquis vero regum, vel comitum, aut principum, vel quislibet de genere nostro, seu quelibet extera subrogata persona in aliquo donationem nostram disrumpe-temptaverit, aut de monasterio sancti Emiliani subtrahere voluerit; sit a cetu omnium christianorum separatus, et a corpore christi, et eius sanguine sacro excomunicatus, et a limine sancte matris ec-

clesie alienatus, et a consortio omnium Sanctorum segregatus, demumque cum Zabulo et eius ministris, et cum Juda Scarioth eternas luat penas perpetualiter in inferno inferiori, amen: insuper pro retemptatione pectet ad partem regalem duas libras auri cocti, et duplum ad regulam. Facta carta donationis et confirmationis in era millessima trigesima quinta, regnante rege Garsea sub imperio Dei in Pampilona vna cum coniuge mea Eximina regina, et regnantibus matre mea Vrraka regina et fratre meo Gonsalbo in Aragone. Ego namque Garsea rex, qui hanc scedulam fieri iussi, confirmatores et testes ad roborandum tradidi, et propria manu hoc signum feci. ✠. Eximina coniux mea confirmans. Vrraka mater mea regina confirmans. Gonsalbus frater meus confirmans. Sancius filius meus confir. Sancius filius Ranimiri regis confir. Garsea frater illius confir. Sisebutus episcopus confir. Blasius episcopus confir. Garsea episcopus confir. Vincentius abbas et iudex confir. Blasius abbas Albaidensis confirm. Blasius abbas Sancte columbe confir. Gomessanus abbas Cironenis confir. Senior Fortunio Simeonis confir. Senior Fortunio Garsie confir. Sancius Blasii maiordomus confir. Sancius Furtunionis architriclinus confir. Garsea Sancii maior equorum confir. Omnis curia palatii regis Garsie confir. Sisebutus presbiter exaravit.

Num.º 71.

Era 1036: año 998: got. 80 b.to galic. 113. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Senior Beila Gonsalboz mea propria voluntate pro peccatorum meorum ablutionem, et Sanctorum adquirendam intercessione, offero et perpetualiter concedo ad atrium Sancti Felicis Aukensis meo proprio monasterio, quod dicitur Sancti Emiliani de Porcilis cum omni integritate cum exitu et introitu in montes et fontes, et pratos operabiles ac pascibiles, idest, de illa fonte de Porciles vsque ad agro de Eita Gomiz, et serna ipsa de illo arroio integra cum suo campo in capud, et trans monasterio illo valle toto ad integritate vsque ad illa via, que discurrit ad Encio: et illo alio valle de illa terra de Eita Johannes vsque ad illa via, que vadit ad Mercato in capite padulis: et vna serna in asperiellas per medio

via de Mercato decurrente: et vna vinea in Loja. Ista omnia cum illo monasterio Sancti Emiliani confirmo in Sancti Felicis de Ar-Ka per infinita secula seculorum, amen. Siquilibet homo hanc meam donationem in aliquo devellere vel auferre conaverit, sit a Domino Deo maledictus, et cum demonibus eterno igni mancipatus, et cum Juda traditore in inferni voragine sit dimerssus, amen: et insuper a comitis parte exolvat quinque libras auri, et quod retentum ad regula duplatum. Facta carta sub era millessima trigesima sexta. Comes Sancius in Castella, et Senior Assur Nunniz dominante Ponticurbo. Ego Senior Beila Gondesalboz, qui hanc donationem feci, confirmavi, et testes subscripsi. Feles Pasqualez testis. Albaro Gomiz testis. Tellu Didaz testis. Abbate Vita confirmans. Beila Gutier confirmans. Fredinando Sarracinez confirmans. Gonsalbo Monnioz confirmans, et testis.

Num.º 72.

Era 1039: año 1001: á 27. de Julio: got. 31. b.to galic. 36. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego namque Sancius nutu Dei rex tactus Christi amore, ac peccatorum meorum perterritus gravedine; statuens ob remissionem eorum aliquid de propriis ad honorem Domini Christi et Sanctorum eius offerre, quia video inopiam et necesitatem magnam inesse habitantibus in cenobio Sancti Emiliani, eo quod non habeant in Nagera, vbi possint ospicium proprium habere: ideoque concedo et confirmo ad atrium predicti confessoris, et ad subsidium sibi servientium in abbatia Ferruzii abbatis, ecclesiam Sancti Sabastiani cum suis domibus et pertinentiis ad integrum in varrio, quem dicunt de sub penna, tali modo, ut post istum diem de meo iure, et eis qui post me fuerint, permaneat extranea, et in subiectione Sancti Emiliani per omnia secula confirmata. Siquis autem meorum successorum regum, principum, aut rusticorum, vel cuiuslibet hominum hanc meam donationem invadere, disrumpere, vel retentare voluerit; sit a Domino Christo maledictus, et a participatione corporis, sanguinisque eius segregatus per cuncta secula, in inferni varatro damnatus: insuper a parte regali ponat quinque libras auri, et ad regulam duplatum.

Facta carta donationis et confirmationis in era millessima trigesima nona, sexto Kalendas augustias, me Sancio rege per voluntatem Dei Pampilonam et Nageram regente: Idcirco, qui hanc cartam fieri iussi manu propria signum ✠ taliter inieci, et testibus ad roborandum tradere curavi. Momadonna regina confirmans. Ramirus regulus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Mancius episcopus confirmans. Senior Lope Sangiz maiordomus confirmans. Senior Lope Ennecones votilarius confirmans.

Num.º 73.

Era 1041. año 1003: got. 95: galic 72.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancio comite, et Urraka cometissa soror mea, placuit nobis, ut pro anime nostre remedium concedimus et confirmamus ad atrium beati Emiliani, et tibi patri Ferrutio abbati et ceteris monachis ibi Deo servientibus villullam nomine Quintaniella, sita inter Sotolongo et Navas ad integritate, homines cum terris vineis, pratis, pascuis, cum exitus et introitus, et equalem cum Sotolongo et Navas, et Villa Via de valleggo, ita ut in presuras, et ligna cedenda omnibus locis cum villas predictas equale censura, genua et libera absque omicidio et fornicio, et sine fossato, vel nubdua, et saionis ingressio; per omnia secula serviat in Sancti Emiliani. Siquis autem, quod absit, homo ex nostris propinquis vel extraneis hanc nostram offertionem in aliquo temerarie disrumpere voluerit, sit a Deo patrem omnipotentem excomunicatus et confusus, vel cum Juda traditore sortitus: insuper ad comitis partem exolvat sex libras auri, et quod retemtu, restituat duplatum. Facta carta in era millessima quadragesima prima. Ego igitur Sancius comes et Urraka cometissa, qui hec dedimus, testibus tradimus, et roboravimus. Petrus episcopus testis. Fernando Beilaz testis. Obeco Albarez testis. Beila Albaroz testis. Senior Assur Nunniz dominante Ponticurbo testis. Albaro Gomiz testis. Tellu Didaz testis. Beila Gutiar testis.

Num.º 74.

Era 1044: año 1006. a 7. de nov.e got. 21. galic. 92. b.to 222. b.

In Dei nomine. Ego quidem humillima omnium Christi ancillarum

Ulumadonna ob remissionem delictorum, licet in angustie mortis hora sis-
tens, tamen sincera voluntate, ac spontanea mea actione trado cor-
pus et animam meam ad atrium beatissimi Summi archangeli Mika-
elis, et ad honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sancti Pe-
lagii, quemadmodum in primordio mee ingressionis monasterii per
manus Domine mee abbatisse Delbire condonavi coram Deo et reli-
quiis predictis, et sororibus presentibus; ita nunc coram omni-
bus sororibus, et ceteris mee infirmitatis obsequio assistentibus,
ad honorem sanctorum sub quorum annotatione vita mea hucus-
que Deo condonante perducta est; facio confirmationem, et corro-
rationem ex omnibus, que per secularem sortitiam michi adin-
venta esse noscuntur, idest, sunt in Venoja undecim Kasatos, et
Rivosicco octo Kasatos: in Cucuzullos tertiam partem, et meum
palatium in Venoja cum tectis et fenestris, et cum aqua, qua solent
rigari ille fenestre, hoc est, in die iobis in nocte, et in die veneris per
totum diem usque ad diem sabbatum: et cum pomariis, cum ingres-
su et regressu in ecclesiis, in omnibus montibus, et fontibus, in pas-
tibus, et quicquid ex mea pertinentia inventum ubique fuerit post,
ad partem monasterii cum omni integritate deserviat ad atrium San-
ti Michaelis iure perpetuo. Siquis vero ex meis propinquis, consan-
guineis, seu extraneis hunc meum donativum violare voluerit, vel
disrumpere, sit a Domino Jhu Christo condempnatus ac maledictus
et a cetu omnium Christianorum segregatus, demumque cum diabolo
et cum Juda traditore eternas penas sustineat luiturus per infini-
ta seculorum secula, amen: insuper ad partem regis septem au-
reas persolvat libras, et ad regulam duplatum, eo quod retempserit.
Facta conscriptio donationis et confirmationis sub era millessima
quadragesima quarta, die. quinta feria, septimo idus novembris, reg-
nantibus rege Adefonso in Legione, et comite Sancio in Castella in
regnis suis. Ego enim Ulomadonna abbatissa, que hanc donationem
et confirmationem feci, et relegentem audivi, manu mea signum im-
pressi ✠ et testes ad roborandum conscripsi. Petrus episcopus con-
firmans. Fernando Beilaz confirmans. Obeco Albarez confir. Rodrigo
Gutierrez confa. Beila Albarez confa. Don Lezeno menino de Lezero con-
fa. Blasco Obecoz confa. Ulumio Fernandez de Tolosanos confa. Omnes sorores,
que tunc presentes fuerunt, confirmant.

Num.º 75.

Era 1045: año 1007. a 4 de Enero: got. 133: gal. 111.

In Dei nomine. Magnus est titulus traditionis, quod nullus hominum in suis actibus disrumpere potest: ideo ego Gotina sic michi placuit prona mea voluntate et grato animo, pro timore Dei et Salvatoris nostri Jhu Christi, pro remedio anime mee ad redimenda peccata mea, sic trado anima et corpus meum ad atrium Sancti Felicis Aukensi, et reliquias ibidem reconditas, et ad regula ipsa sancta, et abbate Munnio Azenarez, et ad sua collatione, sic trado et roboro mea quinta in propria mea hereditate, que habeo de meos parentes Gutier Rodriz, et Guntrueda, duas sernas pernominatas la vna est sub villa Veilagomiz in rivo Aukensi de parte de villa currit rivulo, qui venit de Valdiellas, et cadit in rivo maiore, et per illum rivum maiore in iuso usque ad terram de Sarrazin Didaz de Villa Domno-Assur; et desursum est via que vadit de Oka ad Berbesca: Et alia serna est in summo de Valdiellas, et incipit in costa, de parte de Villa-Paterna de limite ad limitem usque ad via, que vadit ad valle de Karrias et ad Cereso; et de vna parte semita, que exiit de Villa-Paterna, et vadit ad illa Karrera et alla lomba; et ex alia dextera parte est vna ripella; et de alia parte vbi incipit illa serna est lumbo, qui descendit ad vallem; et de illa parte de Villa-Paterna est vno foio in ipsa serna; et de parte de dallende est vna terra de Munnata, et de sursum est terra de filios de Zid-Vita de Oka; et alias hereditates aliorum hominum: et subtus illam sernam est terra de Armenter Didaz de Villa-Paterna, et alias hereditates. Et insuper dono in villas cum suos homines et suas hereditates terras vineas, montes, fontes, padules pascentes, exitus et reditus. in omnibus terminis, domibus cum totis hedificiis, quantum potueris tu Monnio abba et tuis fratribus inveniri nostra quinta, tam mobile quam immobile in equas, in boves, in Kaballos, in frenos, in sellas, in oves, in genabes, in plumazos, in vasis argenteis, et in quantum potui ego Gotina ganar cum meo domno Beila Gonzalbez de illo meo medio vestra quinta cum illas duas terras supradictas: la vna sub villa Veilagomiz, et altera in summo de Valdiellas. Et si post odie vel tempore aliud aliquis homo de pertinentibus meis sobrinis aut germanis aut aliquis homo de aliqua parte pro ipsa quinta vel ipsas duas terras inquietaturus advenerit (&a las imprecaciones) a parte Comitis quingentos solidos solvat. &a. Facta huius scriptura traditionis sub die secundo nonas ianuarii, era millessima quadragesima quinta, rex Alfonso in Legione, et comite Sancio in Castella. Ego Gotina, que hunc scripture traditionis et confirmationis fieri iussi, et

relegente audivi, manu mea roboravi ✠. et testes tradidi ad roborandum. Munnio Obecoz hic roboravit et signum fecit ✠. Gutier Rodiz hic roboravit, et signum fecit ✠. Assur Hannez hic roboravit, et signum fecit ✠. Garcia hic roboravit et signum fecit ✠. Alfonso presbiter hic roboravit et signum fecit ✠. Assur hic testis et signum fecit ✠. In manu de Munnione abbate sumus omnes roborati, et scripsit.

Num°. 76.

Era 1046: año 1008: got. 8. 8te. gallic. 130.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Johannes, presbiter reminiscor facinora mea, et pro redemptione anime mee trado corpus et anima mea sub abbio sancti Mametis et sancti Micaelis et sancti Martini in loco, qui dicitur Obazeres et Sanctiuxbo presenti abbati domino Johannes cum collegio fratrum, trado hic de hereditia mea quam substantia, concedo una vinea, et una sexna in territorio in Cobadegallecos, et illa vinea de Obeco de alia pars terra de Juliano, et illa sexna ad latus de terra de Flanio, de alia pars iuxta via publica: et duos boves, uno arino, septem caxos de cebera inter tritico et ordio, octo libros, casulla linea, cupas, scamnos, mesas, manteles, et caxos. Hec donatum confirmo, perhemisex, amen. Siquis vero aliquid homo ex meis consanguineis, vel extraneis, potestas, aut villaneis voluerit (siquem al margen ~~ex imperio~~ y malabit). Facta carta in era millesima quadragesima sexta, regnante rex Adefonso in Legione, comite Sancio Garciane in Castella. Ego Johannes, qui hanc scripta fieri iussi, legentem audivi, Signum ✠ feci, et testibus ad roborandum subscripsi. Vitcei testis. Dolguiti testis. Eximeno confessor testis.

¶ Hec re aut auctor de eo quod contrarii sit à Domino Deo maledictus et cum Juda traditore in inferno inferiori habet portionem amen: Et ad hanc comite pariat libra auri cocto, et ipsas hereditates cum quales tunc tempus fuerint duplatas.

Adiciones del año 1009.

Por ati à San Martinz.

Ego Falcone sic trado vna vinea ad ipsa regula in loco qui dicitur Berceia, iuxta vinea de frater Fuxtunio ad latus de Semisero. De manibas meis sic ✠ roboravi. = Ego Obeco frater pro remedio anime mee sic trado et confirmo ad regula Sancti Mametis et Sancti Martini vinea mea propria in territorio de villa que vocitant Cobadegallecos, in loco qui dicitur **Cova latus Vinea** de Veavia = Ego alio Obeco frater sic trado ad ipsa regula duas vineas meas proprias, una in loco qui dicitur forte de Rascabielas latus vinea de Domiz, alia vinea de Kala latus vinea de Cara = Ego Civi frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in ipso loco forte de Rascavielas latus vinea de Domiz = Ego Eximino frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in loco, qui dicitur Ma-

mondiello latus vinea de Dolquiti = Ego Enneco frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in loco qui dicitur Aramondiello latus vinea de Galindo = Ego Roderico frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in loco qui dicitur Berceia latus vinea de Fredinando = Ego Felex frater sic trado ad ipsa regula duas vineas meas proprias, vna in loco qui dicitur Rascavielgas latus vinea de Aralico, alia in loco qui dicitur Vallearmentero latus vinea de Garcia de Panticurbo, de alia pars vinea de Abomar = Ego Romane frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in loco qui dicitur Aramondiello latus vinea de Jmlo = Ego Eximino frater sic trado ad ipsa regula duas vineas meas proprias, vna in loco qui dicitur fonte de Albaro presbiter latus vinea de Belasco, alia latus vinea de Belasco = Ego Stefane frater sic trado ad ipsa regula duas vineas meas proprias in loco fonte de Rascabielgas latus vinea de fratres de Sancti Mames = Ego Obeco Albariz frater sic trado ad ipsa regula terra mea propria in loco Aramondiello latus terra de Mataruggu = Ego Falcone frater sic trado ad ipsa regula vinea mea propria in loco de fonte de domino Didaco latus vinea de Johannes = Ego Johannes, qui presenti sum abbas, sic me trado cum meas hereditates ad ista regula subscripta Sancti Mametis cum divisas et presuras in Obarenes, de rivo de fonte lili usque in fonte mantielle nostras divisas, sernas, defesas, padules ab omni integritate confirmo. Siquis homo quod absit, voluerit auferre, tollatur nomen eius de libro vite, amen = Ego Roderico, et Gontrueda tradimus cum nostra hereditate ad ipsa regula; hereditas est in territorio, de villa, que vocitant Orbananos, quatuor terras, duas vineas, duos mazanares ad integritate, et in tertio mazanare quinta ratione: et in Sives in quatuordecim Kannares quinta ratione: et in Coreggo in duos Kannares quinta ratione: in Vallearmentero vna faza travesania latus vinea de Monnio Simproni: confirmamus perhenniter in seculum, amen. Siquis vero ex nostris consanguineis vel extraneis potestas, aut aliqua persona voluerit auferre vel retraere de Sancti Mametis, sit a Domino Deo maledictus et confusus in infernum pulsus, amen; et ad parte comite in cauto centum solidos, et ad regula hereditate duplata. Facta carta in era mil-

lessima quadragesima septima, secundo nonas maias; Rex Aldefonso in Legione, et comite Sancio Garcianiz in castella. Ego Obeco et alio Obeco, et tertio Obeco, et quarto Obeco, et Eximino, alio Eximino Enneco, Roderico, Stefano, et Eizi, Romane, Falcone, Felex, Guntruda, Roderico hanc dicta vel scripta firmavimus, relegente audivimus, et de manus nostras signos ✠. ✠. ✠. omnes iniecimus.

Num.º 77.

Era 1046: año 1008: got. 81. b.to galic. 114.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Tellu presbiter sic me trado cum ecclesia Santi Cosma et Damiani et meas casas cum introitu et exitu de meo Abuelo Nunnu Telliz, et in mea ratione Ke me cadieret de meo patre et mea matre Muter, et Sengone in vineas, in terras, quantum potuero invenire in loco, qui dicitur Marcello ad Sancti Felicis Aukensis. Similiter ego Sesguto presbiter, et alio Sesguto, presbiter sic nos tradimus cum nostra ratione de ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani et de Sancta Maria et in Sancti Christofori cum casas terras vineas, linares, ortos, cum suos pomiferos in Cannoceto, sive in Marcello: isto toto tradimus ad Sancti Felicis, et tibi presenti Munio abbas cum collegio monachorum ibi Deo servientibus in era millessima quadragesima sexta.

Num.º 78.

Era 1046: año 1008: got. 94. b.to galic. 71. b.to

Sub nomine patris et filii et Spiritus Sancti. Ego igitur comite Sancii totius castelle regente, placuit michi omni affectu, toto corde devotione animo, ut pro me anime remedium concedo et confirmo ad tibi abbati domino Martino presbiter et Sociis tuis fratribus unum monasterium desertum in villa nomine Revenga reliquiis ferente Sancti Emiliani vocato, cum terris, vineis, cum omni pertinentio ac libero, cum Castello Bustare: Et alia ecclesia Sancti Andres apostoli in Fonteoria iuxta ribo, que dicunt de lopo, cum terris, vineis, et pertinentio: Et alia ecclesia sancta Eolalia de Formellos latus villa sita inter duas vias, cum terris, vineis et pertinentio: Et alia ecclesia Sancta Maria in territorio de Fonteoria cum terris, vineis, molinis, et defensa latus casa, exitus et regressus, cum omni

pertinentio ab omni integritate. Hec predicta libero et genuo habeas, possideas tu domino Martino, et cum fratribus tuis, et post te cui successuri erunt: ut pro me ad Dominum in Sacris orationibus memores sitis per omnia secula, amen. Siquis autem homo ex meis successoribus (las imprecaes ordinarias): insuper ad comitis terre exolvat talenta auri, et quod retentu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima quadragesima sexta. Ego quidem Sancius comes, qui hec iussi fieri, testes ad roborandum tradidi. Sisebutus episcopus confirmans. Belasius episcopus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Domino Momelle testis. Domino Gabrielle testis. Eigga Arias testis. Domino Gannone testis.

Num.º 79.

Era 1047: año 1009. dia lunes 25 de julio: got. 15. 8.º gal. 178.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei comite Fernando Ermegieldez, simul et frater meus Monnio Ermeldez ob remissionem peccatorum nostrorum, et remedio animarum nostrarum, atque pro animas parentum nostrorum remissio, vel genitibus, prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut contribueremus in honore beatissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, nec non et ad tibi patri spirituali presenti Ferrucio abbati, omnibusque clericis fratribus, et sacerdotibus tecum ibi commorantibus, monasterium reliquias ferente Sancti Emeteri et Celedoni consecratum in territorio Mene in Taranco, cum suis domibus et pertinentiis ad integritate, sicut in regulas proprias resonat. Sancta Maria, et villas que vocitant Barcena, Antuzanos cum suos lacos et suos canales, et Mingon cum illis villis de Pienza nostra pertinentia ab omni integritate. Et Rivodecereso cum suos ieniores homines, terris, vineis, ortos, molinos cum ingressibus et exitibus eorum. Isti predicti in omnibus locis cum suis divisis cum hominibus ibi habitantibus; ita tamen ut in nulla paria, neque in homicidio, neque fossatera, neque in nulla causa sint permixti cum hominibus illis; sed liberos et inienios ab omni potestate regum et dominorum; ut a Deo mercedem recipiamus,

concedimus et confirmamus per in seculum seculi serviant in Sancto Emiliano. Siquis autem nostrorum posterum, regum aut principum, comitum, vel aliquorum hominum hanc nostram donationem Deo, et sanctis eius oblata, tollere, retemtare, vel inminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluerit; in primo sit ab omnipotenti Deo maledictus et confusus, et a totius christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus, amen: insuper ad partem regalem persolvat duo talenta auri, et ad regula duplum. Facta carta donationis sub era millessima quadragesima septima, * secunda feria, octavo Kalendas augustias. Ego comite Fernando Ermeldez, et frater meus Monnio Ermeldez, qui hanc paginam fieri iussimus manus nostras signos ✠✠ iniecimus, et testes ad roborandum tradimus; Imperante Sancio rex in Pampilona et Naiera, comite Sancio in Castella. Benedictus episcopus confirmans. Sancius episcopus confirmans. Eximinus episcopus confirmans. Senior Lope Sangiz maiordomus confirmans. Senior Lope Ennecones botellarius confirmans. Senior Enneco Sancii confir. Senior Furtum Blasquiz confir. Ego Eximinus iubente comite Fernandiz, et frater eius Monnio Ermeldez interfui, conscriptor, scilicet, et testis.

Adicion del 1022.

Ego namque gracia Dei comite Fredelando Pelaioz, vna cum coniuge mea domina Gelvira, et mater mea domina Gutina, cum consensu neptus mei Fernando Ferdinandiz, pro remedio animarum nostrarum, vel parentum nostrorum, sicut precessores nostri concesserunt, ita confirmamus tam monasterio, quam villis, sicut in pagina priora resonat, ab honore sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi spirituali episcopo Sancio cum collegio monacorum sub regula sancti Benedicti ibi Deo servientibus. Siquis autem nostrorum successorum, regum, principum, aut rusticorum vel cuiuslibet hominum hanc nostram donationem vel confirmationem invadere, disrumpere, temtare voluerit; sit a Domino Christo maledictus, et cum Juda traditore per cuncta secula in inferni damnatus, amen: insuper ad partem regalem pariet quinque libras auri, et

duplum ad regula. Facta carta in era millessima sexagesima, sexto idus novembris. Ego Fredenando, qui hoc fieri iussi, signum ✠ inieci. Ego Sancius rex interfui, et confirmo. Mumadonna confirmans. Eximina regina confirmans. Garsea rex confirmans. Sancius episcopus confirmans. Julianus episcopus confir. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Acenariz Sangiz confir. Senior Nunnu Albarez confir. Senior Sancio Furtunionis confirmans. Fredelando Zielamoz, et Vermudo Zielamoz merinos testes et confirmantes.

Num.º 80.

Era 1048: año 1010: got. 51. b.º galic. 31.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Sancius presbiter de Vovatella trado anima mea simul cum corpore in atrio sancti Emiliani, et tibi Telloni abbati cum mea hereditate, et propria ratione, simul cum meas casas, idest, duos linares unum trans illa ponte iuxta limite de Citi Jube, alium iuxta carrera, qui pergit ad Sancti Victoris: alium in illo valle super Vobatella iuxta limite de serna de rege; et meos ortos subtus palatio de Senior Garcia Furtunionis; et mea vice in molino: et alio orto iuxta porta de Vellite: una vinea in campo iuxta vinea de regina: pro anima mea serviant in Sancti Emiliani. Facta carta in era millessima quadragesima octava. Garsea episcopus testis. Senior Garsia Furtunionis confirmans. Domino Pasculale prepositus testis. Domino Eximino de Lesma testis.

Num.º 81.

Era 1049: año 1011. a 24 de junio: got. 105: galic. 4. b.to

In nomine sancte et individue Trinitatis, pater et filius, et spiritus sanctus, quod corde credimus, et ore proferimus. Ego quidem gratia Dei Sancius rex una cum coniux mea Mumadonna regina, amore divino compuncti, sic facimus genuitate, pro remedium animarum nostrarum ad atrium sanctissimi patronis Emiliani, et tibi patri spirituali Ferrutio abbati, nennon et omnibus tibi suiectis clericis ibidem die noctuque Christo famulantium: Idcirco concedimus genuitate, et confirmamus ad atrium predicti confessoris, obes et armenta ubique pas-

cendi licentiam; sicut ad antecessoribus meis, id est Sancius avus meus, et Garsias pater meus, et Ordonii regis, et Fredinando comitis, cum omni genuitate probantur pascendi de predicti Dei auctoritio: ita nunc cum omni roboze viatutis et integritate genuitatis confirmando mandamus, ut nullus praetemptet exelli, quod in tantis seculis pertranserunt in suo usu ilesi: ita quoque mandamus, ut in omnibus locis per terram et regnum nostrum imperium, sicut antiqua solitate firmati, sine ullius impedimento, obes et armenta, exceptis referis, et fruges manibus, vivant sancti Emiliani per secula, amen. Si quis autem nostrum aut extraneorum, regum, principum, aut aliquorum filiorum, seu nepotum, propinquorum, hominum hanc nostram genuitatem et confirmationem mutare vel infringere voluerit; sit a Domino Dominorum maledictus, et a consortio Christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in infami varatro per cuncta secula submersus, amen: cauto retento sicut fuguzii regis, ita iubemus esse sancti Emiliani; et ad partem regis pertinentem; et quod perditum ad monasterii duplatum. Facta exaratio genuitatis in era millessima quadragesima nona, octavo Kalendas iulii. Ego igitur Sancius princeps, qui hanc cedula fieri iussi, et relegente audivi, manu mea Signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Uxmadonna regina confirmans. Ramiminus regulus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Sancius episcopus confirmans. Senior Lope Sancii maiordomus confirmans. Senior Lope Enneconis votiliaxius confirmans. Senior Garsea Lopez testis. Senior Enneco Sangez Nalalensis testis. Fratres eius Senior Fuxtun Sangez testis. Senior Eximino Garceiz Osselensis testis. Senior Fuxtun Belasquiz Funensis testis. Fuxtinius exaratus et testis.

Num.° 82.

Era 1050: año 1012: got. 92: gal. 59.

Sub Christi nomine. Hec est cessio scripture de foro quod habuit illa villa, denominata Nave de Alburia, et que ipsa villa, versus sudeste ipsa quendam ibetus flumen, ex alia vero parte currens flumen. Eo quo fuit edificata Nave de Alburia non habuit furto de omicidio, neque de forticio, neque de saione de rege ibi intrare; sive qui occissi fuissent in molino, aut in navibus, que in ipso portu, vel in ipsius villa, nunquam

omicidio fuit foro de peccare. Contigit autem ut in tempore de illo comite domino Sancio; Beila Obecoz de Palencia sub imperio de illo comite supra nominato, dominante Termino et Lantaron, et Buradon castro, ipso Beila Obecoz iam supra dicto, et Brabolio de Portiella, et Gutierre de Vallioca bo venerunt utrique in unum ad ipsa villa iam supra dicta Nave de Albura, ut exquirerent omicidium in illa: et exierunt de illa villa Nunnu Albarez de Mellites, et domina Justa de Maturana, qui erant potestates de illa villa, et insurrexerunt contra ipsos merinos in iudicium, et fuerunt ad Termino ad illo comite domino Sancio: et iudicavit, que iurassent Nunnu Albarez de Mellites, et domina Justa de Maturana cum suo scribto, quod habebant de suo foro; et iuraverunt in ecclesia pernominata Sancta Agatea de Termino. Et exierunt cum suo foro, quod habuerunt omni tempore, et confirmavit illo comite ipso foro illo die, ut firmi esset usque in seculum seculi, coram testibus, qui presentes fuerunt Obeco Didaz hic testis. Albaro Sarraciniz hic testis. Fredinando Pelaioz testis. Assur Nunnez hic testis. Johannes Flaginez saione in termino testis. Johannes Flaginez de Quintana de Ferreros iudice in Termino testis. Nos omnes supra nominatos rite et clare laudantes confirmamus in era millessima quinquagesima.

Num.º 83.

Era 1058: año 1013: got..... galic. 118. b.º

In Dei nomine. Ego igitur Gundissalbo, et Gota spontanea voluntate pro anime mee remedio concedimus et confirmamus ad atrio Sancti Johannis et Sancti Emiliani de Finestra et tibi abbati Monnio media nostra ecclesia vocata Sancta Lecodia et Sancta Eolalia, qui est in editus de Birviesca cum suos terminos, id est, de casa de Maria de Gamar usque casa de Guscava, de alia pars casa de domino Johannes de Auca: et media nostra vinea, qui est latus Carrera, qui vadit de Birviesca ad Cereso, de alia pars terra de Albaro Ferrero: et illa ecclesia cum introitus et exitus. Siquis homo hanc nostram donationem in aliquo disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus, et confusus: et a comitis parte exolvat duas libras auri, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima quinquagesima prima, Sancio comite in castella. Obeco, et Monnio testes.

Num.º 84.

Era 1052: año 1014: got. 12. b.º galic. 32.

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem gratia Dei Sancius princeps vna cum consocia mea Mumadonna regina amore divino compuncti, ac scelerum nostrorum numerositate recordati, sic facimus donationem, pro remedio anime nostre, et pro defunctis nostris parentibus ad atrium sanctissimi patronis Emiliani, et tibi patri spirituali Terrucio abbati, nec non et omnibus tibi subiectis clericis ibidem die noctuque Christo famulantibus: idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris Sancti Petri apostoli domum constitutam in loco noto penes Villamnovam, cum terminis, et montibus: vna terra inter ambas vias, que vocitatur torca iuxta limite de Sancio Eximino de Torre, et de parte dextera Pascuale: et alias duas in valle de fontemciella iuxta limite de Monnio Vitacoz, et desuper Sancti Petri de Veleso: et alia terra super via maiore de fascias de via ad viam: et alia terra de illa era vetera vsque ad rivum cum suos pomiferos, circiter decem octo nuxeas, et alias tres vna in illa vetata, alia ad Sanctum Laurentium, alia prope castellum et via, que pergit ad Anguidanos; et alie plurime, quas suorum peccatorum remedio minute tradiderunt homines multi. De vineis autem, idest, vinea super viamnovam, et alia super via prope eam: alia vinea in valle, que vocatur valle de novatella: super Venello orto cum suos pomiferos, molinosque vnum integrum, alium medium in Soto, que vulgo vocatur molendinos cum Villa Letesma, ut sit sub obsequio supradicti arcisterii per secula, amen. Siquis autem nostrorum filiorum seu nepotum, propinquorum, aut extraneorum, regum aut principum, aut aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit; sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio Christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: et insuper temporali iudicio constrictus, quinque talenta auri ad partem regis noscatur soluturus, et ad monasterium duplaturus. Facta carta in Era millessima quinquagesima secunda. Ego igitur Sancius princeps, qui hanc paginam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Mumadonna regina confirmans. Ranimirus regulus confirmans. Garsea episcopus confir.

Benedictus episcopus confirmans. Mancius episcopus confirmans. Senior Lope Sangiz maiordomus confirmans. Senior Lope Ennecones votilarius testis. Senior Garcia Lopez testis.

Num.º 85.

Era 1052: año 1014. á 24 de junio: got. 11: gal. 27. Cajon E. 9. 1.

In nomine sancte et individuo Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, quod corde credimus, et ore proferimus. Ego quidem gratia Dei Sancius rex vna cum coniuge mea Mumadonna regina, amore divino compuncti, ac scelerum nostrorum numerositate recordati, sic facimus donationem pro remedio animarum nostrarum ad atrium sanctissimi patroni Emiliani, et tibi patri spirituali Ferruzio abbati, necnon et omnibus tibi suiectis clericis ibidem die noctuque Christo famulantibus; idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris villam nomine Letema cum omni integritate, et ingenuitate, cum suis edificiis totis, idest, casas, ortos cum suis pomaribus, terras, vineas, cum rebus omnibus, exitus et regressus: idest a posatella frigida vsque in fonte tablata, et de lumbo ad lumbo vsque ad fluvium Nagalensem, cum vsu quod ab antiquis probatum dirivatur annis; idest sedentibus in predicto termino, pascua habeant per diem vbi eis fuerit vndique prosperum sine vllius impedimentis obstaculo; in nocte iterum redeant ad terminum proprium. Similiter illa loca, que pro pastu ab antecessoribus meis Sancio avuo meo, et Garsea patre meo, et Ordonio rege, et Fredinando comite cum omni integritate probantur servire huic predicto Dei monasterio: ita nunc cum omni robore virtutis et integritate ingenuitatis confirmando mandamus, ut nullus pretemptet evelli, que in tantis seculis pertransierunt in suo vsu inlesa: idest in insulas de luminaria, in fonte Ambrelli, in spinosa de Serrahero, in pozuelos, in lumbo sulleola, in fonte latronis, in fine vallis Alasoni quem nunc dicunt Gomez Camerari: in omnibus his locis antiqua soliditate firmatis, sine vllius impedimento oves et armenta vivant Sancti Emiliani. Ita vero affirmamus et roboramus hec omnia suprascripta ad atrium beati Emiliani, ut nullus hominum nec nos nec nostri successores privilegii potestatem introeundi, sedendi, possidendi, vel dominandi dicionem habeat in his, nisi qui ipsius sancti confessoris reliquias cum tumulo vene-

donac.n de Solariego riguroso.

rantur in secula seculorum, amen. Siquis autem nostrorum filiorum, seu nepotum, propinquorum aut extraneorum, regum aut principum, aut aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit, sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio christianorum separatus, eodemum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: restitutoque duplo retempti; quinque talenta exolvat in fisco regali ex metallo auri: et hoc scriptum stabile maneat firmum. Facta exaratio tributionis in era millessima quinquagesima secunda, octavo Kalendas iulii. Ego igitur Sancius princeps, qui hanc scedulam fieri iussi, et relegentem audivi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Mumadonna regina confirmans. Ranimirus regulus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Benedictus episcopus confirmans. Mancius episcopus confirmans. Senior Lope Sancii maiordomus confirmans. Senior Lope Ennecones votilarius confir. Senior Garsea Lopez testis. Senior Enneco Sangiz Naialensis testis. Senior Fortun Sangiz, frater eius testis. Senior Eximino Garceiz Osselensis testis. Senior Fortun Belasquiz Funensis testis. Fortunius exaravit.

Adicion del 1081.

Et ego Adefonsus rex in presentia Albari abbatis sancti Emiliani, et Antonini Nunnez dominantis Castro Tobie in ribo de Petrojo hunc terminum predictum sicut in hac pagina resonat, confirmo et corroboro monasterio Sancti Emiliani per omnia secula, amen; era millessima centesima decima nona.

Num.º 86.

Era 1052: año 1014: a 24. de junio: got. 12. b.º galic. 25. b.º

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Ego omnium quidem infimus, et tamen voluntate Dei Sancius princeps et rex unacum coniuge mea Mumadonna regina, superni amoris accensi ardore, ac peccatorum nostrorum peterriti multitudine, proposuimus de bonis que Dominus ad honorem istius seculi nobis largitus est aliquid addere in possessione Sanctorum, ut eorum sufragiis eruamur ab omni mole flagitiorum, et post heredes fieri mereamur in regno polorum: ergo concedimus totius voluntatis affectu et donamus ad basilicam Sancti

Emiliani presbiteri et confessoris altissimi Dei, et tibi religioso Ferrutio abbati, omnibusque clericis fratribus et sacerdotibus tecum ibi commorantibus die noctuque Deo fideliter servientibus: idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris villam nominatam Colgiam in confinio villarum Tuvie, et Matute positam, cum omnibus suis ingressibus et regressibus, circuitibus, montibus, paludibus, suisque cum omnibus pertinentiis, vel que a veteris fuerint testificata senibus: ita ut cum villis communia habere pascua in supradictarum villarum Tobie et Matute terminis noctibus et diebus. Tribuimus autem et illi firmam genuitatem de omni servitio et opressione, que usque hodie habitantes in ea fecerunt, a parte regum et potestatum ab hinc et in secula seculorum. Similiter et super hanc nostram donationem offerimus ad arcisterium predicti confessoris Emiliani duo monasteria unum ad venerationem sancti Christofori in affinitate earum villarum Tobie et Matute situm, et alterum secus fluvium Nagelensem ad honorem sancti apostoli Petri in vicinitate villenove et Matute positum; simili modo cum omnibus suis, que ad ea pertinent, terris, vineis, possessionibus, pomariis, ortis, molendinis, ingressibus et regressibus, paribus pascuis in terminis et montibus, et in lignis, et in aquis cum prefatis villis Tobie et Matute, et Villenove; sed liberos et ingenuos adfirmamus illos esse ab omni dominio, et servitio regis, et potestatis, vel cuiuslibet servorum illorum usque in perpetuum: et in ipsis terminis predictis earum villarum ad pecora cuncta sancti Emiliani solutionem tribuimus pascere die noctuque per ipsos terminos et montes, quo voluerint habitare. Eodem modo perpetuam ac firmissimam livertatem ac ingenuitatem illi sancto ac venerabili cenobio concedere ac firmare, Domino inspirante, cogitantes et desiderantes omnibus posteris regibus et potestatibus scire facimus, ut quecumque donatio, sive monasterium, vel villarum, divisarum, vel domos aliquorum rusticorum, vel solarium hereditatum terrarum, seu vinearum vel alicuius generis donationis ab aliquo homine sive rege, seu principe, nobile vel ignobile, milite vel rustico, libero ac servo huic monasterio data vel confirmata fuerit, tam amodo in diebus nostris, quam postea usque in perpetuum, libera et ingenua ab omni servitio, et sine homicidio et facendera, et imperiali usu, quod antea fecerat, vel usum malum habuerat tam de annubalis, quam

Donac.n de Señorio Solariego.

de castellariis, vel alicuius servitutis oppressione a parte regis et potestatis, seu vicinis ad firmissimam integritatem ingenua permaneat. Qualiter sicut nos servitutem, et oppressionem vel impedimentum omnium nostrorum posterum illi sancto loco tollere contendimus, sic nos et quicumque nostrorum successorum, qui huic nostre confirmationi consenserint; sufragio sanctorum illorum, liberi ab omni diaboli captivitate, fieri mereamur heredes in regno Christi eterno. Verumtamen siquis nostrorum regum, aut principum, comitum vel aliquorum hominum hanc nostram donationem Deo et sanctis eius oblatam, tollere, retemtare vel imminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluerit; in primo sit ab omnipotente Deo confusus, et a cetu totius christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus: insuper damno aflictus temporali, quinque talenta in regali teloneo persolvat auri, et ad monasterium duplum. Facta carta donationis et confirmationis in era millessima quinquagesima secunda, octavo Kalendas iulii. Ego igitur Sancius princeps, qui hanc paginam fieri iussi, manu mea signum ✠ inieci, et testes ad roborandum tradere iussi. Mumadonna regina confirmans. Ranimirus regulus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Benedictus episcopus confir. Mancius episcopus confir. Senior Lope Sangiz maiordomus testis. Senior Lope Ennecones votiliarus testis. Senior Garsea Lopez testis. Senior Enneco Sangiz Naialensis testis. Frater eius Fortun Sangiz testis. Senior Eximino Garceiz testis. Senior Fortun Blascoz Funensis testis. Fortunius Exarator testis.

Num.º 87.

Era 1054: año 1016: got. 89. 6º: galic. 161.

De divisione regno inter Pampilona, et Castella sicut ordinaverunt Sancio comite et Sancio regis Pampilonensem, sicut illis visum fuit una concordia et convenientia; id est, de summa cuculla ad ribo Vallevenarie, ad Gramneto ubi est molione sito, et ad Collato Monnio, et a Biciercas, et ad penna nigra: deinde ad flumen Razon ubi nascit; deinde per medium monte de Calcanio per sumo lumbo, et Mediagazala et ibi molione est sito, et usque ad flumen Tera, ibi est Garrahe antiqua civitate deserta, et ad flumen Duero. Duenno Munno Albaro de Castella, et Senior Furtun Oggoiz de Pampilona testes et confirmantes, era millessima quinquagesima quarta.

Num.º 88.

Era 1058: año 1020: á 15. de marzo: epc. 34: calic. 47.º

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est pagina confirmationis, quam fieri iussi ego Sancius princeps in monasterio sancti Emiliani presbiterii et confessoris Christi: ego Sancius rex confirmo vobis abbati Fortunio, ceterisque Sanctis Dei in excisterio Sancti Emiliani Domino ministrantibus villam Ventosam, quam parentes mei rex Garsea Sancionis una cum uxore sua Oximina regina ob remedium animarum suarum beatissimo Emiliano devotissime concesserunt cum suis adiacentiis, terminis, et pobcis: id est de illas baccarizas de fondon de Ventosa per summum Haggazar usque ad fontellam de Cita Domiz; deinde ad summum de plano de la Domna; et de alia parte del Aguilare, per viam Cenisariam ad Sanctum Paulum; deinde ad Summam quardiam, et ad Summam Costanziam, et ad illam cruclam ubi Ventosa et Tozzesteca se iungunt; et de illa cruela ad Summum de zibagul; et de Sancto Christoforo de Somita usque ad zibum de Sozes, et per ipsum zibum sursum ad Fonteciella, et ad fagetiellam de Ventosa; deinde ad Semitarium de media regia, et assomante ad sanctam Mariam, per viam usque ad ipsam loberam: id est sedentibus et iacentibus in predicto terminio; pascua habeant per diem ubi eis fuerit undique prosperum, sine ullius impedimentis obstaculo; in nocte iterum redeant ad propium terminum. Ita confirmo eam supradictam villam vobis cum terris, vineis, cum hominibus, et cum omnibus suis ingressibus et regressibus; ita ut nullus hominum, presentium vel futurorum successorum privilegium nostrum violare audeat, vel dominandi ditionem in ea habeat, sed libera Sancto Emiliano in perpetuum serviat. Mandando quoque, ut (Cautsulas de dominio Solarieg.) Siquis ex habitantibus in ipsa villa beatissimo Emiliano deservire contempserit, et ad alterius loci habitationem perrexerit, careat hereditate, et domo, quam in ista villa possedit. Siquis autem posterum regum, aut principum, comitum, vel aliquorum hominum hanc meam confirmationem violare tentaverit, sit anathema in conspectu Domini, et cum Zabulo in gehenna perpetuas luat penas, amen: insuper in regum fisco solvat aureum talentum. Facta carta confirmationis sub era millessima quinquagesima octava, die idus marcii. Ego Sancius rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum + feci, et confir-

mavi post obitum patris mei, et testes ad roborandum tradidi. Benedictus Naiarensis episcopus confirmans. Eximinus Pampilonensis episcopus confirmans. Sancius* Aragonensis episcopus confirmans. Momadonna regina confirmans. Garsea regulus confirmans. Ranimirus prolis regis confirmans. Lope Sangiz maiordomus confirmans. Lope Ennecones botellarius confir. Senior Enneco Sancii Naialensis et Muensis confir. Senior Furtun Belasquiz Funensis confir. Ego Eximino iubente Sancioni principe interfui conscriptor scilicet et testis.

* forte: Mancius.

Num.º 89.

Era 1058: año 1020: got. 3: galic 26.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego igitur Sancio rex Dei gratia, cum socia mea Momadonna regina fieri iussimus in honorem Sancti Emiliani obtulibus presbiteri scilicet et confessoris Dei pro remedio animarum nostrarum, sic pro viventibus quam pro defunctis omnibus parentibus nostris, ut per sufragia nostrorum, sive precibus petitionum vestrarum mereamur evadere hic et ubique penurias omnium malorum. Nunc autem ante presentiam testium confirmantiumque testamus pronte voluntatis: idcirco damus, et sincere, fabente Deo, confirmamus atrium Sancti Christofori cum omnibus suis, que ad eum pertinent monasterium pertinere noscuntur possessionibus, ortis, molendinis, ingressibus et regressibus, paribus pascuis in terminis, in montibus, et in lignis, et in aquis cum villis Tuvie et Matute, cum suis hereditates ad predictum confessoris Sancti Emiliani, situm iuxta Castro Tobie. De terris, id est, una terra in Sancta Eugenia super illa de domino Petro: alia terra giro casa: alia terra super illo molino, et una vinea super Casa: alia terra de suso, et molino Ostos: una serna in ribo de monasterio: alia serna iuxta Pascual Mamellato: alias tres in fontanares: alia serna in valle de geso, et Sancti Martini cum suo orto, et molino, et duos nozetos duas partes: uno mazano: una vinea in nas planas, et serna de domino Sesuto episcopo: una vinea in plana, que fuit de Mer Sesuto: alia vinea de domino Belasco maior: una terra in Sancta Eolalia: una vinea in Mercatiello de Mer Munnio: alia vinea de fratres: alia vinea de Sancio magister: alia vinea in valle gese: alia vinea de domino Juliano: alia vinea de Mer Gundumeri: alia vinea iuxta serna de rege in ribo de Colia: duas vineas in valmala: tres vineas in pago de Certum: alia terra in Vangos in via de Terrero subtus Kar-

rera: alia terra in Crespanes: duas sernas iuxta eras de Villanova: alia serna super Villanova: alia terra in valle de toba cum suo mazanato de domino Gomiz: alia terra super Karrera inter Matute et Villanova. Hec predicto genio et libero absque omicidio, et saionis ingressio firmiter maneat per omnia secula. Siquis autem ex nostris successoribus consanguineis vel extraneis, aut persona hominum voluerit de hanc nostram concessionem aufferre, sit a Domino Deo maledictus et confusus: insuper in cauto a parte regis pariet auri talenta, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima quinquagesima octava. Ego Sancius gratia Dei rex, qui hanc cartula fieri iussi, relegente audivi, manum meam signum ✠ feci, et testibus tradidi ad roborandum. Momadonna regina cum filiis meis confirmavit. Garsea regulus confirmans. Ranimirus frater eius confirm.s Ranimirus alius frater confirm. Garsea episcopus confir. Benedictus episcopus confirm. Eximinus episcopus confir. Sancius episcopus confir. Lupus Sancii maiordomus confir. Lupus Ennecones botellarius testis. Eximino Furtunionis stabularius testis. Senior Garsea Lopez prior in omnia imperii palatii testis. Senior Enneco Sancii in Naiera testis. Senior Eximino Garceiz in Ossella testis. Senior Enneco in Funes et in alias terras testis

---

Num.º 90.

Era 1060: año 1022: gpt. 87. b.º galic. 200.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Albaro presbitero, et Cometessa placuit nobis spontanea voluntate vna concordia tradimus nosmedipsos cum omnia nostra hereditate quem habemus tam in Obirnia, quam in Mamellare terras, vineas, ortos, pratis, padulibus, exitus et introitus, etiam mobile et immobile, atque nostras comparationes et pertenentia ad atrio ecclesie Sancti Martini et Sancti Emiliani, et Sancte Colalie et Sancti Johannis et Sancti Pelagii, qui est fundata in locum vocato Mamellare, ut a Domino mercede fruere mereamur, amen. Tradimus quod nobis visum est melius, ut hoc monasterium sit adiubatum. Ego Albaro abba post obitum meum, qui fuerit ex nostra gente, sit in meum locum nomine Dolquiti presbiteri cum sua omnia pertinentia et hereditate. Facta carta in era millessima sexagesima.

Num.º 91.

Era 1060: año 1022: got. 26: galic. 91.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Nos quidem humillimi omnium servorum Christi Munnio Sanggo, et Anderazo Monnioz ob remissionem, peccatorum nostrorum, spontanea nostra voluntate tradimus nostras proprias hereditates ad honorem sancti Mikaelis arcangeli, et tibi abbatisse domina Goto et ceteris aliis sororibus presentibus et futuris: in Sancto Florenti una serna, quam misit abbatissa domina Goto in Spinosa de iuso, et una vinea, que est in valle de Assur: et in Kasteggon quatuor vineas, quas miserunt in sancto Florenti Munio Sanggo, et Mer Beila et miserunt mediam vineam in Sabuco, et altera vinea, que est in chovaharan, quam misit Acha Vita, et Nunno Valza de Seroiana: et duas vineas que sunt in Arenas, et altera vinea que est in Casteion, quam misit Sancio Obecoz in Sanco Florenti: et unum agrum que est in Spinosa, quam miserunt Dompnus Sancius de Villadaliso, et dompna Tota: et sex agros quos miserunt Mer Beila et Munnio Sanghoz et Albaro Garceiz et dompnus Munio de Cizarraga: et adhuc miserunt isti in Sancto Florenti duos agros, qui sunt in loco de la lopera, et unum ortum qui est in Espinosa ante portam de Sancio Munnioz. Et quicquid ex nostra pertinentia inventum ubicumque fuerit, cum omni integritate deserviat ad atrium sancti Mikaelis iure perpetuo. Siquis vero ex nostris propinquis, vel extraneis hunc nostrum donativum in aliquo violare vel disrumpere temptaverit; sit a Domino Jhu Christo condempnatus et maledictus, et a cetu omnium christianorum comunione privatus, et cum diabolo et Juda traditore penas sustineat luiturus, amen: insuper ad partem regis tres persolvat auri libras, et quod retemptaverit duplum. Facta carta sub era millessima sexagesima *, regnante Sancio rege in castella et in Pampilona in regnis suis. Ego enim Munnio Sangho, qui hanc donationem et confirmationem feci, et relegentem audivi, manu mea signum fecit ✠ et testes ad roborandum consoripsi. Sancius episcopus confirmans. Johannes Munioz testis. Garcia Gomiz testis. Arendari Tellez testis. Obeco Garcia testis

---

Num.º 92.

Era 1061: año 1023. á 1. de abril dia lunes: got. 13. b.º galic. 16. b.º original, Cajon 0.10. leg. 3. n.º 1.º titulo Villar de Torre.

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego Senior Garcia Fortuniones unatim cum consortia mea Domina Tota, Domini previdente clemen-

tia, que gratis beneficium largit indignis: inde nos ob nominis eius amorem, et Sanctorum eius considerantes honorem, nec non et pro nostrorum comissorum facinorum remissione offerimus ad honorem Sanctissimi Emiliani presbiteri et tibi Ferrucio abbati cum ceteris monachis Deo servientibus vicinum monasterium iuxta vicum, quod vulgo Villartorre dicitur, nomine monasterii Sancte Marie cum propiis domibus, cum terris et vineis, cum ingressibus et regressibus ab omni integritate cum suis adiacentiis (terminis): licet alii rustici illius supra dicte ville vetatum habeant aliquem terminum ad pastum peccorum, peccora vero illius monasterii, habitantiumque in eo, non sicut rustici de Villar defesam habeant, set inter segetes et vineas, et limites libere et absolute, sicut nos habuimus, concedimus pastum, ita tamen quod non faciant dampnum, deserviendum iure perpetuo: Qualiter meritis prefati almi Emiliani confessoris Dei adiuti, a sordibus facinorum mereamur ablui, et a sordibus averni erui, et cum Christo et eius electis ad dexteram positi, vivamus per eterna secula, amen. Sic offerimus supra dictum monasterium et cum tali usu, ut comunem cum hominibus de Villar habeant pastum, et montes, aquas, glandiferas arbores: tamen ut in nulla (paria) neque in homicidio, neque in nulla causa sit permixtum cum hominibus de Villar, set liberum et ingenuum ab omni potestate regali cum omnibus pertinentiis suis serviat in Sancto Emiliano semper: et quod odie offerimus, amodo et deinceps post ad partem monasterii maneat confirmatum per infinita secula, amen. Siquis tamen ex nostris propinquis seu extraneis hanc nostram donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere, tollere vel imminuere de his, que diximus; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus, et a cetu totius Christianitatis separatus, et post cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus, amen. Insuper in fisco regali persolvat sexaginta libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta in era millessima sexagesima prima, die Kalendas aprilis, feria secunda, regnante Sancio rege in Alaba et in Pampilona et in Castella, rege Adefonso in Legione. Ego Senior Garcia Fortunionis et uxor mea domina Tota sub presente abbate Ferrucio hanc paginam fieri iussimus, manibus nostris hec signa ✠ ✠ fecimus, et testes ad roborandum tradimus.

Senior Blasco Fortunionis frater meus confirmans. Eximinus Garciez filius meus confirmans. Senior Lope Garciez filius meus confir. Senior Fortun Oxoiz dominans Vecarie testis. Senior Fortun Sangiz dominans Caparroso testis. Senior Fortun Lopez dominans Okon testis. Comes Monnio Gonsalvez Alavensis testis. Senior Bueno Patre dominans Naiare testis.

Adicion de 27. de julio de 1072.

Sub Christi nomine. Ego Sancius rex, inspirante divina clementia, pro mee anime remedio, et scelerum meorum ablutione, ita confirmo hoc monasterium sancte Marie ad honorem Sancti Emiliani, et tibi abbati Blasco cum ceteris fratribus, ut sicut superius in ista resonat pagina, ita sit firmum per infinita secula, amen. Et si in aliquo tempore habuit monasterium istum aliquod pactum pravum, aut fueros malos, ego Sancius rex mando, ut sit ingenuum et absolutum, et ab omni potestate principum, vel rusticorum sit semper liberum. Siquis vero post meum decessum in aliquo retemptationem facere presumpserit; condempnationibus prescriptis particeps effectus, cum demonibus penas inferni sustineat in perpetuum, amen: et ad partem regis exolvat duas libras auri, et ad monasterium duplum. Facta carta confirmatio testamenti sub era millessima centesima decima, sexto Kalendas augusti. Ego Sancius rex, qui hoc testamentum fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum inieci. Raimundus frater regis confirmans. Ermesilda germana regis confirmans. Eximina germana regis confirmans. Munnius episcopus confirm.s Blasius episcopus confirmans. Fortunius episcopus confirmans. Senior Eximino Azenarez confirmans. Senior Fortun Acenarez confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Garcia Lufarez confirmans.

Num.º 93.

Era 1063: año 1025: got. 61: galic. 189.

In era millessima sesagesima tertia decano de Sancti Emiliani sicut colligebat ferro per Alaba, ita describimus =

Vbarrundia xuiii. reggas.

Gamarra maior duas reggas. Gamarra minor vna regga. Erretana vna reg. Hamarita vna rg. Mengano i. rg. Hribarri i. rg. Menganogoten vna reg. Gernica i. rg. Zeriano i. rg. Betellogaha ii. rgs. Nafarrate

ez Olhoetu 1. xg. Uzcaraga 1. xg. Urbina ez Angellu 1. xg. Lucu ez Arzamendi 1. xg. Goiaben 1. xg. Bagoeta 1. xg.

Camboa xx. xgs.

Lehete 1. xg. Essavarri, Arguillana, ez Arina III. xgs. Langara, ez Moio III. xgs. Arzoma 1. xg. Zuharzu 1. xg. Mariaeta 1. xg. Narzua II. xgs. Hurizahar, ez Orengoin 1. xg. Menisur 1. xg. Matxiana III. xgs. vno de cubico in longo, ez duoj minores. Essavarri 1. xg.

Harhazua xxIII. xgs.

Durana II. xgs. Arzubiaga 1. xg. Zurbano II. xgs. Villarrazaha II. xgs. Zerio 1. xg. Orecia, ez Matauco III. xgs. Amia ez Jungitu III. xgs. Urguma-niz III. xgs. Arbulu II. xgs. Lubiano II. xgs. Huribarri 1. xg. Dorra II. xgs. Sansoheta 1. xg. Arzoiaha, ez Becia 1. xg. Mendivil 1. xg.

Harhazua XII. xgs.

Betoniu II. xgs. Olgoziaga 1. xg. Arcaia 1. xg. Sarricohuri 1. xg. Orazu 1. xg. Gamiz 1. xg. Boznibar 1. xg. Huribarri 1. xg. Haberastzuri, ez Huriarte, Argendonia, Betxikiz, Hascarzaha, ez Sancti Romani III. xgs.

Olaliszhaeza xxII. xgs.

Olbendangu 1. xg. Arzmenti 1. xg. Chazi 1. xg. Gazaheta 1. xg. Berrozbegieta II. xgs. Lassarte III. xgs. Harizaballeta, ez Gardellihi III. xgs. Gazteltu, ez Meiana III. xgs. Mendiolha, Bollazuiru, ez Aduzzaha III. xgs. Gametxiz III. xgs. Arziaga 1. xg.

Hizaszaeza xxII xgs.

Gelhegieta III. xgs. Iscona III. xgs. Izconiz II. xgs. Burgellu, ez Garonna II. xgs. Narazihin 1. xg. Arialha II. xgs. Larrahaza 1. xg. Dullanzi II. xgs. Aniu 1. xg. Lazzara, ez Arbelgoihen in duoj amoj III. xgs. Heceinzquin, ez Habarnza III. xgs.

Hegizar XIIII. xgs.

Narnamio 1. xg. Harhaia 1. xg. Haiztara 1. xg. Zalduondo II. xgs. Aliz Kana 2. xg. Saceniana 1. xg. Yaguzahin, ez Saluzegiz 1. xg. Ulumiahin 1. xg. Ingunna 1. xg. Ocariz, ez Vaduza, ez Opaucu 1. xg. Harrizavallaga, Hegulza, ez Aboulanga III. xgs

Sepeem Alfoces.

Hegizar ez Sancti Romani, ez Hurabagin, ez Halbiniz, ez Amezaha vno andoyco. Villardui, ez Arzanhegi, Ibazguren, Arreziahin, ez

Heinhu vno andosco. Zonotegi, Irossona, Horibarri, et Vdalha vno andosco.

Barrundiz XXII. rgs.

Galharreta 1. rg. Gordova 1. rg. Harriolha 11. rgs. Narbaiza 11. rgs. Larrea 1. rg. Hazpurba, Huriguxenna, et Zuhazulha 1. rg. Ermua 1. rg. Audicana 1. rg. Algio 1. rg. Deredia 1. rg. AndozKeta 1. rg. Kircu 1. rg. HelKeguxen 1. rg. Zuhazu 1. rg. Vhulla 11. rgs. Erdongana 1. rg.

Langrares XXIIII. rgs.

Transponte vno carnero. Mendihil 1. rg. Harrieta 1. rg. Eurtupiana 1. rg. Adanna 1. rg. Mendoza 1. rg. Eztarrona 1. rg. Otazaha 1. rg. Hartegieta 1. rg. Gobeio 1. rg. Zuahazu 1. rg. Lermanda 1. rg. Margarita 11. rgs. Gomegga 1. rg. Ariniz 1. rg. Zumelzu 1. rg. Benea 1. rg. Suvillana 1. rg. Elheni villa 1. rg. Luperho 1. rg. Quintaniella de sursum, Zaballa 1. rg. Billodas III. rgs. Langrares III. rgs.

De Murilles XIII. rgs.

Gersalzaha 1. rg. Olhabarri 1. rg. Huerzas 1. rg. Mandaita 1. rg. Subillana 1. rg. Murielles 1. rg. Vrbillana 1. rg. Haizcoeta 1. rg. Artazaha 1. rg. Baroha 1. rg. Kineia 1. rg. Carcamu 1. rg. Frasceneta 1. rg.

Ossingani XXII. rgs.

Paves 1. rg. Arbigano 1. rg. Basconguelas 1. rg. Erenna 1. rg. Cassicedo 1. rg. Licingana 1. rg. Cassicedo 1. rg. Antepardo 1. rg. Molmiella 1. rg. Olibani vna regga. Comungoni 1. rg. Torreciella 1. rg. Arcillana 1. rg. Villavizana 1. rg. Lunantu 1. rg. Carasta 1. rg. Ripa 1. rg. Torissu 1. rg. Zuhiabarrueta novem rgs: in Quartango duodecim rgs: in Vrca octo rgs. Bocara 1. rg. Irzu 1. rg. Revendeca 1. rg. Olhaerreta 1. rg. Bardahuri 1. rg.

Alfoçe de Tornello XX. rgs.

Erenna 1. rg. Anuzquita 1. rg. Villaluenga 1. rg. Torniello 1. rg. Luni-villa 1. rg. Tuiu 1. rg. Sancti Juliani vna rg. Rivamartin 1. rg. Licinganiella 1. rg. Antezana 1. rg. Mazanos 1. rg. Ripaota 1. rg. Melietes 1. rg. Ripacuta 1. rg. Lograzona 1. rg. Baia 1. rg.

Rivo de Ibita XXXII. rgs.

Prango, et Prango 11. rgs. Armendihi 1. rg. Atazabal 1. rg. Betruz 1. rg. Argote 1. rg. Sancti Meiano 1. rg. Torre 1. rg. Sancti Martini 1. rg. Galbari 1. rg. Cimentu 1. rg. Barolla 1. rg. Loza 1. rg. Alma 1. rg. Paldu 1. rg. Mesanza 1. rg. Sabastian 1. rg. Bergilgona 1. rg. Langu 1. rg. Guzquiano 1. rg. Bustia 1. rg. Gogate 1. rg. Agellu 1. rg. Pudio 1. rg. Barizahaza 1. rg. Sagasaheta 1. rg. Orzalzan 1. rg. Varte 1. rg. Marquina de iuso 1. rg. Carrelucea 1. rg. Marquina de suso 1. rg. Basahuri 1. rg. Hobecori 1. rg. Hasarte 1. rg.

Harrahia X.III. rgs.

Sancta Pia II. rgp. Atahuri de suso II. rgp. Atahuri de iuso II. rgp. OKerhuri II. rgp. Sabando de suso II. rgp. Sabando de iuso II. rgp. Ebissate II. rgp. Donnas II. rgp. Mussitu II. rgp. Kerrianu II. rgp. Haizpilleta II. rgp. Erroheta II. rgp. Allegga II. rgp. ZeKungau II. rgp. Elhorzahea II. rgp. Bahaeztu II. rgp. Kessalla II. rgp: in his villis predictis obi bacca occiderint, duas reggas donant. OKina I. rg. Izarza I. rg. Azazaheta I. rg. Birgara de suso, et Birgara de iuso II. rgp. Apinganiz I. rg. Gessalba I. rg. Bahanezta I. rg. Berrocihabi I. rg.

Divina XXII. rgp.

Oto, et Oto III. rgp. Huribarri, et Yrrialdo III. rgp. Mandoiana I. rg. Gerenga I. rg. AboggaKo I. rg. Ihurre, et Lopeggana III. rgp. ApodaKa II. rgs. Mendiguen I. rg. Arangiz I. rg. Andiggana, et Oronda III. rgp. Cuffia de suso, et Cuffia de iuso novem reggas.

Num.º 94.

Era 1065: año 1027: got. 31. b.º galic. ~~37~~ 38 y 129 Vto

Sub Christi nomine. Ego Eximino, et frater meus Lupanco pro remedio animarum nostrarum in cenobio sancti Emiliani tradimus animas nostras, et parte de nostra hereditate in Villanova, terras, vineas, ortos, et molinos: in torca duas vineas; in castello duas vineas: iuxta eras de nostra serna una terra: in suma ripa una terra: plus denante in ripa una serna: in manus presenti abbati Ferruzio. Qui temtaberit, a palacio centum solidos ponat, ad regula duplum. Ego Sancius rex agnovi et confirmavi in era millessima sexagesima quinta.

Num.º 95.

Era 1066: año 1028: got. 31. b.º galic. 37.

In Dei nomine. Ego quipe Sancius gratia Dei rex, memor honoris et adiutorii, quod altaribus sanctorum exibere debemus; ob salutem nostram, et requiem animarum nostrarum, nec non et ob commemorationem animarum Karorum nostrorum concedo et confirmo tradere ad atrium sancti Emiliani, et quod ad hospicium fratrum sibi servientium propter animam de Garcia Moza meo Kaballarizo, illas Kasas, que sunt super penna et sub penna in varrio, que dicunt de Subpenna ad inte-

grum in manibus tuis Sancii episcopi, tali modo, ut post istum diem nullus homo de meis successoribus aut dominantibus Nageram habeant in illis aliquam potestatem, sed liberas et ingenuas ab omni usu vicinorum et potestatum, permaneat in potestate Sancti Emiliani et sibi servientium in secula seculorum, amen. Siquis autem meorum successorum regum, principum, aut rusticorum, vel cuiuslibet hominum hanc meam donationem invadere, disrumpere, vel retemtare voluerit, sit a Domino Christo maledictus, et a participatione corporis sanguinisque eius segregatus, et, per cuncta secula in inferni baratro dimerso: insuper a regali parte ponat duas libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millessima sexagesima sexta. Senior Furtun Sangiz confirmans. Garsea filius regis confirmans. Fredinandus frater eius confirmans. Ranimirus frater eorum confirmans. Gundisalbo frater eorum confirmans. Sancius episcopus confirmans. Julianus episcopus confir. Munnio episcopus confir. Mancius* episcopus confir. Senior Azenari Sangiz confir. Senior Nunno Albarez confir. Senior Sancio Furtunionis confirmans.

Num.º 96.

Era 1066: año 1028: got. 17.º: galic. 92.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego domina Eximina, que fui de Sauto, et soror Sancti Quirici, infima omnium servorum Dei, amore divino compuncta, ac scelerum meorum recordata, idcirco pro anime mee remedio, placens michi, concedo et confirmo ad honorem et atrium Sancti Michaelis arcangeli, et tibi cometissa domina Maiore cum ceteris mulieribus ibi Deo servientibus, tradome cum corpore et anima mea, et cum omni hereditate mea ab omni integritate, ut serviat in sancto Michaele de Petroso, et post obitum meum meos collazeos, et meas divisas, egressus et regressus in montibus, et fontibus, et pascuis cum villis circumiacentibus cum illis de Sancto Christoforo, et cum illis de Frexenia, et cum illis de Sancto Petro comune pastum et habitationem peccorum, et in cedendis lignis, sicut ego hactenus habui iure hereditario; ita concedo et confirmo in sancto Mikaele per secula, amen. Et iste hereditates sunt in locis pernominatis, una serna intrans defesam, et alia serna in rivo sicco: et alia terra iuxta limi-

tem de Serna de rege in portiello, et de alia parte vinee de Villaoria; et illud carrascal, qui est subtus de Fraxenia: et vnum molendinum in Quintaniella de Olleros: et sunt alie tres terre in arroio de Espinosa detras Sancta Maria: et alia serna, que est in Tarrazo; et vna vinea, que est in valle de Radiciella: et ibi sunt mazanares, et terre, et linares, tras palatium de senior Gundisalvo Fredinandez, quod est inter Fraxenia, et Sautum. Et iste hereditates, que in ista pagina resonant, sint confirmate Sancto Mikaeli vsque in perpetuum, amen. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis, vel quislibet homo hanc meam donationem in aliquo disrumpere, vel auferre voluerit; sit a domino Jhu Christo maledictus et excomunicatus, et oratio eius fiat in peccatum, demumque cum Juda et diabolo in inferno submersus, amen: insuper ad partem regis persolvat quingentos solidos argento, et duplum ad regulam. Facta carta in era millessima sexagesima sexta, regnante Sancio rege in castella, et in Pampilona, et in Aragona. Ego igitur domina Eximina, que hanc cartam fieri iussi in altari sancti Mikaelis roboravi, et testes tradidi. Gundisalvo Fredinandez testis. Gundissalvo Monnioz testis. Johannes Paterne testis. Tellu Blascoz testis. Don Dolquite testis. Annaia de Valeria testis.

Era 1066. año 1028 } Num.º 97. } á 6. de dicembre: gpt. 15: gal. 181. 6.º

In Dei nomine. Ego humillima et omnium servorum Dei vltima, Eximina regina mater Sancii regis iussi fieri hanc cartulam pro remedium anime mee de villis, quibus comparavi a filio meo Sancio rege simul cum coniuge sua Momadonna regina in tresmille et quingentos solidos de argento illas villas, quas tenebat Scablevi pernominatas quas vocitant Ecclesiasenlenia ab omni integritate quod est ex parte comitis, et Vallarta ad integritate ad honorem sancti Emiliani. Ego Sancius rex simul cum matre mea domina Eximina regina, et vxor mea Momadonna regina, superni amoris accenssi ardore, ac peccatorum nostrorum perterriti multitudine, proposuimus de bonis, que Dominus ad honorem istius seculi nobis largitus est aliquid addere de possessionibus sanctorum, ut eorum suffragiis eruamur ab omni mole flagitiorum, et post heredes fieri mereamur in regno polorum: ergo concedimus totius voluntatis affectu, et donamus ad baselicam sancti Emiliani pres-

biteri et confessoris altissimi Dei, et tibi patri spirituali episcopo Sancio, omnibus tecum unanimiter sub regula beati Benedicti iugum Christi honeste portantibus, presentibus, ac succedentibus firmamus villas predictas ac suprascriptas: Etiam addimus illas villas, quas fuerunt de Obeco Didaz, Montaniana, Bozo, Balliocabo, Tisuenzo, Defeso, Faieto, istas villas in medietate: Berbeia, tertio: Villafrida tertio: Villapaterne sex Kasatos. Sagrero, Refoio, Terrazas, Carran Ka ad integritate possidendas: In has villas non habet aliquid ex heredibus introitum vel dominium, nisi vos ipsi cum omni genuitati integritate.

(*) (*) Lizarra quarta pars: Eterrera quarta pars: Barticare quatuor Kasatos: Sancti Petri duos Kasatos: in Abellanosa duos Kasatos: in Trepiana tertia parte: in Rivocabato tertiam partem. Omnes iste ville serviant iure perpetuo in Sancti Emiliani cum omnibus hominibus, et terris, vineis, ortis, atque molendinis cum aquarum productilibus, vel ribulis patefactis cum ingressibus et exitibus eorum vel pascuis determinatis, quisque in sua dicione subsistentibus, et quantum est ex pertenentia nostra in istas villas supra dictas de Obeco Didaz, et in omnibus omnino locis ubique invenire potueritis, liberam in Dei nomine habeatis potestatem: ita vero afirmantes vobis eas, ut nullus hominum nec nos, nec ex nostris successoribus privilegii potestatem vel dominandi dicionem habeat in eas, non pro homicidio, neque pro fornicio, neque pro populatores, neque pro nullo scelere introeant ibi procuratores nostri (1). Siquis autem nostrorum (siguen las maldic.s y penas &a) Facta carta donationis et confirmationis in era millessima sexagesima sexta, notum die sexta feria, octavo idus decembris. Ego Sancio Rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum ✠ feci et confirmavi. Garsea rex ipsius regis filius confirmans. Fredinandus rex frater eius confirmans. Ranimirus rex frater eorum confir. Gondisalbo frater eorum confir. Sancius episcopus confir. Julianus episcopus confirm.s Munius episcopus confirmans. * Sancius episcopus confirmans. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Aznari Sangiz confirm. Senior Nunnu Albariz confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Et alii plures testes, qui fuerunt in Sancti Emiliani in has confirmationes

Num.º 98.

Era 1066: año 1028: á 6. de Dicbre: got. 58: galic. 89.

In nomine patris, et filii, simulque ex ambobus procedentis spiritus

Sancti. Ego humillima, et omnium servorum Dei vltima, Eximina regina, mater Sancii regis, iussi fieri hanc cartulam pro remedio anime mee de villis, quas comparavi a filio meo Sancio rege, simul cum coniuge sua Momadonna regina in tresmille et quingentos solidos de argento illas villas quas tenebat Sablevi pernominatas, quas vocitant Ecclesia senlenia ab omni integritate quod est ex parte comitis, et Vallarta (repite é incluye todo lo q.e hai en la anterior hasta la dos estrellas) y añade:

" et iste quatuor ville qualem usum vel consuetudinem habuerunt hucusque et semper debent habere, ita describimus: in vna queque ebdomada vnum diem sive ad terras colendas cum bubus, vel ad vineas; et dare omnes decimas sive primicias sancto Emiliano: et in vnoquoque anno vnaqueque villarum de istis quatuor debent procurare abbatem Sancti Emiliani cum omnibus quibuscumque venerit semel in anno: et vnusquisque hominum in supradictis villis existentium debet dare suam paratam, et terrazas debet dare tributum: parate sunt duos panes ut accipiant sub axella vsque ad summitatem maioris digiti, et vna Kamela de vino, et vno almude de cibata, et vna gallina: et tributum est quator Kamelas de vino, et quinque almudes de cibata, et quinque panes similes supradictis, et duas gallinas.* Lizarra (como sigue la anterior hasta el (5) y dice:) nisi solummodo vos, qui eiusdem sancti atrii almi confessoris Dei Emiliani sanctissimum corpusculum veneratis, et cotidie psalmis, ymnis, et canticis illustratis Domino servientes iuste et pie sub disciplina regulari. Cum Christus dominus tradiderit regnum Deo et patri, ut cum sanctis vestris orationibus adiuti non cum edis ad sinistram, set cum sanctis electis ad dexteram mereamur poni; et illam vocem domini audire, venite benedicti patris mei; et sequentia, cum omnibus sanctis suis lucraturi, et regnare cum ipso, per eterna secula, amen. Siquis tamen ex nostris successoribus, vel quilibet hominum hec, que nos Deo contulimus ad honorem nominis eius, et pro peregrinis et hospitibus, ac servis Dei humanitate impertienda, huic sancto loco et vobis supra dictis concessimus, stavilivimus, affirmavimus, conatus voluerit demere, auferre, et ipsi sancto atrio calumpniam inferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio patriarkarum, omniumque sanctorum, careat de fronte vtrasque lucernas, sit alienatusa cetu

omnium christianorum, et anathemate perculsus, cum Juda Domini traditore in inferni voragine sit dimersus, et cum demonibus eterno igni mancipatus, penas eternas sustineat luiturus, ameni exolvatque temporali, quod est privilegii fiscali quinque libras auri; atrioque Emiliani presbiteri Sancti, quod retemptaverit, conferat duplum: atque huius scripture tenorem in omnibus obtinere perpetuo firmitatis robore. Facta carta donationis et confirmationis regiminis nostri sub era millessima sexagesima sexta, octavo* idus decembris, feria sexta. Ego Sancius rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum ✠ feci. Ego Mumadonna regina similem ✠ feci. Garsia rex ipsius regis filius confirmator. Ferdinandus rex frater eius confirmator. Ranimirus frater istorum confirmator. Gundisalbus frater illorum confirmator. Sancius episcopus confirmator. Julianus episcopus confir. Munius episcopus confir. Mancius episcopus confir. Senior Furtun Sanger confir. Senior Azenari Sanger confir. Senior Nunnu Albariz confir. Senior Sancio Furtunionis confir: et alii plures testes, qui interfuerunt confirmantes.

Num.º 99.

Era 1066: año 1028. a 6 de diciembre: got. 19: galic. 138.
Cajon A. 10. leg. 1. n.º 1. titulo Ballarta.

De este amojonam.to se deduce el dominio Solariego q.e en los term.s de Ballarta tiene el monast.º de Sauillan.

In nomine domini nostri Jhu Christi. Ego humillima Eximina regina mater Sancii regis, que cum supra dictas villas a filio meo rege Sancio comparatas, Sancto Emiliano serviendas obtuli: ita terminum Ballarte, sicut ad ius suum pertinebat, determinavi. Idest, de valle de Juzme et per illa marsela cum vallibus de valcinata; deinde ad vallem covo ad sanctum Justum, et de sancto Justo ad summum valle de moneka, de valle de moneka ad illos lagos, et deinde usque ad val de de abre; deinde ad summitatem vallis sancte Marie, deinde ad fontem de Margallub; deinde ad Loberuela, deinde ad molendinum medianum, et deinde ad vallem de Mielo; deinde ad summum vallem de palatio; deinde ad summum vallem de Forniellos; et deinde ad sumitatem vinearum de valle, cum tenet vallis de Juzme, et infra. In hoc predicto termino ita afirmo et corroboro ego Sancius rex, et mater mea Eximina regina, ut nullus hominum ex vicinis villis, que sunt, vel que fuerint in circuitu, non habeant ibi licentiam pascendi cum peccoribus suis, neque fingendi tentoria,

neque pro qualibet levi occassione habeat ibi introitum vendendi, vel emendi, neque etiam illi homines, qui fuerunt populati in Ballarta, si ad alia loca ire se voluerint sub militibus, vel sub quolibet alio seniore, non habeant licentiam deferendi secum hereditatem, set careant omnino hereditate terrarum et vinearum, que est scripta in predicto termino. Facta carta determinationis et confirmationis sub era millessima sexagesima sexta, octavo * idus decembris feria sexta. Ego Sancius rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum ✠ feci et confirmo. Ego Eximina regina ✠ similiter feci, et testes ad roborandum dedimus. Garsias rex ipsius regis filius confirmans. Fredinandus rex frater eius confir. Ranimirus rex frater istorum confir. Gundisalbus frater illorum confir. Sancius episcopus confir. Julianus episcopus confir. Munius eps confir. Mancius episcopus confir. Senior Fortun Sanghez confir. Senior Munio Albarez confir.

Num.º 100.

Era 1067: año 1029. á 8 de diciembre: got. 109. b.º galic. 208. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Didaco Albarez de Asturias divino amore compunctus, ac peccatorum meorum recordatus, spontanea voluntate per anime remedium concedo et confirmo ad atrio sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri spirituali Sancio episcopo et abbate sub regula sancti Benedicti cum ceteris Monachis ibi Deo servientibus, palatios meos populatos cum collazos, et pertenentio in Asturias in litore maris, in loco ubi dicunt Somo, cum divisa, et ganato, cum mazanetas, et usu antiquo a senibus testificato, montes, exitus et introitus, per omnia secula ad integritate serviat in sancti Emiliani. Siquis autem ex meis propinquis filiis, vel neptis, aut extraneis hunc meum offertum in aliquo disrumpere voluerit, sit a domino Deo omnipotenti maledictus et confusus, et cum demonibus et Judas traditore in inferni baratro dimerssus, amen: insuper a parte regale persolvat quinque libras auri, et quod retentu ad regula duplatum. Ego igitur Senior Didaco Albarez, qui hec dedi in capitulo sancti Emiliani roboravi. Filiis meis Albaro Didaco, et Beila Didaco confirmantes.

Senior Furtun Sangiz testis. Senior Acenari Sangiz testis. Senior Nunno Albarez testis: regnante Sancius rex in Pampilona et Castella. Facta carta sub era millessima sexagesima septima, sexto idus decembris.

Num.º 101.

Era 1068: año 1030: got. .... galic. 33. b.º

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Garcia Fortunionis mea spontaneo vendo tibi domino Sancio abbati Sancti Emiliani meas casas proprias, quas habui ex genitore meo in civitate Naiera, cum suo orto iuxta easdem casas, cum exitis et introitis: Sunt vero ipse in varrio de Subpenna prope Sanctum Sebastianum, et iuxta rivum, qui excurrit ad flumen Naiariella, et accepi de te pretium pro ipsis casis quantum michi placuit, idest octoginta octo solidos argenti: et pretium accepi; apud te non remansi: ex hoc die ex meo iure ablate, et in tuo confirmate. Siquis tamen hanc meam venditionem nisus fuerit violare, pariet tibi ipsas casas duplicatas in eadem civitate, et ad rex centum solidos argenti. Facta carta in era millessima sexagesima octava. Me Sancio rex notum fuit, assensum prebui et confirmavi. Senior Lope Furtunionis in Naiera, et Fortun Citiz iudex. Ego Garcia Furtuniones, qui hanc fieri iussi, legentem audivi, et confirmavi ✠. Senior domino Furtunio de Subpenna testis. Sancio Salvatoriz de Subpenna testis, et fidiator. Omne concilium de Sancto Stephano de Subpenna virorum ac mulierum auditores et testes.

Num.º 102.

Era 1068: año 1030. á 13. de abril: got. 54: galic. 17. b.º

In nomine patris, et filii, simulque ex ambobus procedentis spiritus Sanctus. Ego humilis ac omnium servorum Dei ultimus, tamen gratia Dei Sancio rex, una cum coniuge mea Mumadonna regina, providente ac inspirante superni regis gratia, convenit vel placuit nobis diebus sancte quadragesime stare ad atrium beati Emiliani presbiteri et confessoris Dei: interea ob revelationem Sancti Spiritus placuit omnipotenti Deo sublimare post sepulturam huius prefati patroni addere illi digniter translationis honorem: Unde quambis indignus prescribtus ego rex Sancius, presenti spirituali patri Episcopo Sancio vel abbate, omnibus tecum unanimiter sub regula beati

Benedicti iugum Christi honeste portantibus, presentibus ac succedentibus fratribus, pro remedio animarum nostrarum concedimus et confirmamus ex toto corde, omnique affectu ad honorem huius translationis vicinum vicum, que dicitur Matricem, cum suis adiacentiis terminis, vel spatiis, terris cum vineis, vel cum omnibus suis aditibus ad predictam civitatem pertinentibus: ita vero adfirmamus vobis eam, ut nullus hominum, nec nos, nec nostri successores privilegii potestatem, vel dominandi ditionem habeat in eam, nisi solummodo vos, qui in eiusdem Sancti atrii almi confessoris Sanctissimi Emiliani corpusculum veneratis, et dominum Jhum Christum omni die laudantes: nos vero spem itaque habentes, ut in eternum feliciter vivere mereamur per cuncta secula, amen. Siquis autem nostrorum posterum regum aut principum, comitum, vel aliquorum hominum, hanc nostram donationem Deo et Sanctis eius oblata pro peregrinis et hospitibus, tollere, retemtare, vel imminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluerit, in primo sit ab omnipotenti Deo confussus, et a cetu totius Christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus, amen: insuper ad partem regalem persolvat duo talenta auri, et quod retemtu duplatum. Facta cartula donationis et confirmationis in era millessima sexagesima octava, notum die idus aprilis. Ego Sancius rex, qui hec fieri iussi manu mea signum hoc ✠ superscripsi. Sancius Pampilonensis episcopus confirmans*. Munnius Gondisalbiz comite confirmans. Senior Furtunio Sangiz confirmans. Senior Azenari Sangiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Fortun Oggobiz confir. Senior Simeon Ennecones confir. Senior Simeon Sangiz confir. Senior Bonipatri confir. Senior Galindo Ennecones confir. Senior Garcia Furtuniones confir. Senior Galindo Ennecones monacus confir.

Num.º 103.

Era 1068: año 1030. á 14 de mayo: Bulario fol. y Bula de que se dice de 11 sellos, Cajon E. 7.

In nomine Sancte et individue Trinitatis per non finienda secula regnantis. Ego Sancius gratia Dei ispaniarum rex, cernens de die in diem totam ispaniam beati Emiliani virtutibus illustrari, gratia spiritus Sancti

* al margen en el gotico de otro puño y mui posterior = Julianus Aucensis episcopus confir. Munius Alabensis episcopus confir. Mancius Oscensis episcopus confir = en el galicano se ingerio seguidam.te al obispo d.n Sancho. los tres obispos.

infundente, placuit animo meo, ut sicut dono superne pietatis, non meo merito obtinueram apicem regie dignitatis, sicque ea adiuvante, amplificarem intra fines regni mei a Deo concessi, religionem christianitatis. Coniunctis itaque michi venerabilibus viris Sancio Nagerensi, Juliano Auccensi, Munnione Alabensi, et Mancio Osciensi episcopis cum multis regni mei obtimatibus, ecclesiam Sancti Emiliani adii, et peracto ibi triduano ieiunio, venerabile corpus eius de vili adhuc quo detinebatur sepulcro, per manus religiosorum monachorum ac clericorum in loculo arche sibi a me preparato diligenter est translatum. Translato itaque beati viri corpore, et vissa multorum miraculorum eficatia; sugerente michi clero ac populo, monasticum ordinem secundum regulam sancti Benedicti in eadem ecclesia diligenti industria constitui, et sanctissime religionis virum Ferrucium nomine a congregatione eiusdem loci regulariter electum, pontificali consecratione abbatem ordinari fecit. Ad necessaria, quo servorum Dei ibi Deo servientium, placuit michi et omnibus primatibus mei regni, de hereditate mea ecclesiis, parrochiis, vel villis idem monasterium locupletare, subdens maledictioni perpetue omnes violatores mee spontanee donationis: Hoc etiam testificans interdito omnibus successoribus meis auctoritate Dei omnipotentis, ut nequaquam alieno dominio, nisi regio eadem congregatio subdatur, nec ab aliqua persona seculari sive ecclesiastica, nisi secundum sacros canones ac decreta sanctorum patrum iudicetur, aut aliquo servitio prematur, nec aliquis episcoporum ab eorum monasteriis, parrochiis, vel villis primitia vel tertias requirat. Placuit etiam michi addere regia et pontificali auctoritate; ut quicumque ingenuus, vel servus, vel alicuiuscumque conditionis homo aliquam magnam vel parvam possessionem huic monasterio contulerit, hec oblatio sit confirmata regia auctoritate, fulta omni ingenuitate, et libera omni servitute, nec requiratur, vel exigatur ab ea aliquod servitium ab ab ullo vivente aliqua magna vel parva occassione. Nos vero episcopi, qui translationi corporis beati Emiliani presentes fuimus, devotam oblationem regis laudavimus, et pontificali auctoritate corroboravimus, et cum consilio regis eiusdem, et cum omnium clericorum nostrorum affirmatione placuit nobis talem oblationem Deo, et beato Emiliano facere: Manifeste comperimus preteritis temporibus nullum episcoporum predecessorum nostrorum in ecclesiis vel parrochiis monasterio sancti Emiliani

collatis, primitia vel tertias requisisse, vel accipisse: quod nos cum omnibus clericis nostris laudamus, et pontificali auctoritate confirmamus. Et ne aliquis successorum nostrorum aliqua occassione vel iniqua presuntione ab ecclesiis vel parrochiis beato Emiliano datis vel dandis, et inter fines episcopatum nostrorum positis, primitia vel tertias exigat, interdicimus. Sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes, quod precipiunt canones, et monachos ad conversationem sanctam promovere: abbates divina officia instituere, atque extra regulam facta, corrigere. Quod si aliquis in ecclesiis huius monasterii canonibus interdictum facere, presumpserit, aut quippiam de monasterii rebus usurpaverint; non deerit ab illis sententia excomunicationis, qui se noluerint subtraere ab illicitis. Facta carta donationis vel confirmationis in era millessima sexagesima octava, secundo idus maii, regnante Sancio rege in Nagera, et in Castella, et in Legione: Sancius episcopus confir. Munnio episcopus confir. Julianus episcopus confir. Mancius episcopus confirm. Consul Munnio Gondisalbiz confir. Princeps Furtunius Sancii testis. Azenarius Sancii testis.

Num.º 104.

Era 1070: año 1032. á 7 de marzo dia ~~domingo~~ martes: got.... galic. 74.

In Dei nomine. Ego Obeco Beilaz et uxor mea Urraca placuit nobis, et vendimus ad vos germanos Obeco Belascoz, et Citi Belascoz vinea nostra, propria qui est in vinarum de Grannione, vinea que dicunt de Mallielo, latus via de Carro, alia pars vinea de Sorores de Sancti Mikael de Tellato; et dedistis pretium quantum michi placuit, id est, quinquaginta tres solidos de argento, in roboratione triginta quinque panes, et argenzata et media de vino, et uno ariete, et tozino: et nos accepimus totum; et de odierno die in iurio vestro fiat confirmata per secula amen. Siquis vero de nostris consanguineis inquietare voluerit, pariet cauto centum sex solidos ad partis comite, et vobis ipsa vinea duplata vel meliorata ad ipso limite. Facta carta notum die prima feria ×, ~~tertio~~ nonas marcii, era millessima septuagesima, regnante Sancius rex in Legione et in Castella; maiorino Obeco Monnioz in Grannione, Saione Fortun Fortum. Ego Obeco Beilaz, et Urraca,

× faltole un decenar á la era, y el tercio feria á las nonas.

qui hanc scripta fieri iussimus, relegente audivimus, manusque roboravimus ✠✠ coram testes. Belasco Sancio, et Albaro Narriatez fidiatores. Gomiz Azinariz confirmans. Mer Johannes confirmans. Azenarez confir. Mer Jiacobi confir. Ferete confir: In manu de Jacenti monaco roboraverunt.

Num.º 105.

Era 1069: año 1031. á 31. de mazo: got.... galic. 32. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est cartula donationis vel confirmationis, quam ego Sancius rex fieri iussi ad honorem beati Emiliani, id est, in villa Tricio concedo aquam ad rigandum quarta feria tota die, tertia feria tota nocte: unde no potuerunt homines de Tricio ad continendam aquam auctoritatem neque confirmationem scriptionis monstrare: ideoque concedimus et confirmamus sanctissimo Emiliano, et tibi patri spirituali Sancio episcopo sub regula Sancti Benedicti iugum portanti, omnibusque monachorum normam ibidem tenentibus, ad possidendum iure perpetuo. Siquis autem hanc traditionem retentari voluerit, auri libra reponat, et hoc nostrum conscriptum firmum decrevimus permansurum. Facta cartula huius donationis in Era millessima sexagesima nona, secundo Kalendas aprilis. Senior Fortun Sancii presens confir. cum aliorum plurimorum, et testibus.

Num.º 106.

Era 1069: año 1031: got.....galic. 181.

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem Sancio Dei gratia rex, simul cum coniuge mea Momadonna regina ob remissionem peccatorum nostrorum, prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut contribueremus ad honorem beatissimi Emiliani presbiteri, necnon et domino nostro patri spirituali Sancio episcopo et abbati, ceterisque monachis sub regula sancti Benedicti in cenobio predicti almi Dei confessoris Emiliani presbiteri iugum Christi decenter portantibus, presentibus ac succedentibus fratribus, donamus atque concedimus vobis monasterium quod dicitur Sancti Juliani, qui est situm in confinio Sancti Petri, cum exitis et introitis, defesis, pratis, terris, vineis, molinis, ortis, ribulis ac ubicumque fuerint inventa rem huius monas-

terii, ab omni integritate, ut diximus, sit concessa in iure sancti Emiliani, et monachis ibi Deo servientes, absque ullum regale servitium, ac dominatio secularium, sed confirmata et stabilita permaneat usque in seculum seculi, qualiter per intercessione beatissimi Emiliani, atque omnium sanctorum, seu et per orationum vestrarum mereamur elui ab omni sorde facinorum, et cum celicolis possidere gaudium infinitum, amen. Pactum de hoc monasterium nongentos solidos in homicidiis. Siquis tamen, quod absit, ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum donationis pretextum violare nisus fuerit, vel disrumpere, sit a Domino Deo maledictus, et a sancta mater ecclesia segregatus, demumque cum Zabulo detineatur profundo baratri ursurus, eternasque penas ibi luiturus, amen: insuper secularia dampna sit aflictus, et post partem regis inferat centum auri talenta. Facta traditionis in era millessima sexagesima nona. Ego igitur Sancius rex, et Mumadonna regina, qui hanc paginam fieri iussimus, manus nostras signos ✠ ✠ iniecimus, et confirmamus, et testes tradimus ad roborandum. Garsea filio nostro confirmans. Ranemiro frater eius confir. Fredinandus illorum frater confir. Sancius predictus episcopus confir. Munnioni Episcopi confir. Julianus episcopus confir. Senior Munnio Albarez confir. Sennor Azenari Sanchiz confir. Sennor Sancio Fortuniones confir. Omnem totam eiusdem palacii, et concilium sancte Marie confirmantes

---

Num.º 107.

Era 1071: año 1033: got. 21: galic. 93. y 223.

In Dei nomine. Ego abbatissa dompna Alduara trado ad atrium sancti Mikaelis arcangeli, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli unam vineam in loco qui dicitur Sabucho de parte oriente habentem ripam parvissimam, et inter eandem vineam et ripam discurrit strata ad Seroianam, ab occidente parte ad limitem vinee campus absque labore, ut sit in obsequio supradicti monasterii, et serviat ibi iure hereditario. Siquis autem mortalium istam vineam auferre, vel conturbare voluerit, sit a Domino Deo maledictus atque excomunicatus, et cum diabolo et Juda traditore in inferno sit dimersus, amen. Facta carta die quinta feria, in era millessima septuagesima prima, reg-

nante Sancio rege in Naiara et in Alaba et in Kastella. Ego abbatissa dompna Alduara, que hanc vineam dedi, manu mea signum feci ✠ et testes ad roborandum tradidi. Munnio testis. Cipriano testis. Gomez testis. Dompna Cilo soror testis. Dompna Eximina testis. Dompna Munnata testis.

Num.º 108.

Era 1071: año 1033. á 5. de mayo: Cajon V. 12. rollo 1.º n.º 1.º

In Dei nomine. Ego Johannes notum facio omnibus, qualiter pro meis peccatis, suadente michi diabolo, contigit michi culpam, et crepantavi oculum ad meum congermanum de Aquilare, et proinde debebam calumniam. Similiter habebam in ortu meo puteum aque, et cecidit in eum unus puer, et mortus est, et tenebant me pro illo homicidio, et non potui pactare tam grande calumniam, et pactavi pro me domna Oneca quatuorcentos solidos, et solvit me de isto pecto. Unde ego mitto illam et corroboro totam meam hereditatem, quam habeo in Ecclesiasilena tam domos quam etiam terras et vineas et quantum invenire potuerit meo pertinente, tutum ab integro, et confirmo illud sibi et filiis suis quietum, et sine ulla inquitudine possidendum in perpetuum. Et hoc faciens in presentia et concilio de meos vicinos tali testamentum confirmo: ut siquis homo meorum vel extraneorum hunc meum factum, quod non per fortia sed spontanea mea voluntate facio, in aliquo perturbare, inrumpere, vel violare temptaverit, sit maledictus, et excomunicatus a Deo, et omnibus sanctis eius, et a Sancta ecclesia, vel omni cetu christianorum sit separatus, amaraque morte preventus, cum diabolo et Juda traditore partem habeat in inferno inferiori in secula seculorum, amen: pro damno vero temporalis calumnie exolvat principi terre quinque libras aureas, et quod compulsaverit, componat in duplo meloriatum in eius limite. Ego quidem supradictus Johannes, qui hanc cartam roborationis fieri iussi, manu mea coram subscriptos testes consigno x.x.x. et fideiiussores et testes adhibeo. Obeco, et Bellite, et Johannes, et Tellu f. Fernando, et Didaco, et Obeco, et Munnio, et Guitero, et toto Concilio de Ecclesia-selenga testes. Facta carta roborationis et confirmationis in era millessima septuagesima prima, nonas magias, regnante rege domno Sancio de Ripacurza usque in Astorica.

Adicion despues del 1062.

Et ego domna Onneca spontanea voluntate, et illo Johannes me rogante hec predicta scripta, sicut in pagina resonat, offero et confirmo ad honorem sancti Emiliani presenti domino Petro abbati. Gomessanus episcopus testis. Nonnus episcopus testis. Adefonsus notavit.

Num.º 109.

Era 1073: año 1035, á 6. de agosto dia miercoles: got. 22. b.º galic. 95.
Cajon E. 9. titulo Loranco: leg. 1.º n.º 1.º

In nomine ingeniti, prolisque ac procedentis Spiritus Sancti, conexa unius semper natura Deitatis. Ego quidem Obeco Assuriz simul et meas germanas domna Vmaduenna, et domna Progina ob remissionem peccatorum nostrorum prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut ex propria nostra patrimonia contribuere ad honorem beatissimi atrii summi arcangeli Michaeli et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Pelagii et tibi domna sanctissima Elduara abbatissa, ceterasque benignissimas sanctimoniales tecum vna Christi iugum florentissimo amore portantibus presentibus ac succedentibus sororibus, concedimus et confirmamus vobis nostras et ex nostris parentibus divisas, idest, in Monteaniana, in Lorancho, in Ratezella, et in Ventosa, cum exitos et introitos, defesis, pratis, terris, vineis, molinis, ortis, ribulis, et quantum ibidem ex nostra pertinentia et parentum nostrorum fuit possesa hereditas in istas predictas cum homines villulas cum omni integritate, ut supra memoravimus, sint in iure sanctissimi arcangeli Michaeli absque vllum regale imperium ac dominatio secularium confirmatas et stabilitas permaneant in eternum: Qualiter pro intercessu sancti Dei arcangeli Michaeli, atque omnium sanctorum vel sanctarum Dei, seu pro vestris orationibus tam presentibus quam futuris mereamur elui ab omni sorde facinorum, et cum electis possidere infinitum gaudium in celis amen. Siquis tamen, quod absit, ex propinquis nostris, idest, consanguineis seu extraneis hunc nostrum donationis pretextum in aliquo nisus fuerit violare aut disrumpere, sit a Domino Deo condemnatus ac maledictus, et a sancta mater ecclesia segregatus, nec non et a cetu omnium christianorum, et a sancta communione excomunicatus,

demumque cum zabulo in profundo inferni detineatur arsurus, eternasque penas cum Juda traditore ibidem sustineat luiturus in omnia secula amen: insuper sit in damno seculari aflictus, bis-vinas in fisco exolbat auri libras, et a regulari censura quantum retemtari conaverit duplatum ac melioratum reddat: hanc vero scriptura in omnia secula stabili maneat et firma. Facta carta concessionis et confirmationis quarta feria, qui est octavo idus augustias era millessima septuagesima tertia *. a. Ego igitur Obeco Assuriz et meas germanas domna Umaduenna et domna Progina, qui hanc paginam fieri iussimus manus nostras signos. ✠ ✠ ✠ iniecimus et testes ad roborandum tradimus. Ego igitur Sancio rex, qui hanc brebem relegente audivi, adsensum prebui et confirmavi. = Garsea illius filio confr. Ranemiro frater eius confr. Fredinando illorum frater confr. = Sancius episcopus confr = Senior Monnio Gondisalbiz comite confr. Senior Fortun Sangiz confr. Senior Azenar Sangiz confr. Senior Fortun Oggobiz confr. = Senior Eximino Ennecones confr. Senior Eximino Sangiz confr. Senior Garcia Fortunionis confr = Ximino exarator confirmans.

Num.º 110.

Era 1074: año 1036. á 29 de agosto: got. .... galic. 33. b.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta venditionis, quam ego Zalafe una cum uxore mea Scemena placuit nobis pronto mentis affectu vendimus coba nostra propria in loco qui dicitur pinna de sancta Lucia iuxta coba de Fortes, de alia pars coba de filiis de Malalia, ad vos domno Garcia abba de Sancti Emiliani cum omni collegio monachorum, in pretio, que placuit nobis, id est quinquaginta solidos, et albaroc duas aranzatas de vino, sex almudes de trigo, unum arietum: hec pretium accepimus. Et post hodie habeatis illa usque in seculum. Si aliquis homo de nostra parte inquietare voluerit vos, reddat quadruplum ipsum pretium, et ad regis parte reddat libra auri. Facta carta comparationis in era millessima septuagesima quarta, quarto Kalendas septembris, regnante rex Garsea in Pampilona et in Naiera, sub eius imperio senior Fortun Sanchiz in Naiera. Ego Zalafe cum

* en el orig.l y su copia esta su fecha asi = IIII f. qui est VIII Ds ags era T LXIII. a.

uxor mea Eximina hanc scedula fieri iussimus, legentem audimus, manus nostras signos ✠.✠. iniecimus. Galindo Scemenones de Naiera Amirante hic testis. Bonopater testis. Furtun Zite alcalde testis. Dompno Lupe Decano testis.

Num.º 111.

Era 1074: año 1036: got. 37: galic 197. donac.n al mon.º de S.n Miguel de Navarra.

Ego Zorraquina cum filiis meis spontanea nostra voluntate vendimus terra nostra ienua ad tibi pater domino Sancio presbiter et mater tua Dota in sex mensuras inter triticum et vinum. Siquis ex nostris, vel quivis homo voce levaverit in iudicio, pactet centum solidos, et terra duplata, et sint ibi testes Lope Lopez de urbe, et Garcia Gomiz de Cogen, et omnis vicinos de urbe de Gogen, de Ciroquin, de Aniz, de Abian, de Mangero. Era millessima septuagesima quarta; Garsea rex.

Num.º 112.

Era 1075: año 1037: got. .... galic. 106. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei Roderico Galindiz vicissim cum coniuge mea domina, videlicet, Sancia, amore divino compuncti, sic facimus donationem pro remedio animarum nostrarum ad atrium sanctissimi patronis Emiliani, et tibi patris spirituali episcopus Sancius cum ceteris fratribus tecum iugum sub regula sancti Benedicti portantibus, concedimus nostram partem quartam in confinium vallis Arcileti in villa, que dicitur Arcileto, nostram propriam rationem, cum suis egressis et regressis, pascuis, montibus, sive fontibus, pratis, molinis vineis terris, et hominibus serviendum iure perpetuo confirmata permaneant. Siquis tamen ex nostris propinquis seu extraneis hanc nostram donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere, tollere, in primo sit ab omnipotenti Deo confusus, et a cetu christianitatis separatus, et post cum Juda traditore in inferno inferiori habeat mansionem, amen: insuper in fisco regali persolvat tres libras auri, et retemptu duplatum. Facta carta sub era millessima septuagesima quinta, regnante Garsea rex prolis Sancii in Pampilona,

et in Alaba. Ego Roderico Galindiz et uxor mea domina Sancia hanc scriptam legentem audivimus, et signos ✠ ✠ fecimus. Julianus episcopus confirmans. Munnius episcopus confir.* Mancius episcopus confir. Senior Furtun Sanchiz confir. Senior Azenari Sanchiz confir. Senior Nunno Albarez confir.

Num.º 113.

Era 1075: año 1037: got.... galic. 198.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego domino Garcia presbitero de Badoztain sana et integra mente trado me ad arcisterium Sancti Emiliani presbiteri, et tibi abbati dompno Gomiz cum sociis fratribus, cum meo proprio monasterio, cui vocabulum est Sancte Marie in loco nominato more in exitu ville Badoztani sito, quem ego med populavi, integrum, cum suis adiacentibus terminis exitu et regressu et pastu libero, cum terris, vineis, ortis, et pratis. Similiter namque in predicta villa Badoztani meas proprias domos cum ingressu, et regressu libero, terras, vineas, et vices molinarias, et omni eorum pertinentia ad integritate dono et confirmo, per omnia secula serviant in Sancto Emiliano. Siquis tamen ex meis propinquis, vel etiam longinquis, qui meo prescripto disrumpere conaverit, aut auferre presumpserit, primitus a fronte binas careat lucernas, insuper et sulfureas inferni non evadat penas, sed cum Juda traditore obtineat portionem in inferno inferiore per infinito tempore: insuper ad parte regi pariet tres libras auri, et retemptu duplatum. Facta carta sub era millessima septuagesima quinta, regnante Garsea rex in Pampilona, et frater eius Fredinando in Legione et in Gallecia. Ego igitur Garsea rex han cartula relegentem audivi in Sancto Emiliano, assensum prebui et confirmavi, et de manu mea signum ✠ inieci. Ego domino Garsea presbitero, qui testamentum sub presentes testibus fieri iussi, de manu mea hoc signum ✠ feci et confirmavi. Sancius episcopus Eruniense confirmans. Senior Furtun Sanchez nutrici regis confir. Sennor Sancio Furtunionis confir. Sennor Furtun Lopez confir. Sennor Sancio Lopez confir. Omne concilio de Badoztain testes.

Badoztani.

Num.º 114.

Era 1075: año 1037: got..... galic 106.8.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Gundisalbo Fernandez bono animo, cum spontanea voluntate placuit michi, ut venderem ad te domino Eximino meas casas in villa, quod vocitant Sauto, iuxta casas de Monnio Gomiz, dextera parte casas de Johanne Patiernez, de sinistra casas de Tellu Belasquiz, et vendivi eas ad te in faciem de meo filio, sive filia, quia non potuerunt illis comparare, nec michi obedire: Ita concedo tibi cum illarum edificia ac tecta et terre fundamenta, iure perpetuo habeas tu, et cui tu volueris largire per secula futura. Et accepi de te precio, quantum michi placuit, id est triginta solidos de argento, et concella de tritico in duos solidos, et duos argenzos, et concella de ordio in decem argenzos, et arenzata de vino in quinque solidos; et de ipso pretio apud te non remansit pro dare: ipsas vero casas cum suis exitis et introitis parte in montibus, fontes, padulibus, defesis: iuxta predictas casas suo femorali. In albaroc accepi quinque camelas de vino in duodecim argentos, et quinque argentos in carne: et in roboratione decem camelas de vino in tres solidos de argento, et duodecim panes, et carne valente viginti argentos. Post hodie si ego Gundisalbo, aut filiis, vel neptis, vel quilibet homo in iudicio pulsaverit, vel adversarius estiterit per ipsas casas, sicut scripta dicit, solvat a parte regis sexaginta solidos, et ad te, vel ad qui tu dederis, ipsas casas duplicatas cum hedificios, quales habuerint. Facta carta sub era millessima septuagesima quinta, regnante rex Garsea in Pampilona in Alaba et in Castella vetula. Ego Gundissalbo Fernandez, qui hanc scripta fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testibus ad roborandum tradidi. Sancius episcopus in Pampilona hic testis. Episcopus Dato in Castella vetula testis. Episcopus Garsea in Alava testis. Gomiz Nunniz testis. Flacenti Nunniz testis. Monnio Dolquitiz testis. In manu domino Johanne fuit ista carta roborata.

dextera

Adicion del 1048.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego nempe Eximinus libenti animo et sincera mente bene michi placuit, ut pro remedium anime mee, vel remissionem peccatis meis, ut traderem sicut et tradidi in primis memetipsum, inde has supradictas casas, quas comparavi de Gundisalbo Fernandez, et omnia quicquid habere deinceps potuerim ad domum arcisterium Sanc-

~~Ex Sanc: de Episcopo~~

ti Emiliani presbiteri et confessoris Christi nec non et tibi abbati Domno Gomessani cum ceteris fratribus Domino Servienti, ut possideatis ipsas casas, et omnia quicquid post obitum meum invenire potueritis mea perpetuo tempore. Siquis tamen aliquis homo ex Successoribus, vel posterioribus meis, qui hunc meum conscriptum disrumpere nisus fuerit, aut violare, primitus careat vinas lucernas, postque non evadat averni penas, set sit participium eius in inferno inferiori, cum Judas traditore: insuper secularia damna sit aflictus, et ad partem regale inferat libra auri, et duplum. Facta carta traditionis nonas aprilis, era millessima octogesima sexta regnante rex Garsea in Pampilona et in Castella vetula. Ego Eximinus, qui hanc cartam fieri volui, roborem inieci, et signavi ✠. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confir. Senior Fortun Sancii nutrici regis confir. Sancio Furtunionis testis. Munnio Gomiz testis. Domno Fernando testis. Omnes hominibus de Villa Sauto testes. Sonnani presbiter exaravit, testis sit.

Num.º 115.

Era 1075: año 1037: got. 79. b.º galic. 141. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Didaco Monnioz, et uxor mea domina Elo simul sobrinis meis Didaco Gondissalbez, Sancioq.e et sua uxor Momadonna mecum heredes: omnes nos pariterque concordia visum nobis salubre consilium, et per remedium anime nostre, vel requie parentum concedimus et confirmamus ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi presenti abbati Gomessani cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, monasterium nostrum reliquias ferente sancti Clementi episcopi in Borueba iuxta Riparotunda ad integritate cum omnibus suis pertinentiis, cum exitu et regressu in montes et fontes, mazanares, ortos, et de illo prato medium, terras, vineas, id est, una in ripa de Serio, alia vinea in vallelio de Lazaro, et quinque terras una ante puerta, alia in fonte serane, alia in lombanas, alia in Arenas, alia in Biliela. A nobis auditum alii homines presentem nobiscum dederunt hereditates, id est, Domino Sarracino presbiter una terra in Corrales, alia vinea in plano de Villanova: et domino Garsea presbiter una in ortos de Posatas, et una vinea in nos malleolos: domino Gonsalbo presbiter una terra in lombanas: Caruto de Cupo una terra in fonte serane: Sarracine de Posatas una terra in fonteserane: Monnio Albarez una vinea in valliolo de Lazaro: Gonsalbo Sarracine una terra in Rodmella de iuso;

et vna vinea in Corrales: Cite Annaiaz et sua vxore Trieca alia vinea de Sancta Juliana, et vna terra in ponte de Fonteborueba: Gotina et Agomar suo filio vna vinea in Sancta Juliana: domino Garsea presbiter vna vinea in Celatiella: Bellita de Fonte de Junone vna vinea in fronte de Rodmella, et vna terra in Sancti Micael de Vadiello: Beila converso vna terra in sancta cruce: domino Blasco converso vna terra in Sancta cruce: Galindo de Cupo vna terra in valle de Morienzo: Tellu Johannes vna terra in Vallestremero: Johannes et Gontrueda et Sol vna terra in Lombanas: Hunc predictum monasterium et hereditate, sicut scripta resonat, libero et genuo per in seculum seculi serviant in sancto Emiliano. Siquis vero homo ex nostris propinquis aut extraneis vel quilibet super hanc nostra offertionem in aliquo disrumpere voluerit; sit a Domino Jhu Christo, qui cuncta creavit, maledictus et confusus, et cum demonibus et Judas traditore sortitus in inferno inferiori: insuper a regale parte exolvat quinque libras de Cocto auri, et quod retemptum ad regula duplatum. Ego igitur senior Didaco Monnioz cum suprascriptis, qui hec dedimus, roboramus, et testes tradimus. Episcopus Sancius confirmans. Episcopus Garsea confir. Senior Fortun Sangiz Nutrici regis confir. Senior Sancio Fortuniones confir. Senior Acenari Garceiz confir. Senior Albaro Fortuniones confir. Senior Fortun Ennecoz confir. Facta carta in era millessima septuagesima quinta, Garsea rex in Pampilona et Castella vetula: Fredinandus rex in Burgiis.

Num.º 116.

Era 1076: año 1038 á 29 de nov.e got.... galic. 34.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem quambis non merens Bonuspater me nominante in Naiera, amore divino compunctus, ac scelerum meorum recordatus, sic facio donationem pro remedio anime mee presentem cum corpore meo ad atrium beatissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi abbati Dompno Sancio * vel fratribus ibidem servientibus, id est vna vinea mea propria in vineas de Sancte Eugenie, habet de Oriente vinea de Lehie, et de occidente via que pergit ad Sancta Eugenia, ab aquilone vinea de filiis Valith, de meridie vinea de Vellita et Maria; et vno ortu habet de oriente linares de filios de Momaliga, de occidente via, que vadit ad vallicorna, ab aquilone de Dompno Lupe, de meridie Dominico filius de Sarracine: et tres molinos, qui antea fuerunt factus, ha-

* desit: Episcopo.

bent de oriente rivum, de occidente molinos de Cerbera, ab aquilone molinos de Sancti Emiliani, de meridie ipsa glera: Eoque concedi ad integritate firmavi iure perpetuo. Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis hanc meam donationem in aliquo conatus fuerit, disrumpere, que supra dixi; sit ab omnipotenti Deo confusus, et a cetu christianitatis separatus, et cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper in fisco regali, persolvat quatuor libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millessima septuagesima ~~sexta~~ tertio Kalendas decembris, regnante Garsea rex in Pampilona et in Castella usque Zamorai, sub eius imperio Fortun Sanchiz in Naiera, et Furtun Zitiz iudice.

Num.º 117.

Era 1077: año 1039: gpt..... galic. 41.8º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Arenari Sanchiz promta devotione, et spontanea mea voluntate dono et confirmo ad atrium beati confessoris Emiliani presbiteri, et ad tibi abbati Gomesani cum ceteris monachis ibidem commorantibus, meos proprios palatios in Formella superiora, cum illo orto qui est iuxta eos, et una terra ad illas eras inter ambas vias, et in lumba una vinea de oriente vinea de Blasco Ferrero, de alia parte latus eius vinea de Garcia Lifuarriz, de occidente vinea de Salvator Calbo, et cum exitu et regressu cum pascuis, et cum tali usu, ut comunem cum hominibus illius ville habeant pastum, montes, aquas, et omnia, que illi cum hominibus illis sed liberum et ingenuum ab omni potestate regum et dominorum; ita ut in nulla paria neque in homicidio, neque in nulla causa facendera sit cum illis permixtum: nam sicut ego tenui illos palatios cum iam supra dictam hereditatem, sine aliqua voce mala, ita confirmo ad honorem Sancti Emiliani per secula seculorum, amen. Siquis vero homo post odie de meis propinquis etiam et longinquis meum prescriptum disrumpere conaverit, que est supra scriptum; primitus a fronte binas careat lucernas, demumque in baratro dimersus non evadat averni penas, sed cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori, amen: insuper ad regis parte, pariet duo talenta auri, et ad re-

gula duplum. Facta carta donationis sub era millessima septuagesima septima, regnante rex Garsea in Pampilona et in Castella vetulla. Ego Senior Azenari Sancii, qui hanc cartam fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Episcopus Sancius confir. Garsea episcopus Alabensis confir. Gomessanus abba Sancti Emiliani confir. Sennor Fortun Sancii confir. Sennor Sancio Furtunionis confir. Enneco Sancii confir. Sennor Fortun Lopez confir. Domino Blasco maiordompno confir.

Num.º 118.

Era 1078: año 1040, dia lunes á 31. de marzo: got.... galic. 74. b.º

In Dei nomine. Ego Belasco Sancio, et uxor mea Scemena placuit nobis, et sic donamus de nostra herentia, que habemus, nostra quinta; uno agro qui est in loco, qui dicitur valle de Ziti, latus agro de Beila Lurdor: et una vinea, qui est in padule latus vinea de Monnio Beilaz: ipso agro et vinea sic donamus ad atrio Sancti Emiliani pro remedio animas nostras. Imperante Garsea rex: et abbate domino Garsea episcopus in Sancti Emiliani, era millessima septuagesima* octava, secunda feria, notum die secundo Kalendas aprilis.

Num.º 119.

Era 1078: año 1040. dia martes 29. de julio: got. 29: galic. 50. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Garsea Dei gratia rex, una cum coniuge mea Stefania regina iussi fieri hec carta donationis, vel emtionis, mea concedente voluntate, tibi fideli meo Azenari Ennecones, id est, dono tibi illa hereditate de domino Johannes de Lardero, qui est in territorio de rivo de IzoKa: ita dono tibi illa ingenua cum omni integritate tam vineis etiam et agris, molinis, ortis, cum consuetudo habitatoribus ibi, egressus atque regressus, vel pratis, pascuis, aquis, vel ubi tu potueris invenire de illo. Et accepi de te in pretio caballo castaneo valente quingentos solidos, per signa nominato illo, qui fuit, que tibi dedit comite Fredinando Munnioz, et habeo illum apud me, et nichil contra te remansit pretium. Deinceps hodie habeas tu et filiis tuis usque in se-

culum seculi possessuris hec supra nominata hereditas simul cum illa Kasa. Siquis autem de meis filiis, neptis, aut bisneptis, aut ex meo genere voluerit in meum scripturn disrumpere aut violare; sit anathema maranata, et exstraneus a sancta matre ecclesia, insuper particeps sit Juda traditori in inferno inferiori, amen: insuper regali pactte tres libras auri. Facta carta donationis in era millessima septuagesima octava, tertia feria, quarto* Kalendas augustias. Ego Garsea scripsi, qui hanc iussi exarare, de manu mea hoc signum ✠ inieci coram hoj testes. Episcopus Sancius Nalerensis confir. Episcopus Sancius Pampilonensis confir. Episcopus Garsea Alabensis confir. Senior Furtun Sancii de Naila testis: Senior Sancio Fortuniones de Sorricuxbo testis. Senior Furtun Lopez de Tercelia testis. Senior Garcia Eximinones testis. Senior Azenari Sancii testis. Maiordomus regis Furtun Oxiti testis. Vestiarius Senior Eximino Sancii testis. Alferiz Senior Furtun Sancii testis.

forse: Naiela? Eximino vno g.e teste

Addicion del 1052.

Ego Azenari Enneconez gratia Dei omnipotentis, qui me fecit sub habitu sancti Benedicti vivere et usque obitum meum perseverare; hec predicta hereditas, que accepi de Garsea scripsi, simul cum corpore meo concedo et confirmo in domo sancti Emiliani presbiteri et confessoris, id est, in pago de Torrillas tres vineas: iuxta sancta Maria vno maliolo: et tredecim terras sub rivo, et duas in seccero: duos ortos: duas cupas maiores, duas minores: duos scannos: vno plumario: vna pluma: vna mantheca de lino: vno tapete: vno lizar: vno carro, duas ruetas: tres forcas: tres CuenKas: vna caldera cum suas laves: duas arratas: et illa casa cum vna vice de molino. Et sicut predicta pagina resonat, firmitex in sancti Emiliani, permaneat subpresenti abbati domino Petro cum ceteris monachorum sub era millesima nonagesima septima*.

Num.° 420.

Era 1080: año 1042: got. 77. b.°: galic. 456.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Ulloniu spontanea mea voluntate pro remedium anime mee trado me ad altario sancti Emiliani presbiteri, et tibi presenti Gomessani abbati, et domino Sancio episcopi cum meas proprias casas et hereditate, que habui de parentibus meis

in villa, que vocitant Pecesaurios; et illas casas in Barcenas de rivo de Sancti Juliani; et tres terras; et super villa alias tres terras, et medio orto, et illa ferragine ante Kasa: et media de illa serna de Jhano in Sancti Petri: una terra in valle maiore, alia terra de la Kanaliza, alia terra in sumo valle Zumeili, alia terra in eras de Pagina, alia terra in fontana bagenti, alia terra in valle de Gatone, alia terra in suma Varga: et in illo molino de Abities una vice quando die quando nocte de octo in octo dies, et una vinea in valle de Monnoza, alia vinea in valle de Subero, alia vinea in illos foios de Arto. Hec scripta de hereditate mea dono et confirmo, per in seculum seculi serviant in Sancto Emiliano cum corpore meo. Siquis vero ex meis propinquis aut extraneis, vel quilibet homo hanc meam offertionem in aliquo disrumpere voluerit, in primitus sit a domino Jhu Christo maledictus et confusus, insuper cum Judas traditore sit sortitus; et a regali parte exolvat libra auri cocto, et quod retemtatum ad regula duplatum. Facta carta in era millessima octogesima, regnante Garsea rex in Castella vetula et Pampilona; et Fredinando rex in Castella et in Legione. Blagga presbiter merino in Cereso. Tellu Monnioz saione in illas villas. Ego Monnio, qui hec dedi testes ad roborationem tradidi. Galindo Hanniz testis. Annaia Monnioz testis. Beila presbiter testis. Pepi Johannes testis. Zite Bermudez testis. Garsea cantore confirmans et testis.

Num.º 121.

Era 1080: año 1042: got.... galic. 49. b.º

Sub nomine Christi. Hec est pagina confirmationis, quam fieri iussi ego rex Garseani Sancii in honore scilicet Sancti Martini episcopi. Temporibus transactis habuerunt contemptionem monachis de Sancti Martini cum homines de Halubarri et vicinis villarum pro termino: ad hanc questionem veni illuc cum meis subditis, sicut michi visum fui, determinavi: Id est de illo sotello cluso de sursum parte per linea directa ad illos iulacares ad summante a mata de Arangone, in media linea predicta, possui pedem meum, et molionem in teste: deinde per illa cal-

zata qui pergit ad Calahurram, de illa vero calzata per summum lumbum magnum de pinna alba usque iberi; deinde a sotum de Sancti Martini: illum vero sotum, non divisum set totum cum illis cannales usque sotello cluso. Hec predictum terminum pro remedio anime mee, et parentum meorum sanum et integrum confirmo ad predicti almi confessoris per in seculum seculi. Siquis autem posterum regum aut principum, comitum vel aliquorum hominum hanc meam confirmationem violare temptaverit, sit maledictus in conspectu Domini, et cum zabulo in gehenna perpetua penas luiturus, amen: insuper ad partem regalem solvat tres libras auri, et duplum ad regula. Facta carta confirmationis era millessima octogesima. Ego Garsea rex legentem audivi et confirmavi. Sancius episcopus confirmans. Garsea Episcopus confirmans. Senior Fortun Sancii nutrici regis presente hic confirmans. Senior Sancio Fortunionis confirmans. Sennor Azenari Garceiz confirmans. Senior Albaro Furtunionis testis. Senior Azenar Blascoz testis.

Num.º 122.

Era 1081: año 1043, á 4 de febrero dia viernes: got. 30: galic. 23. 6.º

Tempore Garsie regis filii Sancii regis, me Sancio episcopo pastorali cura monasterium sancti Emiliani regente, contigit, quod quedam mulier rustica nomine Maior in villa Terrero videns se sublimiorem suis vicinis, nolevat ire cum illis in officio operis agrorum, et vinearum Sancti Emiliani, imo contempnebat opus servile et usuale facere cum vicinis: Ego autem cum talem audirem errorem, cepi inquirere quenam esset, que tale quod facere auderet. Statimque eam ante conspectum meum presentare feci: cum autem voluit se excusare de servitute, no potuit; quia probavimus illam ex tribu servili fuisse genitam: mandavi itaque ei, ut semper aut operaretur cum vicinis suis, aut pectaret excusationem tantam et talem, qualem unusquisque vicinorum suorum pectare debet. Itaque illa cum omni genere suo est supposita sub hoc pecto per secula, amen. Facta carta sub era millessima octogesima prima, secundo nonas februarii, feria sexta, regnante rege Garsea in Pampilona.

Num.º 123.

Era 1081: año 1043, en 1. de Junio: got. 32. b.º galic 84.

[illegible]

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Dei gratia Garsea Sancionis rex vicisim cum coniuge mea Stephania regina, tibi abbati Gomessani cum sociis fratribus tecum in timore et amore maiestatis superne vinculo Karitatis in vnum commorantibus, in Domino Ihu Christo, perpetuam felicitatem, amen: Denique inspirante bonitate divina, pro remedium animarum nostrarum concedimus et tradimus vnam casam cum populatore Nunno Sangiz et eius vxor Eolalia, cum orto et vineas, et propriam terram, et divisam cum vicinis, in honore sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, vel vobis supra nominatis fratribus, in confinium Villorie in villa que dicitur Liciniana: et quod odie offerimus, amodo et deinceps, post partem monasterii maneat confirmata. Et qui hunc testamentum scripture, vel in modico convellere voluerit, careat bonis omnibus, et in futuro cum iustis non adscribantur, sed cum Iuda, qui Dominum tradidit, participationem habeat per in seculum seculi, amen: insuper a parte regali pariet libra auri, et duplum. Facta scriptura testamenti era millessima octogesima prima, Kalendas iunias, regnante rex Garsea in Pampilona, in Alava, et in Castella vetula. Ego Garsea rex, qui hanc fieri iussi, confirmavi, et testes tradidi. Garsea episcopus confirmans. Sancius episcopus confirmans. Senior Fortun Sangiz nutrici regis confirmans. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Sancio Meziratiz confir.

Num.º 124.

Era 1082: año 1044: got. 92: gal. 162. b.º

In Dei nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Lope Sangiz de Aramingon, et ego senior Albaro Gonsalbez de Ghinea, vna concordia placuit nobis, ut anime nostre remedium donamus ad honorem sancti Emiliani presbiteri et tibi presenti Gomessani abbati, de Sancti Martini de Ferrera de quinta parte media in terris, vineis, et in omni pertinentia: et in villa Ferrera duas casas de Gonzalo Piscatore cum terris et ortis et pertinentia sua, et nostras divisas: et in molina de palacio in Nave de Albura medio. Siquis autem homo, aut ex nostra proienie vocem levaverit, vel nostrum datum

conturbare voluerit, sit ab omnipotenti Deo maledictus, et cum diabolo sortitus, amen: insuper ad regis parte componat tres libras auri, et retemtu ad regulam duplum. Ego Lope Sangiz et ego Albaro Gonzalvez, qui hec dedimus, confirmamus, et testes subscripsimus. Garsea episcopus Alabenses confirmans. Senior Sancio Fortunionis dominator Ponticurbo confirmans. Senior Furtun Lopiz dominator Tetelia confir. Senior Azenariz Sangiz dominator Petralata et Monasterio confir. Garsea rex dominante in Pampilona in Alaba et in Castella vetula. Facta carta in era millessima octogesima secunda.

Num.º 125.

Era 1082: año 1044: gpt. 102. 6.º galic.º 151. 6.º

Fuero de defesas de Matrize. In abantinos habent duas defesas, vna de los labrantios vsque ad Semdero qui exit per servum, et vadit ad vadeciello: alia defesa de lo labrantio vsque ad Semdero qui exit sub Serna de fonte baiuve, et si fillarent aliquem de Villagundissalvo facientem ligna; pro asino duos arienzos donet, et pro homine vno arienzo: et si in via fillarent eos, debent venire ad villam, et accipere fidiatorem, et si negarent, et dixerint, quod non inciderunt ligna cum quale se custiero de Matrice acceperit a mano pro iurare; debent referire illi de Villagundisalvo cum altero simile: Et illi de Villagundissalvo istas defesas no habuerunt devetatas, solummodo de matera et ligna cedere. Et cuesta-brazo de ambas partes defesa de Matrize et de alteris villis non debent illi pascere: Et Villagonsalvo et Cordovin et Terrero in die pasceran vsque potuerint, et per noctem ad suas casas, si non los boves domitos: Et por fuero exient ad capannas nuevas, et fikaran cabannas, et deinde a iuso et ad sursum por opotieren pascerant; et de Cabannas nuevas a iuso pasceran tota die et in nocte a retro. Et in pratiella et in losiellas fikaran Cabannas ad sursum et a iuso por opotieren. Et in diebus regis Garsie si ganato, ficiesset ~~fecisset~~ damnum in Sernas aut in vineas de rege, aut de Sancti Emiliani; per bovem vno argenzo, et si non apretiatura. Tovia, et Cogga semper vna defesa ovieront. Et illa rate de Villar: Villagundisalvo, et Cornon na ovieron defesata de pascere. + Et in post dias de rege Garsia los de Sancti Emiliani sex annos et medio mandaron a Matrize, et semper istum fuero ovieron. Et in dias de rege Garsea Sango Lopez fuit custiero, et in Serna de rege matode vno puerco de Villagonsalvo, et rex Garsea mandavit porcum peggare, et Serna apreciare, et peggare. Et in dias de rege Garsia

+ ~~corresponde aqui la fecha.~~

en na Villa uno germano aut tres oviesset uno alzariet manu por facendera facere, et alteros ibant se ubi voluissent: et si non abiet, qui alzasset manum, dimittebat totam suam hereditatem, et ibat se; Era millessima octogesima secunda, Garsea rex.

Num.º 426.

Era 1083: año 1045. á 24 de febrero: got..... galic. 35. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Gomessanus abba, et omnibus monachis Sancti Emiliani cum precepto domini mei et consilio Garseani regis et Sancioni pontificis fecimus cambium cum vicino et germano nostro abbate dompno Alumnio, et omni congregatione Sancte Columbe virginis, perpetualiter concedens, stabiliensque ego Gomessanus abba ex parte Sancti Emiliani cultaque fructifera, prenominata vinea de Cereso dedi: ex parte vero sancte Columbe accepi ego predictus Gomessanus abba vinea, que erat vicina nobis, iungiegue se in vinea nostra de Sancti Juliani latus stratam, que ex Exicio perxit ad Naiera, inculta atque deserta. Cupiditate tamen utrique compulsi, eoquod sibi quisque vicinior fiebat possessioni, convenientia fecimus cambii: In qua convenientia cambii ego Gomessanus abba triginta solidos de argento dedi, et cocam vini, azuterzemque frumenti. Sicque utrique stabilitatem facimus cambii, ut quod deinceps penituerit, proximo suo duplo restituat; centum solidos argenti ad regis. Facta carta confirmationis sub era millessima octogesima tertia, sexto Kalendas marcii, regnante Garsea rex in Pampilona, et Fredinandus rex frater eius in deglecione. Nos vero utrique abbates, qui hunc testamentum paginavimus, testes ad roborandum subscripsimus. Ego igitur Garsea rex hunc testamentum relegentem audivi, assensum prebui et confirmavi. Ego Sancius episcopus interfui, assensum prebui et confirmavi. Senior Fortun Sanchiz dominante Naiera confirmans. Senior Garcia Fortunionis in Tobia confirmans. Garsea episcopus confir. Gomessanus abba confir. Eximinus prepositus confir. Alumnius abba confir. Blasius prepositus confir. Johannes presbiter confir. Bartolomeus presbiter confir. Omne Nagerense concilio testes.

Num.º 127.

Era 1083: año 1045. a 12. de abril, dia viernes: got. 48: galic. 115.

In Dei nomine redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei Garsea rex vna cum Stefania nutu Dei regina, superni regis nutu cum proprio mentis affectu, placens michi toto corde, spontanea voluntate ad atrium beati Emiliani presbiteri, et tibi venerabili Gomessano abbati, omnibus tecum sub regula beati Benedicti abbati ibi Deo servientibus pro adipiscenda predicti confessoris Dei gratia, nec non et pro animarum remedio nostrarum munus offerimus Deo: Concedimus et confirmamus vnum monasterium in descensu Auchensis montis in partibus Aslanzoni flubii Sancti Cipriani iuxta vicum Castrellum, cum omnibus suis pertinentiis in omnibus locis, cum motana defesa, terris, vineis, et molino, et vbicumque de eius potueritis hereditatibus vel possessionibus invenire, liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Nos vero prefati Garsia regi et Stefania regina accepimus in honore de te patroni nostro Gomessano abbati vnum Caballum, et mulam in quadingentis argenteis solidis computati: Et ideo ab odie in ante firmamus perpetualiter nostra supra nominata offertione iure perpetuo ad atrium sancti Emiliani deservienda. Siquis vero de nostro genere filiis neptis aut extraneis sub aliqua mala occasione voluerit hoc nostrum scriptum testamentum violare; sit a Domino Deo maledictus et confusus, et extraneus a fide catolica, vtroque lumine careat, et cum Juda traditore in infernum sit submersus amen; et ad regali parte exolvat talenta auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millessima octogesima tertia*, quinto idus aprilis, feria sexta. Ego Garsea rex, qui han carta iussi exarare, manibus meis hoc signum ✠ roboravi coram testibus. Stefania gratia Dei regina testis et confirmans. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Enneco Oniensis abba confirmans. Senior Furtun Sangiz nutricis regis confirmans. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Sancio Meratriz confir. Senior Scemeno Sangiz confir. Senior Lope Furtunionis confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Furtun Sangiz confir. Gondesalbus sancte Marie monasteriensis abba testis. Senior Munio Munnioz Alabense comes testis. Munio presbiter scripsit.

Num.º 128.

Era 1083: año 1045. a 29 de abril: got. 36. b.º galic.º 52. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta concessionis et confirmationis: In primis gratias Dei regis perhenni, qui tradidit nobis hanc vrbem Calahurram de manu paganorum. Ego igitur gratia Dei rex Garsia, simul cum coniuge mea Stefania regina ob remissionem peccatorum nostrorum et remedio animarum nostrarum, idcirco concedimus et confirmamus ad atrium beatissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi abbati glorioso Gomessani cum collegio monacorum ibi Deo servientibus, solares in Calahurra vrbem, qui sunt in loco iuxta Sancta Maria, de illa carrera que exit a porta de rivo dextera partis, et de illa parte que est clausura vrbem ad sursum vsque iungunt se a parte Sancte Marie, ad integritatem propter convenientiam officium: Et hereditatem plurimam obtimam non divisa sed partem vnam integram, id est, de illo balliolo, que dicunt de Carta vsque ad Spino iuxta rivo molinare, et de alia parte via, que dicunt de acutu partis aquam ab aspectu vrbem sitam, et omnibus cibes est cognita: Et vno parrale iuxta porta rivo dextera parte sito: et vna era ante villa in via de acuto de sinistra parte sub ponte: alia era in Almohalla, et duas terras in via de Villanoba de dextera parte intrante ad vadello, et per illa vna terra aqua vadit: alia terra in Sorban sub rivo Caballero dextera parte. In exitu et regressu, in pratis, in aquis pari cum vicinis fruere censura; exceptis omicidiis, pariis, vel eorum vsualibus pactis. Insuperque talem concedimus potestatem, ut quicquid super hoc pro vivis et mortuis, vel de vestris comparationibus potueritis habere; liberum et firmum possideatis per omnia secula, amen. Et iubemus ad vocem ex apellito cum aliis eatis. Siquis homo rex, aut comes, propinquis aut extraneis hanc nostram donationem et confirmationem disrumpere voluerit; sit a Domino Deo maledictus et confusus, et a catholicam fidem exclusus, demumque cum Juda traditore penas sustineat luiturus, amen: et a parte regale exolvat tria talenta auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima octogesima tertia, secundo Kalendas maias. Ego igitur Garsea rex, et socia mea Stefania regina, qui hanc scriptura fieri iussimus, signos ✠✠ iniecimus, et testes tradimus. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Obeco* abba Onie confirmans. Senior Furtun Sangiz nutrici regis confirmans. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Azenari Sanciz confir. Senior Lope

*Obeco, pro Enneco

gotico al margen * Alaba } Naginiz confix. Senior Gonsalbo Didaz confix. Senior Fuxun Lopez * confirmans. Senior Fuxun Cmecoz confix. Summa exarator.

Num.º 429.

Era 1083: año 1045. a 27 de septiembre: got. 67.º: galic. 125.

Sub nomine triplo simplo Divino. Ego humilis, et omnium antecessorum meorum infimus, gratia tamen Christi afflante, regiminis honore perfultus Garsea rex, pro meorum facinorum ablutione, seu pro capienda a Domino in futuro remuneratione offero et concedo ad altium sancissimi Emiliani, presbiteri, et tibi patri spirituali Tomessani abbati, omnibusque secum unanimiter ibi Deo servientibus in superiori villa Valleorcanis Kasas, quas populavit domino Beila monacho, una dicitur Sancti Martini vita Subtus via cum suo orto: alia dicitur Sancti Romani superiori loco vita in ripa. Et in villa Potanze ecclesia Sancta Maria in media villa sita, cum domibus de via usque ivo ad integritatem: et concedo absolutionem populandi. Istas casas predictas cum suis pertinentiis, et cum divisas; cum terris, vineis, ortis, pomiferis, arboribus; in exitu et regressu, in pratis, et in aquis pari cum Vicinis fuere censura, exceptis omicidiis, pariis, vel eorum usualibus pactis, ad integritatem cum omni libertate ad altium prefati patroni Emiliani sanctissimi trado et confirmo. Et quicquid deinceps comparare, vel augmentare, aut datum tam vivis quam pro defunctis fuerit, firmum valentemque provideat Sanctus Emilianus per secula, amen. Si quis vero ex meis progenitibus, vel extraneis quilibet homo hunc meum votum a me voluntarium factum irrumpere tentaverit, sit anathema in conspectu Dei patris, et Sanctorum angelorum, et pereat eternas tartareas luitrus: et infera parte regali tres libras auri, et quod retemtu ad regulam duplatum. Facta carta in era millessima octogesima tertia, sexto Kalendas septembris, regno fuente rege Pampilona, Alaba, et Castella vetula: frater eius Fredinando rege in Burgis, et Leone. Ego igitur Garsea rex, qui hanc scripturam fieri iussi, legentem audivi, et testibus tradidi ad roborandum. Ego igitur Sancius episcopus, qui hec Domino revelante per visionem agnovi, domino meo Garseano rege, ut hoc perficeret exoravi, et confirmo. Garsea episcopus confix. Emeconi abba confix. Paternus abba confix. Senior Fortun Sangiz confix. Senior Sancio Furtunionis confix. Senior Azenarii Garceiz confix. Senior Albaro Furtunionis confix. Senior Azenarii Blasco confix. Senior Eximino Azenariz confix.

Num.º 130.

Era 1084: año 1046: got. 41. b.º galic. 104:
Original Cajon. O. 9. titulo Valle de S. Vicente.
legajo 1.º num.º 1.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Garsea gratia Dei rex una pariter cum uxore mea Stephania regina, spontanea voluntate placens nobis, concedimus tibi patri spirituali Gomessano Naialense terre episcopo, et condonamus propter honorem ordinationis tue pontificali unum monasterium reliquiis Sancte Marie consecrate septuaginta duos passus spatium, in valle Sancti Vincenti, cum suis pertinentiis, cum montibus et pascuis, et defesa, sive molendinis, et quod amplius potueritis augmentare vel comparare, vel datum de vivis aut pro defunctis, ienum et valentem habeas semper. Sic tibi affirmamus nostram predictam offertionem ad populandum o serenissime pontifex, ut habeas absque omni foro malo, sine omicidio, sine furtu, sine fossadera, sine fornitio et absque saionis ingressio: ut quandiu in hoc seculo dequeris, teneas et possideas, ut volueris; post tuum obitum deserviat illum monasterium cum quantum ibi ganaveris, totum ad integritatem ad atrium almi confessoris Emiliani presbiteri cum tali firmamento *. Et ego Gomesano nutu Dei pontifici simili tenore donatione confirmationeque promitto et condono prefato Sancte Marie una concordia tecum dominus meus rex, firmiterque permaneat in Sancti Emiliani. Siquis vero homo rex, aut Comes, propinquis aut extraneis hanc nostram confirmationem disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et a catholica fide seclusus, demumque cum Juda traditore penas sustineat luiturus, amen: et a parte regali pariet decem libras auri, et duplum. Facta carta donationis in era millessima octogesima quarta. Ego Garsea rex, et Socia mea Stephania regina, et Gomesano episcopo, qui hanc scriptam fieri iussimus, cruces signos ✠. ✠. ✠. iniecimus, et testes tradimus. Sancius episcopus confir.s Garsea episcopus confirmans. = Senior Furtun Sangiz confirmans. Senior Enneco Sangiz confir = Senior Sancio Fortunionis confir. Senior Azenariz Garceiz confir. Senior domino Marcello confir.

---

* En el vacio q.e quedo del renglon añadieron de letra mas posterior
* quale tibi dedimus, et sine pignoratione pro causa abbatis.
Es de advertir q.e la del Becerro gotico tampoco las contiene, de q.e es de inferir, q.e lo añadieron posteriormente.

Num.º 131.

Era 1084: año 1046: got. 31: galic. 45.

Ego igitur gratia Dei Garsea rex una cum Stefania regina superni regis nutu, cum proprio mentis affectu, toto cordeque voluntate, et per remedium animarum nostrarum concedimus et confirmamus ad atrium Sanctissimi Emiliani vel Sanctis altaribus ibidem consecratis, et tibi presenti venerabili patri episcopi Gomessani omnibus tecum unanimiter sub regula beati Benedicti iugum Christi portantibus, et Deo servientibus, Domino Enneco presbitero de Alesanco cum tota sua hereditate, quod habet, et suas comparationes, id est, casas cum terris, et vineis, ortis, pomariis, molendinis, pascuis cum exitu et regressu, et cum tali usu, ut comunem cum hominibus de Alesanco habeant pastum in montes, et aquas; et omnia que illi habuerint; tamen ut in nulla paria sit cum illis neque in omicidio, neque in nulla alia facendera, sed liberum et ingenuum ab omni potestate regum et dominorum serviat sancto Emiliano per omnia secula, amen. Et quicquid deinceps in eadem villam de domibus, aut de terris vel vineis, vel de alicuius possessionis ampliare vel comparare ab hominibus illis vel aliis potueritis, et pro defunctis vel vivis adquisieritis, firmum, ingenuum et valentem possideatis ab omni potestate regali vel principali usque in perpetuum, amen. Quod siquis autem de nostro genere filiis, neptis, aut bisneptis, propinquis aut extraneis, vel quilibet hominum hec nostra donatione et confirmatione conatus fuerit disrumpere vel imminuere; in primis descendat super eum Domini maledictione, sicut descendit super Datan et Abiron, quos viventes terra obsorbuit, et post portionem habeat cum Juda traditore in inferno inferiori per eterna secula, amen: insuper regale parte pariat quatuor libras auri, et ad regula duplum. Facta carta confirmationis in era millessima octogesima quarta, regnante Garsea rex in Pampilona et in Castella vetula. Ego igitur Garsea rex una cum coniuge mea Stefania regina, qui hanc cartam fieri iussimus, testes ad roborandum mandamus. Sancius episcopus Pampilonensis confirmans. Garsea Alavensis episcopus confir. Gomessanus episcopus calagurritanus confir. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopez confir. Senior Garcia Sangiz confir. Senior Enneco Sangiz confir.

Num.º 132.

Era 1084: año 1046: got. 37: galic. 996.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Sancea rex nutu Dei rex, inspirante divina clementia, et cohortante senatum Dei apud eum sufragio, concedo et confirmo ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et tibi patri spirituali Gomesano episcopo et abbate sub regula sancti Benedicti ibi Deo servientibus monasterium sancti Mikaelis consecratum, ubi dicunt Vgaho, situm inter villas Okoien et Cirroki, sed ad terminum Cirroki pertinente, cum omnibus suis pertinentibus terris, vineis, orbis, communibus pascuis et ingressibus atque regressibus cum villa Cirroki ad integrum, et cum aliis villis, que in eius circuitu posite videantur. Et tamen ingenuum et liberum esse volumus ab omni servitio regali, et hominibus illis in illo monasterio habitantibus: Sancione presbitero, et eius nepote Sancio, qui sua voluntate volunt esse vestri confratres, cum omnibus suis ad se pertinentibus libertatem habeant. Et omnis homo de villis in illo circuitu positis, qui ad eum monasterium cum omnibus suis voluerit venire, liberam habeant ingenuitatem. Siquis vero meorum successorum, propinquorum vel extraneorum hanc meam donationem mutare, invadere, dissumpere voluerit; sit a Domino Christo maledictus, et cum Iuda Domini traditore in inferno habeat portione, et a parte regali exolbat quinque libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millesima octogesima quarta. Ego Sancea rex, qui hanc fieri iussi, testes tradidi. Sancius episcopus confirmans. Sancea episcopus confir. Senior Fortun Sanciz confir. Senior Fortun Nuñez confir. Senior Azenari Fortunionis confir. Senior Sango Fortunionis confir. Senior Fortun Lopez confir.

Edicion. } Num.º 133.

Bet. got. 37 = Edicion del año de 1064: galic.º 997.

Ego igitur Sancius rex, cum donationem illius monasterii a patre meo factam audivi, sicut ipse cum omnibus suis pertinentiis dedit, ita ego similiter confirmo, sicut in propria pagina resonat, illum monasterium Sancti Micael ad Sancti Emiliani, et tibi Gomesanus episcopus magistro meo, ut ibi serviat semper. Quod si aliquis cum deinceps a sancto Emiliano inquietare voluerit, sit ab omnipotenti Deo

maledictus, et post cum Juda traditore in infernum submergatur, amen; et in cauto pariat quinque libras auri, et duplum. Facta carta era millessima centesima secunda. Ego Sancius rex confirmavi, et testes tradidi. Ranimirus et Fredinandus atque Raimundus testes. Johannes episcopus confirmans. Senior Azenari Garceiz confirmans. Senior Domno Marcelle confir. Senior Furtun Lopiz confir. Senior Eximino Furtunionis confir. Sancius Scriva.

Num.º 134.

Era 1085: año 1047: got. 34. b.º galic. 16.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Garsea gratia Dei rex, simul cum coniuge mea Stefania regina, ob remissionem peccatorum nostrorum et remedio animarum nostrarum prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut tribueremus in honore beatissimi Emiliani presbiteri, necnon et ad vos Domno nostro Gomesano glorioso episcopo et abbate, omnibusque clericis fratribus et sacerdotibus tecum ibi commorantibus, monasterium vobis vicinum reliquias Sancti Micaelis consecratum iuxta vicum, qui dicitur Cannas, de rivulo ad rivulum illius ville positum cum omnibus, que ad eum pertinere videntur, terris, vineis, ortis, pascuis, cum exitu et regressu, et cum tali usu, ut comunem cum hominibus de Kannis habeant pastum in montes, in aquas, in glandiferas arbores, et omnia, que illi habuerint. Tamen ut in nulla paria neque in homicidio, neque fossatera, neque in nulla causa sit permixtum cum hominibus illis, sed liberum et ingenuum ab omni potestate regum et dominorum, serviat Sancto Emiliano per secula seculorum, amen. Et quicquid super hoc magis in illo loco de domos, aut de terris, vel vineis, seu aliquid possessionis ampliare vel edificare, aut comparare ab hominibus illis, vel ab aliis potueritis, vel que pro animabus defunctorum, vel pro vivorum adquisieritis, firmum liberum, valentem ab omni potestate regum, et principali, per omne seculum possideatis cum totidem hereditatibus, que ad eum pertinent, vel aliquando pertinuerunt. Siquis tamen ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum donationis temtare vel imminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluerit; sit a Domino Deo

maledictus, et a Sancta mater ecclesia segregatus, demumque cum Juda traditore in inferno sit dimersus, amen: insuper a parte regali pariat quatuor libras auri, et ad regula duplum. Facta carta donationis in era millessima octogesima quinta. Ego igitur Garsea rex, et uxor mea Stefania regina, qui hanc fieri iussimus, signos ✠.✠. iniecimus, et testes tradimus. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confir. Supradictus Gomesanus episcopus confir. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopez confir. Senior Azenari Sangiz confir. Senior Garcia Sangiz confir. Senior Enneco Sangiz confirmans.

Num.º 135.

Era 1085: año 1047: got. 52: galic.º 15.

In Dei nomine. Ego igitur domno Zorrakino presbitero per remissionem peccatorum meorum dono ad Sancti Emiliani, et tibi Gondisalbo abbatis cum ceteris fratribus, una vinea ante Sancta Maria de Cannas in pago de Villar de Torre iuxta illa custiera, et una parte vinea de Monnio Vitaco, de alia parte de Sancta Maria de Serores. Siquis aliquis homo meam donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere, sit maledictus a Domino, qui fecit celum et terram, et a parte regis pariet sexaginta solidos, et ad predictum patronum illa vinea duplata. Facta carta in era millessima octogesima quinta, regnante Garsea rex in Pampilona. Ego domno Zorrakino, qui dedi, roboravi ✠. feci. Cita Jhoannes testis. Lifuar Sangiz testis. Gomiz Monnioz testis. Garcia Magistro testis. Stefano merino in Cannas testis.

Num.º 136.

Era 1086: año 1048: got. 95: galic. 72.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Domno Petro presbitero de villa nomine Alcorare, placuit michi spontanea mea voluntate, ut pro me anime remedium trado corpus et anima mea ad atrio beatissimi Emiliani presbiteri, ubi corpus eius nos scimus esse tumulatum, simul cum sociis meis domno Vigilio, et domno Johan-

nes, et domno Galindo vnanimiter accepimus abitum benedictum per manus abbati domno Gundisalbi in Sancti Emiliani: Ideoque in meam possessionem propriam et hereditatem hedificavimus ex propriis manibus monasterium Sancti Vincenti reliquias ferente, sito inter flumen Doro et Alcozare; et omnia nostra hereditate terris, vineis, et pertinentio ad altare predicto Sancto Emiliano offerimus, stavilivimus, et confirmamus per omnia secula, amen. Et ego igitur Fredinandus rex huic promissio interfui, assensum prebui, ad honorem Sancti Emiliani confirmavi: et amplius vero pro me remedium anime inquiro, iubeo, ut quisquis homo ad predicto loco Sancti Vincenti tam vivis, quam pro defunctis dederint, vel comparare potueritis, liberum, valentem, vel solutum habeatis perhenniter. Siquis vero homo amodo deinceps ex nostra generatione propinquis vel extraneis vel cuilibet hanc nostram promissionem vel confirmationem disrumpere aut temtare minuere voluerit; sit a Deo patrem omnipotentem maledictus in anathema cum Judas traditore mancipatus, amen: insuper a parte regali conferat talenta auri, et retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima octogesima sexta. Senior Nunnu Albarez mediator, qui actenus rexit, confirmans. Gomesanus episcopus Burgensis confirmans. Eigga don Nunno testis. Rodrico Bermudez testis. Didaco Gundisalbez testis. Sarracin Hannez testis. Domno Gudla de Alcozare et toto concilio testes.

Ad honorem Sancti Vincenti primum signum de Sancti Emiliani fuit datum, et in eius cimber sonatum.

Num.º 137.

Era 1086: año 1048. á 18 de noviembre, dia domingo: gpt. 52: gal. 15.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Salvator monacus Sancti Emiliani, ortus in vico Cannas, offero corpus et animam meam Deo omnipotenti in aula beati Emiliani in manus domni Gundisalbi abbatis cum omni facultatula mea, que habere potui, et ex meum quod emi peculium, cuncta offero ad Sanctum Emilianum. Similiter ego Totadonna vxor huius domni Salvatoris vna cum eo offero corpus meum et anima ad Sancto Emiliano, cum omni mea pertinentia ex comparatione, id est, in caput Sauti vnam terram ab illas pennellas vsque ad illa rate: de Villare, Garcia Sangiz

et Fortun Ennecoz fidiatores: de Cannas Sancio Ferramelliz, et Sancio Bellaquiz fidiatores, cauto retemtu sexaginta solidos: alia terra iuxta Sauto, qui fuit de Blasco Sangiz et suos germanos de Villar in quatordecim solidos: alia terra ad sancto Michael iuxta arbore perforato in decem solidos, qui fuit de tia Sancia: alia terra de domno Salvatore propria in valleauta: vna vinea in plano; alia ad latus huius: alia ad latus istarum: et vnum maliolum iuxta eas: vna terra in valcorna: vno orto in introitu ville cum suo albeare, qui feci cambium cum alio iuxta alium, qui erat de meo fratre Sancio Munnior. Hanc vero supra scriptam hereditatem confirmamus perpetualiter ad sancti Emiliani ego domno Salvatore et vxor mea Totadonna. Siquis autem ex nostris, aut extraneis hanc nostram offertionem disrumpere voluerit; sit a Domino Deo maledictus per secula, et in fisco regali exolvat decem libras auri, et retemtu duplato. Ego igitur Garsea gratia Dei rex huic comertio in sancto Emiliano interfui, et rogatus assensum prebui, et huic hereditati genuitatem prestavi: et ut aliquid perfruar in sancto Emiliano, sicut in hac resonat, liberam ab omni infestatione saionis, vel dominatione potestatis manere precepi. Facta carta sub era millessima octogesima sexta, decimo quinto * Kalendas novembris, feria prima. Sancius episcopus confirmans. Garsea Episcopus confirmans. Gomessanus episcopus confirmans. Senior Furtun Sangiz confirm.s Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopez confir.

Num.º 138.

Nota esta es anterior. } Era 1086: año 1048. á 9. de noviembre: got. 23. b.º galic. 96.

Original, Cajon E. 9. titulo Loranco leg. 1.º n.º 2.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Sancio Garciez, et vxor mea, nullius hominis imperio cogentis nec suadentis, set mea propria voluntate concedo et offero, et ab omni integritate confirmo pro anime mee remedio et parentum meorum ac filiorum ad honorem sanctissimi Emiliani Christi Confessoris mea propria divisa in villa Loranco id est meum proprium palatium, quod est situm iuxta fontem vulge grandem vocitatam, cum exitu et regressu, cum terris, orto, pratis, vel quecumque ab hodie in ante ampliare vel construere voluero, ab omni integritate ad atrium prefati sanctissimi Emiliani sint confir-

mata per omnia secula, amen. Ab hinc autem siquis ex mea progenie germanis filiis nepotis seu extraneis, hoc meum voluntarie factum in aliquo convellere vel retemptare voluerit; in primis a fronte binis careat luceris, et sit excommunicatus a communione Christi, et a cetu omnium apostolorum, martirum, prophetarum ac confessorum et barathri antro demersus, et in inferno infexiori, cum Juda proditore, habeat portionem per secula seculorum, et insuper aflictus seculari dampno, et quod redemptare conatus fuerit, in duplum pariat, et ad parcem imperatoris terre duas evolbat libras auri: huius vero scripture tenor in omnibus obtineat firmitatis roborem. Facta est igitur huius tomi conscriptio sub die idum guinti novembrium in era bena centena, ac octies bena, seu bis terna, regno fluente Domino Garseano in Pampilona; et Fredinando rege in Castella. Ego igitur Sancio Garciez, qui hanc oraxationem fieri volui et relegente audivi, manu mea hanc + inieci et confirmavi. Garsea Episcopus confirmans. Domesanus episcopus confirmans. Gundisalbus abbas, in cuius manu hoc testamentum perfeci, confirmans. Omne concilium de Loranco confirmantes. Oraxatore Illumione in celorum vivat regione.

Num° 339.

Era 1087: año 1049: qpt.... galic° 36. b°

Nota: Segunm: tiene de Pedernales esta escritura, y de confirmada año 1039.

Vease a este Dn. Lope en la escritura 1030 año de 1036

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Sancius episcopus atque egregius una cum omni colleçium monachorum sancti Emiliani presbiterii, et confessoris Christi, qui sub regula beati Benedicti vitam ducimus, convenit nobis, atque complacuit, ut dedimus tibi Dompno Lupo Naiolense aorum vro vinea facere ad medias in loco, quod dicitur iuxta via Fricium ante sancti Juliani, et de occidente vinea de sancte Columbe, de alia parte Johannes Arnalde de Becaxia, et postea dedimus tibi medietati tue, ita ut, post obitum tuum, quicquid volueris, licentiam habeas, ut nullus homo, pro ea inquietare presumat. Siquis homo hanc scripture medietati tue infrumpere voluerit rex aut abbas, anathema sit. Facta scriptura in era millessima octagesima septima. Sancius episcopus confirmans. Garcia abbas confirmans. Belasco abbas confir. Galindo Enneconis confir.

Este Galindo Yniguez el de 1030. Escritura 102.

Num° 340.

Era 1087: año 1049. a 23 de septre dia Sabado: qpt. 56: galic. 389.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Senior Illumio Zelliz, bono animo et spontanea voluntate facio donationem et confirmationem cum

cum Dei iubamine tam pro anime mee, quam pro Spirituum meorum parentum+ ad atrium beati Emiliani almi confessoris, monasterium cui vocabulum est EzKibal, qui est situm iuxta Sancti Victoris; et vico Gazata simul cum illo monasterio. Et in Castelle partibus Morico villulam ad integritate, cum suas divisas, et terminos, et ab odie in ante fiant hec predicta omnia confirmata prefato Sancto Emiliano per omnia secula, amen. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis hanc meam offertionem conatus fuerit, aut voluerit auferre, dematur de terra viventium, separetur a consortio patriarcharum, et cum demonibus eterno igni sit mancipatus, amen, et ad regale parte persolvat tres libras auri. Facta carta in era millessima octogesima septima, nono Kalendas octobris, feria septima, regnante Garsea rex in Pampilona, et Fredinando in Castella. Senior Furtun Sangiz in Naiera, et Furtun Zitiz discurrente iudicio.

(+ desit:) ac filiorum

Num.º 141.

Era 1087: año 1049: gotico ..... galicano 38.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta roborationis et confirmationis atque genuitatis, quam ego Garsea gratia Dei rex, simul cum coniuge mea Stephania regina facimus ad tibi Tello Munnioz et uxor tua Totadonna cum filiis, ac filiorum filiis, nec non et filiis filiorum nepotibus de illas casas que habetis in Mahabe et in Naiera cum terris, vineis, ortis, linares, molinis, ferragines, pomiferis arboribus, et quicquid domuis et habitatoribus istis pertinet tam ex parentum pertinentis, quam ex rebus entitiis hucusque, vel deinceps quicquid ampliare, construere vel emere potueritis, cum omni genuitate pariarum, homicidorum, heredarum, et absque regali saiona sint ingenuas et confirmatas istas casas cum exitu et regressu, et pastu libero. Et tale genuitate facimus tibi Tello Munnioz, et ad uxor tua Totadonna, ut ad illo seniore quem vos volueritis adcommendare cum vestra hereditate et casas, commendate. Et post obitum vestrum, ad cui volueritis casas et hereditates dare, cum omni genuitate date per secula seculorum, amen. Siquis autem ex nostris propinquis, aut extraneis, vel aliquis homo super hanc nostram genuitatem quesierit aliqua voce mala levantare super casas et hereditatem; sit a Domino Deo maledictus et confusus, demumque cum diabolo et Iuda traditore in inferno dimersus, amen: et insuper ad partem regalem persolvat duo talenta auri, et ad tibi Tello Munnioz et uxor tua Totadonna, quod retemptu duplato. Facta carta in era millessima octogesima septima. Ego Garsea rex sub Christi

gratia in Pampilona in Alaba atque in Castella, et ad confirmationem huius scedule testes tradimus. Sancius episcopus Pampilonensis confirmans. Garsea episcopus Alabensis confirmans. Gomesanus episcopus calagurritanus confirmans. Senior Fortun Sanchiz confirmans. Senior Furtun Uxoriz confir. Senior Sancio Fortunionis confir. Senior Fortun Lopiz confir. Senior Sancio Lopiz confir. Et frater meus Fredinandus rex in Legione et in Burgis.

Num.º 142.

Era 1087: año 1049: gpt. 42. b.º galic. 85.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est carta donationis, quam facio ego Garsea gratia Dei rex, pariter cum coniuge mea Stefania regina vobiscum domno Garsea, et domno Gomesano episcopis, simulque cum omnibus fratribus in cenobio Sancti Emiliani sub regula Sancti Benedicti degentibus, Deoque militantibus, promto corde, sinceraque mente pro nostrorum scelerum expiatione, placuit nobis, et donamus atque concedimus vobis in honore beatissimi Emiliani unum monasterium quod nuncupant Sancti Michaelis, qui est situm in Suburbio, de Petroso iuxta quendam flumimine nomine tirone, cum suos exitos et introitos, et cum tota sua pertinentia ad integritate; monasteria, regulas, villas, divisas sicut erunt nominandi, terras, vineas, pomifera, ortos, linares, molinos, quantum constat in sua subsistere ditione ad integrum sit concessum in vestra potestate. Siveque concedimus adhuc Deo et Sancto Emiliano et vobis predictis fratribus unam villulam quam vocitant Padulellam, que est sita iuxta fluvium tirone, cum tota sua domibus, hominibus, ribulis, molinis, padulibus exitus atque introitus, terris, vineis, ortis, pomaribus, linares, pratis, totum cum ingenuitate deserviat ad integritate in Sancto Emiliano. Similiter namque vendivimus vovis ipsa paria, quam dicunt Guardia, quam debebant nobis villas, et ipsa matera, quod portabant ad palatios de Nagera vestras villas, in octoginta baccas, et sexcentos carneros, et centum porkos, ut omnino ingenuas permaneant in vestra potestate, sicut fuerunt temporibus regum a quibus concesse noscuntur deserviendas in Sancto Emiliano per secula, amen. Histas sunt villas pernominatas Villagundisalbi, Cordovin, Terrero, Villajuniz, et Ventosa*. Omnia autem ut diximus ad integrum sit concessa vobis presentibus et futuris, qui in predic-

Nota marginal en el bec.º gotico* Urraca cometissa per vim fecit villas in palatios operare era T.CXXIIII. (es año de 1086)

to monasterio venerantissimi Emiliani Deo seruientes per seculum, amen.
Insuper talem concedo facultatem ad condonatum monasterium, ut quic-
quid super hoc pro vivis ac mortuis, vel de vestris comparationibus
posueritis habere, et in eodem loco populare, liberum et firmum posi-
deatis per omnia secula, amen. Siquis tamen, quod absit, ex nostris
propinquis vel extraneis hunc nostrum pretextum ausus fuerit viola-
re vel disrumpere; sit a Domino Deo maledictus, et a limine sancte
matris ecclesie extraneatus, et a Christi corpus et sanguine excomu-
nicatus, et a Christianis segregatus, cum Juda traditore et cum diabolo
penas eternas sustineat luiturus, amen: insuper secularia damna
aflictus, post, pacte regale inferat quingue talenta auri, et quod repeten-
tatum duplatum ad regula. ✠ Facta carta sub era millesima octoge-
sima septima, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius pre-
sidio ego Garsea rex in Pampilona et in Alaba et in Castella ve-
tula: ✠ Fredinandus rex in Burgis et in Leone: illorum frater Rami-
rus in Aragone et in Suprarvi. Ego Garsea rex, qui hanc cartam
fieri iussi, manu mea hanc ✠ inieci et confirmavi. Ego vero Stefania
regina similiter ✠ inieci et confirmavi coram testes presentes et con-
firmantes. Sancius episcopus Pampilonensis confirmans. Garsea episco-
pus Alabensis confirmans. Fortunatus episcopus * Nagarensis confir-
mans. Senior ✠ Fuxtun Sangiz dominator Naiera confirmans. Senior
✠ Fuxtun Oxoiz dominator Vicaria confir. Senior Azenari ✠ Fuxtunionis
dominator Varch confir. Senior Sancio ✠ Fuxtunionis dominator Ponticur-
bo confir. Senior ✠ Fuxtun Lopiz dominator Cecelia testis. Senior Aze-
nari Sangiz dominator Petralata * testis. Senior Garcia Sangiz domi-
nator Besica testis. Senior Garcia Azenariz dominator Auka testis.
Senior Sancio ✠ Fuxtunionis dominator Calaquxa testis. Senior Simeon
✠ Fuxtunionis dominator Baneto testis. Senior Sancio ✠ Fuxtunionis domi-
nator ✠ Funes testis. Senior ✠ Fuxtun Sangiz armiger regis testis. Son-
na presbiter scriptor et testis.

encl. gotico * al margen: Calaquxa-tenus, et

idem al margen * et Fluo-nesterio

Num.º 143.

Era 1067: año 1029: gº. 17º: galic. 86. bº

In Dei nomine. Hec est carta divisionis termini sancti Michaelis de

de Petrojo, quam facio ego Garsea gratia Dei rex pariter cum coniuge mea Stephania regina, ne umquam aliquid dubietas oriatur certamen, dividimus atque distinte terminos supra memorati monasterii, quod nos ipsimed obtulimus sancto Emiliano: id est, de illo ponte de Magazos usque ad pinnam corveram sicut currit flumen usque ad domum sancti Mikaelis; et de pinna corvera usque ad ortum regis, excepto flumine quod est defesa regis: de Sancta Maria de Petrojo usque ad pontem de Magazos; et ex alia parte per medium vallis sicce, et per medium lumbum ad summum campi oteri, et sic faciat descensum per medium vallis, et inde ad ripam Vincenti; deinde per illum lumbum usque ad illum magnum oterum, et de illo magno otero descendendo per illum lumbum usque ad monasterium sancti Mikaelis; et cum tota sua pertinentia ad integritatem: monasteria, scilicet, sancti Salvatoris de Valleiovit; et de sancti Mametis, quod est in rivo de Puras cum illorum pertinentiis; id est de ripa Vicenti ad illam crucem, que est super ecclesiam sancti Salvatoris de Valleiovit, et de illa cruce per illam viam, que vadit per illum lumbum usque ad viam tortam, cum toto valle de Braulio, et cum toto valle de Esquilanes usque ad campum oterum, et totam vallem surdam similiter usque ad sumitatem campi oterii, et cum toto bustello, et cum toto valle de Balza usque ad illum lumbum, que est super fontem domni Albari: et de via torta sicut vadit ad supra nominatum lumbum, et deinde ad illud carrascale de areis; deinde per caput serne regis ad illum magnum lapidem, qui est in medio lumbi; sicque faciat descensum ad rivum de Puras: et illum rivum de Puras sicut in valle de iuso, sicut fuit semper defesa sancti Mametis ad piscandum usque ad inicium ville Magazos: Et si aliquis homo in hac predicta defesa fuerit deprehesus piscando; ad partem monasterii persolvat quinque solidos illius monete. Monasteria ut supra diximus, et regulas, villas, divisas, sicut supra sunt nominatas, terras, vineas, pomifera, ortos, linares, quantum constat in sua subsistere dicione ad integrum sit concessum in vestra potestate per secula cuncta amen. Insuper talem concedimus potestatem ad condonatum monasterium, ut quicquid super hoc pro

vivis ac mortuis, vel de vestris comparationibus potueritis habere, et in eodem loco populare; liberum, valentem, et firmum possideatis per omnia secula, amen. Et illi populatores qui fuerint populati in terminis predicti monasterii, comunem habeant pastum et habitationem cum omnibus villis, que sunt in circuitu; id est, cum illis de Petroso, et cum illis de Tolsantos, et cum illis de Magazos, et cum illis de Puras in defesis et in omnibus omnino locis per omnia secula, amen. Si quis tamen, quod absit ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum pretextum ausus fuerit violare, infringere, vel disrumpere voluerit; sit a Domino Deo maledictus, et a limine sancte matris ecclesie extraneus, et a Christi corpore et sanguine excomunicatus, et a Christianis segregatus, cum Juda traditore et cum diabolo penas eternas sustineat luiturus, amen: insuper ad secularia dampna aplicatus, post parti regule vestre persolvat centum auri talenta, et hec scripta indisrupta permaneat. Facta carta sub era millessima octogesima septima, regnante domino nostro Jhu Christo, et sub eius presidio predicto Garsea rege, qui hunc cartam fieri iussit, et manu sua hanc ✠ iniecit et confirmavit. Ego vero Stephania regina similiter hanc ✠ inieci et confirmavi, quorum testes confirmantes confirmant. Sancius Pampilonensis episcopus confirmans. Garsea Alabensis episcopus confirmans. Gomesanus Nagarensis episcopus confirmans. Senior Fortun Sangiz de Nagara confirmans. Senior Fortun Uxoiz de Vegera confir. Senior Azenari Fortunionis de Huart confir. Senior Sancio Fortunionis de Ponticurbo confir. Senior Fortun Lopez de Tetelia confir. Senior Azenar Sanggez de Petralata confir. Senior Garcia Sangiz de Berga confir. Senior Sancio Lopez de Poza confir. Senior Eximino Sanghiz de Aslanzone confir. Senior Garcia Azenariz de Auka confirmans et testis. Senior Sancio Fortuniones de Calafurra testis. Senior Eximino Fortuniones de Arneto testis. Senior Sancio Fortunionis de Tafalla testis.

Vease el trigl. forte: coram testes pres.tes y confirm.tes

Adicion

Siveque concedimus adhuc Deo et Sancto Emiliano hereditates per-

nominatas, vna Serna in valledonno, et alia de Tacurrio, et alia terra in monte regis, et altera Sub Quintana, et vna vinea in valle de Albin, de cuesta monte rege. que fuit de Vitas de villaforatu pro cambio de illa terra Sub villaforatu, vna in Castro, vna in Telectares, et altera in Castriello, et vna in ribo de Honna, et de illis vineis vna in Sub Quintana, vna in Petregera, et vna in plano de Vsmella, et alia in valle petrojo, et alias terras in Arenas. Et in Trepiana tres vineas ad fontem sicam, et alias in JunKera illa vinea de Petro, et vna de Monnio Tellez: tres vineas ad sanctum Salvatorem, et duas in Arenas de dompno Enneco et alia vinea de lo episcopo, et vna la de Pinniane, et altera de Sancta Engracia, et tres vineas in valle Mennoza, et vna lo maiello; et de alio modo pomifera, ortos, linares, molinos, quantum constat in sua subsistere dicione ad integrum sit concessum in vestra potestate. Siveq̃ concedimus adhuc Deo et sancto Emiliano vobisque fratribus predictis vnam decaniam quam vocitant Sancta Christina gratia eius, que est sita iuxta fluvium tirone, cum tota sua pertinentia, domibus, hominibus, vineas pernominatas vna vinea in vinaslongas, et alia in arroio de fazas, et vna la de lo Cereso, et altera de sancto Florenti; et illis agris vna ferragine sub Kasa, et alteras duas latus Kasa, et altera super villa Refoio, et alteras duas super plano de Sancta Christina, et vna in lacunaputia, et vna in Castro, et alia in fontenigro de radice vsque ad summum collato, ad integritatem: et altera de cuesta vallega, cum ribulis, molinis, padulibus, exitus atque introitus, ortos, pomares, linares, pratos, totum cum genuitate deserviat ad integritatem sancto Emiliano. Quicumque vero cuiuscumque generis sit, retemptare, vel contraire voluerit, in eadem dampnatione anime, et censura corporis fiat, sicut supra diximus.

Num.º 144.

Era 1087: año 1049: got. 17. b.º galic. 88.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est carta donationis et confirmationis, quam facio ego Garsea rex gratia Dei, pariter cum coniuge mea Stefania regina ob remissionem peccatorum nostrorum talem vobis donamus consuetudinem de supradictis vineis, que

sunt in Trepiana, ut ponatis in illis vineis vestrum custodem in vestra custiera, et vendimietis quacumque hora vobis placuerit, et successoribus vestris sine impedimento alicuius mortalis. Si autem aliquis homo propinquus vel extraneus hanc nostram confirmationem sive preceptum in aliquo aussus fuerit retemptare vel contraire, a Domino Deo accipiat maledictionem, et ad partem regis persolvat libras auri. Era millessima octogesima septima, cum testibus idoneis regum et principum et episcoporum et militum, sicut supra sunt nominati in donatione et confirmatione Sancti Micaelis, quando a nobis fuit data Sancto Emiliano, qui etiam predicti omnes huic confirmationi presentes fuerunt.

Num.º 145.

Era 1087: año 1049: got. 44.6º: galic. 107.6º:

In nomine ingenite, prolisque, ac procedentis conexa unius semper natura Deitatis. Ego quidem Garsea Dei gratia rex simul cum coniux mea Stefania, regina, gratia Dei, ob remissionem peccatorum nostrorum et remedio animarum nostrarum, prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut contribueremus in honore beatissimi Emiliani presbiteri, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum plurimorum sanctorum, seu et Sancte Marie virginis, nec non et vobis domnis nostris episcopis Gomessani et Garseani, ceterisque monachis sub regula sancti Benedicti in cenobio predicti Sanctissimi Emiliani Deo militantes, donamus atque confirmamus vobis monasterium, quod dicitur Sancti Felicis, qui est situm in Sub-Urbio AuKense cum omni illius pertinentie ecclesiis, regulasque, monasteriis, villis, decaniis, sicut sunt nominate, cum terris vineis, molinis, ortis ribulis, ubique fuerit inventare de hunc monasterium ab omni integritate, et cum exitis et introitis, defesis, pratis, et cum tali uso, ut comunem cum hominibus de AuKa habeant pastum montes et aquas, et glandiferas arbores, et omnia que illi habuerint: tamen ut in nulla paria neque facendera sit permixtum cum hominibus illis, sed liberum et ingenuum ab omni potestate regum et dominorum serviat Sancto Emiliano per secula seculorum, amen: Et

non accipiemur amplius ne pane edendum, nec aliqua re de hunc monasterium, sicut consueta fuit pro nostra virtute. Et premitimur ipsa cibata, quod solita erat dare equos nostros in quadragesima, ut sit data in elemosina pauperibus per animas nostras. in sancto Emiliano. Et quicquid deinceps de domibus aut de terris, vineis, possessionibus ampliare comparare ab hominibus illis vel ab aliis potueritis, et pro defunctis vel vivis adquisieritis, firmum, valentem et ingenuum possideatis ab omni potestate regum, vel principali. Omnia autem, ut diximus, sit concessa in iure sancti Emiliani. Siquis tamen, quod absit, ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum donationis pretextum violare nisus fuerit disrumpere; sit a Domino Deo maledictus et a sancta matris ecclesie segregatus, demumque cum zabulo detineatur in profundo baratri arsurus, eternasque penas lugiturus, amen: insuper secularia damna aflictus in fisco regali inferat quinque talenta auri et duplum ad regula. Facta carta sub era millessima octogesima septima, regnante Domino nostro Ihu Christo, et sub eius gratia ego Garsea rex in Pampilona et in castella. Ego Garsea rex et coniux mea Stefania regina, qui hanc cartam fieri iussimus, manus nostras signos ✠ ✠ fecimus et confirmamus coram hos testes. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Gomesanus episcopus confirmans. Senior Furtun Sangiz confirmans. Senior Furtun Oxoiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopez confir. Senior Sancio Lopiz confir. Senior Eximino Sangiz confir. Senior Garcia Azenariz confir. Senior Simeon Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Sangiz armiger regis confir. Sonna exaravit.

Num.º 146.

Era 1087: año 1049: á 20. de septiembre, dia miercoles: got. 58: gal. ~~102~~ 55 Vto

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Senior Monnio Telliz tale michi venit voluntas, vel accessit necesitas, ut venderem vobis entores meos Gomesanus episcopus et Sancius abba illum monasterium, cui vocabulum est Sanctum Pelagium qui est situm in territorio, quod vulgo dicitur Falce Morcoria, qui fuit decania sancti Felicis Aukensis in pretium, quod nobis bene placuit, id est duccentos quinquaginta solidos, et iam prefato argenti pretium nichil vobis remansit debitum, quia omnia ego Senior Monnio Telliz habeo acceptum; habeatis teneatis per eterna secula, amen. Siquis vero ex meis propinquis vel quilibet homo pro hanc nostra mercatione conturbare vel inferre vobis voluerit;

sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus: insuper cauto pariet solidos quingentos. Facta carta in era millessima octingentesima septima, duodecimo Kalendas octobris, feria quarta, regnante Garsea rex in Pampilona et in Alaba. Senior Furtun Sangiz in Naiera. Ego Senior Monnio Telliz, qui hanc fieri iussi, testes tradidi. Sancius episcopus testis. Garsea Alabensis episcopus testis. Senior Furtun Sangiz testis. Senior Sancio Furtunionis testis. Senior Ranimiri Sangiz testis. Assur Didaz, Gudestio Rudriz de Navas, Bermudo Fredinandiz, Azenari Lopiz de Banios fideiiussores.

Num.º 147.

Era 1088: año 1050: gpt. 17.º galic. 42. 6.º

Ego Gundisalbo Fortuniz, et frater meus Narria tale nobis venit necesitas et placuit nobis, vendimus terra nostra propria in Formella desuper villa; habet de oriente Senior Fortun Sangiz, de occidente Eximino Numniz, ad tibi domno Juliano presbiter in pretio, quod nobis placuit, id est, sex solidos de argento, et accepimus totum. Si ergo nobis vel filiis aut neptis, aut aliquis homo, qui ista terra inquietare voluerit, a parte regis pariet centum solidos, et ad tibi illa terra duplata. Facta carta in era millessima octogesima octava, regnante rex Garsea in Pampilona. Senior Fortun Sangiz in Naiera: iudex Furtun Citiz. Ego Gundisalbo et frater meus dedimus fidiatores, id est, Johannes Gomiz, Garcia Baleri, et toto Concilio de Sancti Martini sunt testes.

Num.º 148.

Era 1088: año 1050, á 17. de febrero: gpt. 33. 6.º galic. 3. Orig.l I. 9. 1. 1

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est cartula concessionis, et confirmationis, quam humilis et omnium meorum antecessorum infimus, Christi tamen gratia suffragante Garsea nutu Dei rex pariter cum coniuge mea Stefania regina, nullius hominis nevo seducti, sed divini spiritus affluentia animati, et pro nostrorum expiatione delicti, et pro adipiscenda suffragia patroni beatissimi Emiliani, veram firmamque stavilitatem in parte utraque definientes, concordes atque unanimes illud conterimus discidium, quod diabolo instigante inter monacis Sancti Emiliani, et vicina illis pleve Matrice invicem usquequaque male suasi atque iur-

luntas et planitie seu propinquitas exigerit, in omnibus locis cedi lig-
na et educi cum tota solutionis genuitate perpetualiter precipientes
confirmamus per omnia secula; et monaci ipsius loci habeant potesta-
tem in ipso termino, quod facere voluerint. Siquis tamen, quod absit,
ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum confirmationis seu

Donac.n del Bosque.

Facta carta

Ego Garsea Rex, qui hanc cartam fieri iussi manu mea hanc ✠
inieci et confirmavi. Ego vero Stefania regina similiter confirmavi
coram testibus, qui hic confirmaverunt. Sancius eps cn. Garsea eps cn.
Gomesanus eps. cn. Gundissalvus Sci Emilni abba cn. Senior Fortun Sangez cn.
Senior Fortun Uxoiz cn.
Senior Azenari Fortunionis cn. Senior Sancio Fortunionis cn. Senior Fortun
Lopez cn. Senior Azenar Sangez cn. Senior Garcia Sangez cn. Senior Sancio
Lopez cn. S.
Senior Garcia Azenariz cn. Senio Sancio Fortunionis cn. Senior Fortun
Sangez armiger regis cn. Garcia cantor exaravit hanc scedulam.
Facta carta sub era T̂. lxx̂. uiii. x̊iii. ht mrs.

gati, invenimus inter eos universa male tractari: Ideoque precipimus et ut in perpetuum servetur, mandamus: Terminum illud Salti, quod intra monasterium et antiquo flumine discurrente iaci videtur una cum fluvio, et a fine inferiori ipsius serne, que est sub Sancti Georgii usque ad locum iunctionis duorum fluviorum, id est, cardinis, et eum qui ex Pazongis venit, et per illum pazongense flumine usque ad initium ipsius ribuli, qui ad domum villenove aquam ducit, et per currentia ipsius ribuli usque ad defesam antiquam: terminum infra totum cum omni integritate Sancto Dei altario et Emiliano beato deservire semper precipimus. Nec non et animalia et pecora, que ad predictum Dei monasterium pertinentem fuerit, equali pastu per omni Matricense termino absque ulla vetatione pasci mandamus. Et ubi voluntas et planitie seu propinquitas exigerit, in omnibus locis cedi ligna et educi cum tota solutionis genuitate perpetualiter precipientes confirmamus per omnia secula; et monaci ipsius loci habeant potestatem in ipso termino, quod facere voluerint. Siquis tamen, quod absit, ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum confirmationis seu donationis pretextum ausus fuerit violare vel disrumpere; sit a Domino Deo maledictus, et a limina Sancte matris ecclesie, et christianis omnibus segregatus, demumque cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori: insuper secularia damna sit aflictus, et ad regali parte pariat duo talenta auri, et duplum. Facta carta sub era millessima octogesima octava*, decimo tertio Kalendas marcias.

Ego Garsea rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea hanc ✝ inieci et confirmavi. Ego vero Stefania regina similiter confirmavi coram testibus, qui hic confirmaverunt. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confirmans. Gomesanus episcopus confirmans. Gundesalbus Sancti Emiliani abba confirmans. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Furtun Uxoiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Azenari Sangiz confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopiz confir. Senior Sancio Lopiz confir. Senior Garcia Azenariz confir. Senior Sancio Fortunionis confir. Senior Fortun Sanguz armiger regis confir. Cantor Garsea exaravit hanc scedulam.

Orig. Inter fluvio

Esta dehesa antigua es la del Num.º 24. y el rio es el de Ollora.

Matricensi.

Los obispos Garcia y Gomesano estan al margen en el becerro gotico; y en el galicano se hallan segun esta presente copia; y seguram.te fue descuido del copista del gotico. En efecto se hallan los tres obispos en el orig.

* La era de esta escrit.a está raspada en el becerro got.co Yo creo, q.e la raspadura la hicieron por uniformarla con la fecha de la escrit.a num.º 158: pero viendo algun intelig.te q.e se diferenciaban en la fecha de meses, bolvieron á poner la era de 1088. conforme con la del becerro galicano; y por q.e asi estaria en el original, se donde copio en ambos becerros.

Num.º 149.

Era 1088: año 1050. á 17. de febrero: got..... galic. 32. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego humillimus, omniumque servorum Domini ultimus, Dei tamen gratia prestante Senior Lope Fortunionis, una cum uxor mea nomine Mencia, placens nobis, et spontaneis voluntatibus, per ablutionem et remissionem peccatorum nostrorum, etiam et parentum nostrorum offerimus et confirmamus ad atrium Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi Gundisalbi abbatis cum presentibus ac succedentibus fratribus, nostrum proprium palatium, qui est in villa de Tricio in Sancti Salvatoris varrio cum sua hereditate, id est, in Sancti Cucufate una vinea ad limite de Fortun Micael de sinistra parte: alia vinea hic, de occidente vinea de Azenari Fortuniz, de oriente vinea de dompno Lupe: alia vinea subtus illa custiera de Sancti Laurenti: alia vinea sub illa custiera de Tricio a limite de abbas dompno Petro: alia vinea in via de monte de Dominico Muza: alia vinea in Vruniola: una terra in via de Vruniola a limite de terra de sancta Maria: alia terra iuxta illa ad illa cruce denante Sancte Eugenie: alia terra denante Sancti Laurenti: alia terra in via de Mahave latus flumen, et quantum ad eum pertinentiam potueritis invenire, ortis, exitu et regressu, absque homicidio ac fornicatione, vel Saionis ingressio, cum omni genuitate ad integritate serviat in atrium Sancti Emiliani usque in seculum seculi, amen. Siquis autem nostrorum propinquorum aut extraneorum regum aut principum aut aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit; sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper seculari dampna aflictus, partem regale decem exolvat libras auri, et retemptu duplatum. Facta carta sub era millessima octogesima octava, decimo tercio Kalendas martii, regnante Garsea rex in Pampilona et Alaba, et in Castella vetula, et Boroba: et eiusdem frater Fredinandus rex in Burgis et in Legione. Ego Senior Lope Fortunionis cum uxor mea Mencia, qui hanc cartam fieri iussimus, legentem audivimus, manus nostras signos ✠✠ fecimus, et testes subscripsimus. Garsea episcopus confirmans. Gomesanus episcopus confir. Gundissalbus abba confir. Senior Sancio Fortunionis confir. Senior Fortun Lopez confir. Senior

Marcelle confirmans.

Adicion del 1073.

Paucis admodum temporibus transactis ob quandam cupiditatis rapacitate omnibus ab hac possessione remotis iure dominandi accessit in ea Sancio Garseanis, et aliquantis per annis dominator exitit huius possessionis. Set posteaquam ab ore predicte Mentie ego Sancius rex germanus eius omni veritate agnovi per mea manu fratri meo abstulit, et pro mee anime remedio iterum ad honorem beati Emiliani eodem palatio cum omni sua hereditate redire feci: qualiter per eius obtentu adipisci meorum queam veniam delictorum, in Sancto Emiliano deserviat per omnia secula, amen. Siquis vero post meum decessum adhuc in aliquo retemptu facere conaverit, condempnationibus prescriptis particeps effectus, cum demonibus penas inferni sustineat luiturus, amen: et similiter lance equans fiscali, exolvat decem libras auri. Facta confirmatio testamenti sub era millessima centessima undecima, sexto Kalendas ianuarii, luna decima sexta. Ego Sancius rex, qui hunc testamentum fieri iussi, manu mea signum ✠ feci. Ermesilda germana regis confirmans. Domna Mencia confirmans. Munnius episcopus confirmans. Petrus abba confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Sancio Garceiz offertor regis confir.

Num.º 150.

Era 1088: año 1050: got.... galic. 35.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Senior Furtun Sancii una cum uxor mea dompna Tota prompta devotione, et spontanea voluntate concedo ad Sancti Emiliani media de illa vinea que est in plano de Sancte Eugenie pro anima de socer meus regi Garsea Ranimiriz. Similiter alia vinea de Sancti Pelagii, et de Ambroz, de occidente via de Sancte Eugenie, qui pergit ad Sancti Juliani. Itaque dono pro anima mea vinea mea in Formella iuxta vinea de frater meus Senior Azenari Sancionis*, de oriente vinea de Blasco Ferrero, et illa via que pergit de Formella ad Azofra, concedo et confirmo ad Sancti Emiliani, et ad tibi abbati presenti domno Gundisalbi. Siquis homo post odie die de meis propinquis aut extraneis hanc meam donationem disrumpere conaverit; sit a Domino Deo confusus, et cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori,

amen: insuper in cauto a regio parte pariet libram auri, et duplum. Facta carta in era millessima octogesima octava, regnante Garsea rex in Pampilona et in Castella vetula. Sancius episcopus confirmans. Garsea episcopus confir. Gomesanus episcopus confir. Senior Fortun Sancii dominator Naiera confir. Garsea Lifuar miles eius confir. Et Azenari cantore testis, et aliorum testibus.

Num.º 151.

Era 1088: año 1050: gpt. 62: galic. 191.

In Dei nomine. Ego domna Leguntia de Gobeo pro remedium anime mee dono ad Sancti Emiliani presbiteri uno solare populato in villa Armenti cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentem cum exitu et regressu, libero ac genuo serviat Sancto Emiliano. Siquis homo hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Deo excomunicatus et confusus; insuper a regali parte persolvat libra auri, et illo solari duplato. Facta carta in era millessima octogesima octava, regnante Garsea rex in Pampilona. Pro confirmatione dono fidiatores, domno Monnio de Heredia, Senior Furtun Gonsalbiz de Ango, Senior Gonsalbo Monnioz de Gamarra: Comite Monnio Monnioz confirmans.

Adicion del año 1085.

Ego Monnio Peregrino de Maturana dono ad Sancti Emiliani quinque terras in Maturana; ita ut in vita mea teneam. Comite Lope Ennecones, et suos fratres domno Galindo, et domno Garsea testes, era millessima centessima vigesima tertia.

Num.º 152.

Era 1088: año 1050, á 31. de Octubre dia Sabado: gpt. 32. b.º gal. 157.

Sub Christi nomine, Sancte atque individue Trinitatis. Ego humillimus, omniumque servorum Domini ultimus, tamen prestante Dei gratia Garsea rex, tibi abbati Garseani episcopi cum sociis fratribus sub regula Sancti Benedicti Deo servientibus conexi simul versantibus, perpetuam felicitatem, amen. Igitur divina inspirante clementia, qui sepe gratis beneficium prestat nobis, de bonis quod largitus est, ad honorem

Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi offero et confirmo monasterios Sancta Maria de Genezo, et Sancta Maria de Cassiera cum suas hereditates, vineas et agros, molinos, ortos, linares, cannares in ebro, ubi cadet rivo de termino, de parte ad parte, ad integritate. Et illa casa de ponte cum illa villa de Larrate ad integritate. De illa defesa de Vega medietate. De illo mercato, medietate: De illas calonias et de illo portatico et de ipso mercato ad fuero de Cereso populato, medio ad termino, et medio ad Sancti Emiliani presbiteri. Duos asinos de Sancta Maria de Genezo et uno de casa de Ponte sine albara ambulent ad suos mercatos absolutos. Et de Lantaron usque ad Buradon ubi volunt ipsos fratres cum suos artifices pescato prendere, concessum sit. Ipsas vero casas cum villa, cum suas divisas cum exitus et introitus in montibus in fontibus in pascuis in pertinentibus locis ad integritate: et tali tenore absque omicidio et fornicio, vel furtu, et non habeat ibi ingressio Saionis rex pro nulla re, sed liberos et genuos serviant in sancto Emiliano. Siquis tamen ex meis successoribus rex aut comite vel potestas, quilibet hominum hec, que+ me Deo contuli, pro remedio anime mee, huic sancto loco conatus fuerit aut voluerit aufferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio patriarcarum, omniumque sanctorum, et anatema percusus cum Juda traditore in infernum voragine sit dimersus: insuper a parte regali pariet decem libras auri, et hec scripta permaneat firma. Facta carta testamenti in era millessima octogesima octava* septima feria secundo Kalendas novembris. Ego igitur Garsea rex, qui hanc donationem et confirmationem fieri iussi; iubeo, qui temtaverit duplum restituat, ita testes ad roborandum tradidi. Sancius episcopus confirmans. Gomesanus episcopus confirmans. Senior Furtun Sangiz confirman. Senior Fortun Oxoiz confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Furtun Lopiz confir. Senior Azenari Sangiz confir. Senior Garcia Sangiz confir. Senior Eximino Sangiz confir. Sonna presbiter exarator et testis.

Num.º 153.

Era 1088: año 1050, á 8. de noviembre: got. 89. galic. 119 Vto

In nomine ingenite, prolisque, ac procedentis, conexa unius semper Deitatis. Ego quidem Garsea Dei gratia rex, simul cum coniux mea Stefania gratia Dei regina, ob remissione peccatorum nostrorum, et

remedio animarum nostrarum, prona et spontanea nobis accessit voluntas, ut contribueremus in honore beati Almi Emiliani presbiteri, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, vel aliorum plurimorum sanctorum seu Sancte Marie virginis, et vobis presentibus patribus spiritualibus Sancius episcopus, Garsea episcopus, Domesanus episcopus offerimus et donamus ac firmamus ecclesiam Sancta Maria, qui est in Monasterio-Castro, cum domibus vineque ad eam ecclesiam pertinentibus, cum terris, vineis, ortis, pomiferis, molendinis, cum aquarum productilibus, sautis, pratis, decaniasque suis, egressu et regressu, quantumcumque ad eam pertinet vel pertinere debebit, sano ac libero ab omni integritate, simulque abbate domno Sundisalbo cum predicto monasterio et ad illam suam ordinationem, atque accepta benedictione, roboramus, et confirmamus ab honorem et atrio Sancti Emiliani: Insuper talem concedimus potestatem, ut quicquid super hoc pro vestris ac nostris, vel de vestris companationibus potueritis habere; liberum et firmum possideatis per omnia secula, amen. Siquis autem nostrorum regum, principum, comitum vel aliquorum hominum hanc nostram donationem Deo et Sanctis eius oblatam tollere, retemtare, vel imminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluerit; in primis sit ab omnipotenti Deo confusus et maledictus, et a cetu christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore in inferni barathro per cuncta secula damnatus, amen: insuper ad partem regalem persolvat duo talenta auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta donationis in era millessima octogesima octava, sexto idus novembris, sub Domino Ihu Christo ego Garsea rex cum coniuge mea Stefania regina in Pampilona et in Carcella, qui hoc fecimus, scripsit tradimus. Sancius episcopus Pampilonensis confirmans. Garsea Calagurris episcopus confir. Domesanus episcopus Naiarensis confir. Senior Fortun Sanciz dominante Naiera scripsit. Senior Fortun Ozorz dominante Vicaria scripsit. Senior Azenari Fortunionis dominante Vasc scripsit. Senior Sancio Fortunionis dominante Tericurbo scripsit. Senior Fortun Lopiz dominante Tetelia scripsit. Senior Azenari Sanciz dominante Petralata et Monasterio scripsit. Senior Garcia Sanciz dominante Berica scripsit. Senior Garcia Azenariz dominante Nalda scripsit.

Senior Sancio Fortunionis dominante Calahurra testis. Senior Scemeno Furtunionis dominante Arneto testis. Senior Sancio Furtunio dominante Funes testis. Senior Furtun Sangiz armiger regis testis. Sancius escriba.

Num.º 154.

Era 1089: año 1051. á 6. de enero: got. 38: galic. 183.

In nomine Domini summi miserationis et pii. Hec est carta profiliationis, que fecimus tibi domno Munnio presbiter de Aredia: ego Garsia presbiter et ego Vigila vna pariter profiliavimus tibi domno Munnio presbiter in cuncta nostra hereditate vbicumque inveneris nostra portione, id est, agris, molinis, vineis, pratis, pascuis, montibus vel fontibus, sive exitus et regressus, ut de ista hora in antea sint tibi perpetualiter possidenda vsque in seculum seculi. Siquis vero ex nostro genere venerit hoc nostrum scriptum ad violandum, solvat a parte regis decem libras auri, et hoc nostrum firmi permaneat. Insuper sunt fideiussores Senior Ranimiri Sancio, Senior Munnio Munnioz, Senior domno Marcelle, Senior Albaro Munnioz. Facta carta era millessima octogesima prima, octavo idus ianuarias. Garsea rex in Pampilona. =

Ego namque domno Munnio presbiter de Aredia, et vos domno Garcia presbiter et Vigila placuit nos in comune simul pro remedio animarum nostrarum tradimus nos cum omnia hereditate supra scripta, que hic resonat, vel illa mea comparatione, que comparavi de domno Nunnu de Ariniz cum omni integritate in Alaba, et cum illo Sancti Micaelis, que est in territorio de Alaba iuxta termino, que vocitant Suazo, ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi presenti abbati Gundisalbi cum cunctis monachis sub regula Sancti Benedicti ibi Deo servientibus, ut de isto die in antea cum omnia illi pertinente ibique perpetualiter deserviat. Tamen ex nostra parte sit in tali sententia, ut dum quisque ex nobis vnus supervixerit ab alio, sit in sua potestate. Et post nostrum obitum de nos omnes, sit iure perhenni deserviendum Sancti Emiliani vsque in seculum seculi. Siquis vero ex nostris generibus

voluerit hec scripta disrumpere, exolvat a parte regis viginti libras auri, et nostrum scriptum firmi permaneat. Ego Munnio presbiter, et Garcia presbiter, et Vigila una pariter sic roboravimus, manibus nostris. ✠. ✠. ✠. fecimus coram hos testes. Senior Ranimiri Sancio testis. Senior Munnio Munnioz testis. Senior Marcelle testis. Senior Albaro Munnioz testis. Senior Gundisalbo Albarez testis. et frater eius Albaro Albarez testis. Garsea Alabensis episcopus testis et confirmans. Facta carta donationis dominico die, octavo idus ianuarii.

Num.º 155.

Era 1089: año 1051, martes, 30 de Enero: qpt. 39. b.º galic. 186.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Enneco Lopez gratia Dei comite, una pariter cum uxore mea domna Tota concedimus tibi patri spirituali Garsia Alabensis terre episcopo, et condonamus omni voluntate monasterium iuxta maris, cui vocabulum est Sancte Marie de Izpea subtus penna in territorio Busturi cum sua decania pernominata Bareici, etiam de illo decimo de Busturi de me et meis filiis et neptis et bisneptis, de illoque ganarent de Bosturi cum omni integritate, ut deserviat predicto monasterio. Sic tibi affirmamus nostram predictam offertionem, o serenissime pontifex, ut quandiu in hoc seculo degueris, teneas, et possideas, ut volueris, et post obitum tuum deserviat illum monasterium cum suas terras, et piscarias, et arbores pomiferas, et predicta decania, et Busturi decima ad atrium almi confessoris Emiliani presbiteri iubemus servire, ubi et nos serviendi promissionem habemus, et filiis nostris haberi predocemus. Et ego Garsia nutu Dei, pontifici cum consensu clericorum meorum simili tenore donatione, confirmationeque promitto et condono prefato Sancte Marie cenobio illas tertias de Udai, Balzaga, et de Luno, et de Gerrika, et de Gorritiz in aiuso, et de Vermeio, et de Mundaka, et Busturi en asuso, ad integritate confirmo donanda per eterna secula, amen. Et ego Garsea rex interfui, assensum prebui et confirmavi simul cum Garsias episcopus, et comite Senior Enneco Lopiz, et eius uxor domna Tota nostras supra nominatas promissiones et condonationes ad atrium sancti

Emiliani deservienda iure perpetuo. Ut siquis deinceps de episcopis aut Clericis, aut populis, aut de genere prefati comitis vel cometisse filiis, neptis, aut bisneptis, aut qui ex nostro gradu vel genere fuerit, et sub aliqua mala occassione voluerit nostrum hoc scriptum testamentum violare, sit extraneus a fide Catholica, et cum Juda traditore sit particeps in inferno inferiori, amen: Insuper ad regale parte pariet talenta auri, et duplum ad regula. Facta carta sub era millessima octogesima nona, quarto* Kalendas februarias, feria tertia, regnante Garsea rex in Pampilona, in castella vetula et in Alava. Ego Garsea episcopus, et dominus meus rex, et Comite Enneco Lopiz et cometissa domna Tota, qui hanc cartam fieri iussimus, relegentem audivimus, manus nostras signos. ✝.✝.✝.✝. iniecimus, et testes tradimus. Sancius episcopus Pampilonensis confirmans, Gomesanus episcopus Naiarensis confirmans. Mome Munchiensis abba confirmans. Ligoarius Molinivarrensis abba confir. Munius Abadiensis abba confir. Senior Lope Garceiz Arrathiensis confir. Senior Lope Blascoz Baracaldensis confir. Senior Sancio Annussoiz Aberacanensis confir. Domna Leguntia Esceverrianensis confir. Domni Galindi presbiteri confir.

Adicion del 1084.

Ego Furtunius episcopus Alabensis, presenti Albaroni abbati sancti Emiliani in Armenti multis hic testibus similiter confirmavi in era millessima centessima vigesima secunda, quinto decimo Kalendas augustias. (*)

Num.º 156.

Era 1090: año 1052: got.... galic. 54. 8.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta donationis et confirmationis, quam facio ego Senior Sancio Fortunionis omni voluntate una cum uxore mea Sancia Aiorez pro animarum nostrarum requie et pro nostrorum flagitiorum remissione, idcirco donamus et confirmamus illos molinos, quos comparavimus de Garcia Albarez, et uxor eius. Et donamus de illa via, quam venit per medio illo soto usque ad illos

(*) Nota marginal en el gotico = Post morte comite Lupe tertio anno, Petrus episcopus tulit per vim tertias de Sancta Maria de Izpea, quas dedit Senior Enneco Lopez pro sua anima. Deus sit iudex. Era millessima centessima taigesima quarta =.

molinos, et sunt illos molinos in villa dicta Vermuduhuri. Et donamus in illo prato licentiam pascendi omnibus diebus, et semper ad illos boves de juberia de Sancti Johannis monasterio, quod est in Zufiuri, et ad tothidem animalis quod huc et illuc ibi in illo monasterio deservierint nunc et semper pascendi licentiam damus ad honorem Sancti Emiliani presbiteri et confesoris Christi, et ad vos domino nostro Gomesano glorioso episcopo et abbati cum omnibus monachis ibi Deo servientibus. Siquis autem nostrorum propinquorum aut extraneorum hanc nostram donationem in aliquo disrumpere voluerit; sit ab omnipotenti Deo confusus et maledictus, demumque cum Juda et diabolos in inferno sit dimersus, amen: Et in fisco regali exolvat duas libras auri, et quod retentu ad regula duplatum. Ego Senior Sancio Fortunionis et uxor mea domna Sancia, qui hanc scripta iussimus, testes tradimus. Azenari Furtunez et Albaro Furtunez testes. Tello Monnioz, et Gonzalo Obecoz testes. Beila Albaroz, et Gonzalbo Didaz testes. Facta carta in era millessima nonagesima, regnante Garsea rex in Pampilona, et in Naiera, et Castella vetula.

Num.º 157.

Era 1090: año 1052, dia martes, 1.º de Septiembre: got. 47. b.º gal. 114 ℔

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Garsea Dei gratia rex simul cum coniux mea Stefania regina, amore divino compuncti, ac scelerum nostrorum numerositate recordati, sic facimus donationem per remedium anime nostre ad atrium Sanctissimi patronis Emiliani et tibi abbati patroni nostro Gundisalbi simul cum collegio monacorum sub regula sancti patris nostri Benedicti in ibidem die noctuque Christo famulantium: Idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris monasterium pernominatum Sancti Emiliani de Fenestras, que vocitant, cum omnibus suis pertinentiis in omnibus locis, que ibi debeunt deservire cum omni integritate ubique inveniri potueritis, et sua regula sonat, terris, vineis, ortis, molendinis, cum exitu et regressu. Insuper talem concedo potestatem, ut quicquid super hoc pro vivis ac mortuis, vel de vestris comparationibus potueritis habere, liberum et firmum possideatis per omnia secula, amen. Siquis autem ex nostrorum filiorum seu nepotum, propinquorum, aut extraneorum, regum, principum, aut aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit; sit a

Domino dominorum maledictus, et a consortio christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper regali parte exolvat decem libras auri, et duplum ad regula. Facta carta sub era millessima nonagesima, tertia feria, Kalendas Septembris, regnante Domino nostro Jhu Christo, sub eius gratia Garsea rex in Pampilona in Borobia et in Castella vetula: Fredinando rex in Castella et in Legione. Gomesanus episcopus confirmans. Sancius episcopus Pampilonensis conconfirmans. Garsea episcopus Alavensis confir. Enneco abba de Omnia testis. Senior Sancio Furtunionis testis. Senior Azenari Furtuniones testis. Senior Fortun Lopiz testis. Senior Enneco Lopez testis. Senior Azenari Garceiz testis. Senior Garcia Ennecones testis, armiger regis. Senior Garcia Lopiz offertoris testis. Senior Galindo Lopiz testis. Fructuosus exaravit.

Num.º 158.

Era 1091: año 1053, a 29 de mayo. Bulario 24. y 61: Bula de 11. sellos.

In nomine Sancte et individue Trinitatis patris et filii, et spiritus Sancti. Ego Sancius licet indignus Pampilonensis episcopus: et ego Gomesanus Calagurritanus simul et castelle vetule episcopus: et ego Garsea Alabensis episcopus unanimiter fraterne caritatis et amore sinceritatis, ob iussionem Garsie regis filii Sancii nobilissimi ispaniarum regis convenimus ad monasterium Sancti Emiliani presbiteri, ubi de antiquo cenobio ad novum illi preparatum, corpus eius a nobis est translatum. Unde previdimus tam nobis quam regi ad honorem sacri corporis aliquid addere obsequii. Ego igitur Garsea rex, et simul mecum Stephania regina concedimus terminum illum salti, quod intra monasterium et antiquum fluvium discurrentem iacere videtur, et a fine inferiori ipsius serne, que est sub Ecclesia Sancti Georgii usque ad locum iuntionis duorum fluviorum, id est, cardinis, et eum qui ex Pazongis venit, et per illum pazongensem fluvium usque ad initium illius ribuli, qui ad domum Villenove aquam ducit, et per currentia ipsius ribuli usque ad defesam antiquam. Terminum infra totum cum omni integritate Sancto Dei altario, et beato Emiliano deservire semper precipimus; et ne ab ali-

Vease N.º 24.

quo Successore nostro irritum fiat, ex parte Dei interdicimus, sed monachi ipsius loci habeant potestatem in ipso termino quod facere voluerint. Nos vero predicti tres pontifices devotam oblationem regis videntes, similiter cum ipsius regis consilio, et cum omnium clericorum nostrorum affirmatione, placuit nobis talem oblationem Deo et beato Emiliano facere. Manifeste comperimus preteritis temporibus nullum episcoporum predecessorum nostrorum in ecclesiis vel parrochiis monasterio beati Emiliani collatis primitiva vel tertias requisisse, vel accepisse, quod nos cum omnibus clericis nostris laudamus et pontificali auctoritate confirmamus. Et ne aliquis Successorum nostrorum aliqua occassione vel iniqua presumptione ab ecclesiis vel parrochiis beato Emiliano datis, vel dandis, et intra fines episcopatum nostrorum possitis, primitias vel tertias exigat, interdicimus. Sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent Sacerdotes, quod precipiunt Canones, id est, monachos ad conversationem sanctam promovere, abbates divina officia instituere, atque extra regulam facta corrigere. Quod si aliquid in ecclesiis huius monasterii canonibus interdictum facere presumpserint, non deerit ab illis sententia excomunicationis, qui se noluerint subtrahere ab inlicitis. Hec scripta ego Garsea rex cum tribus episcopis stabilivimus, et confirmavimus presente domno Gundisalbo abbate et omni congregatione, quatinus beati Emiliani confessoris Christi egregii intercessione mereamur in presenti seculo felices vivere, et in futuro ad eterna gaudia pervenire, amen. Facta carta donationis et confirmationis sub era millessima nonagesima prima, quarto Kalendas iunii, regnante rege Garsea in Pampilona, et in Nagera, et in Alaba, et in Castella vetula usque ad fluvium Aslanzone: et germano suo Fredinando rege regnante in Castella et in Legione. Senior Furtun Sanchiz confirmans. Senior Sancio Fortunionis confir. Senior Lope Furtunionis confir. Senior Furtun Lopez confir. Comite Munnio Munnioz confir. Comite Enneco Lopez confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Ranimiri Sanchiz confir. Abertus Gramaticus scriba.

Num.º 159.

Era 1093: año 1055, á 9. de marzo: got. 17.º: galic. 42.

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem Sancius rex una cum matre mea Stefania regina, placens nobis, atque totis cordibus delectans

damus et confirmamus pro requie Garseani regis patris mei, et pro nostrorum comissorum facinorum ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Dei et ad tibi Garseani Episcopi cum agmina monacorum tecum ibi sub abitum beati Benedicti serviendum Deo, illum malleolum, que Senior Azenari Sangiz misserat pro sua anima ad predictum sanctum in villa Formella: et parter meus Garsea rex seculi cupiditate inflamatus a parte sancti Emiliani habuit extraniatum. Et nos post mortem eius considerantes sancti Emiliani confussionem, et fratrum ibidem degentium maledictionem, prudenti eligimus consilium, et pro animam patris mei, seu pro nostrorum flagitiorum, damus vobis illum malleolum, et confirmamus totam hereditatem, quod habetis in illam villam, et deinceps potueritis emere ab hominibus illis, vel ab aliis, aut pro defunctis, seu vivis adquisieritis, et quicquid in domibus, vel in alicuius possessionis potueritis ampliare vel edificare, firmum, ingenuum, et valentem ab omni potestate regali, vel principali per omne seculum possideatis. Siquis autem ex nostris propinquis seu extraneis hoc nostrum factum disrumpere voluerit; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus, et post cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus, amen: insuper a parte regali pariet tres libras auri, et retemtatu duplatu. Facta carta confirmationis anno mei regiminis primo, in era millessima nonagesima tertia, quinto idus martias, regnante ego Sancius in Pampilona, et avunculus meus Fredinandus rex in Legione. Ego Sancius rex simul cum matre mea Stefania regina, qui hanc cartam fieri iussimus, signos ✠. ✠. iniecimus. Ranimirus, et Fredinandus et Remundus germanos regi confirmantes. Episcopus Johannes confirmans. Episcopus Vigilanus confir. Belagga abbas confir. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Azenari Sangiz et Garcia Sangiz confirmantes Senior Furtun Lopez confir. Senior Azenari Garceiz confir.

Esto indica q. habia fallecido el obispo y abad Dn. Sancho

Num.º 160.

Era 1093: año 1055: got. 64. b.º gali. 171. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Domna Maior de Villafarta divino succenssa amore, et peccatorum meorum compulsa recordatione, statui de proprio, quod michi Dominus largitus est, con-

cedere aliquid in eius honore: idcirco concedo et confirmo ad honorem sancti Emiliani presbiteri, et ad tibi Gomesani episcopi et abbati magistri mei, et omnium fratrum ibidem commorantium presentium et futurorum, id est, in Spelio villa mea divisa cum collazos populatos, cum terris, vineis, ortis, molinis, et omnia que ibi mea esse videntur ab omni integritate. Et in villa Materne similiter totum, quod ego possideo, et honorifico, et mea esse videntur ab omni integritate. Tamen pro tali pacto, ut dum ego viva fuero, habeam, et teneam illud, et post meam mortem, ab omni integritate absque aliqua voce mala habeat Sanctus Emilianus perhenniter. Siquis autem meorum propinquorum aut extraneorum, hoc meum factum in aliquo disrumpere voluerit, sitá Domino Christo maledictus, qui cuncta creavit, et a parte regis pactet duas libras auri, et quod retemtatum ad regula duplatum. Facta carta in era millessima nonagesima tertia, regnante Sancius rex in Pampilona; Fredinandus in Legione. Ego Domna Maior, qui hanc cartam fieri iussi signum ✠ inieci, et sic testes ad roborandum tradidi. Johannes episcopus confirmans. Senior Didaco Albarez confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Garcia Lopez confir. Senior Gonsalbo Gonsalbiz confir.

Num.º 161.

Era 1093: año 1055. á 16. de noviembre: got. 71. b.º gal. 148 Vto

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego exigua, licet peccator atque indigna Momadonna Gudesteo Didaz prolis, vna cum filio meo Petro Monnioz, in Domino Deo eternam salutem tibi igitur patronus alumnus Emilianus Sanctissimus, seu tibi pater episcopus Gomesanus vel abbate sub regula Sancti Benedicti cum norma monacorum ibidem degentium, concedimus et confirmamus ad atrium prefati Emiliani in Castriello, qui est in Obernia, mea ratione: et in Setano mea ratione: et in Leposella mea ratione: et in Salinas de Bozo mea ratione: et in Ribulo de Cereso mea ratione cum omnibus adiacentiis, vel prestationibus suis, sive in vno loco quomodo et in alio, montes, fontes, pratis, pascuis, padulibus, sesicasque molina-

rias, cesu regressuque suo: quemadmodum tenui ego eas iuri meo, et parentes mei multis temporibus, cum omni integritate vobis concedo, per remedium anime mee, sive avolorum parentumque meorum, ut a Domino mercedem accipiamus: per in seculum seculi serviant in Sancto Emiliano. Siquis autem homo ex meis propinquis aut extraneis contra hunc factum meum venerit ad disrumpendum, non habeat partem in Dominum protectorem, set cum Juda Domini traditore lugeat penas in eterna damnatione, amen: et ad partem regalem inferat talenta auri, et quod retemtatum ad regulam restituat duplatum. Facta carta in era millessima nonagesima tertia, decimo sexto Kalendas decembris. Ego Momaduenna cum filio meo Petro Monnioz qui hanc cartam fieri iussimus, legente audivimus, manus nostras signos iniecimus ✠. ✠. et testes ad roborandum concessimus. Fredinandus princeps confirmans. Sancia regina confir. Gomiz Burgalense episcopus confir. Gomiz Didaz comes confir. Gutier Adefonso comes confir. Petro Didaz comes confir. Nunnu Albarez confir. Petro Pelagiz armiger confir. Gutier Garceiz maiordomus confir. Garsea testis. Citi testis. Annaia testis.

Num.º 162.

Era 1093: año 1055: got. 85. b.º gal. 39. b.º

In Dei nomine. Ego Orbita de Alesoncillo vendidi malliolo meo in pago su Vrunia, de oriente vinea de sancti Pelagio, de sinistro peza de Abihae ad tibi domno Eximino presbiter de Erunia in pretio septuaginta solidos, et albaroc duos solidos; retemtu centum solidos, et duplo ad regula: et do tibi fidiatores Tellu Nunnuz, et Furtu Calbo de Erunia: et testes Gomiz de Baza, et Garcia Micael, et Eita Galindo, et concilio sancti Petri. Era millessima nonagesima tertia. Sancio rex in Pampilona = Ego Monnio Celarizo, et Sancio Talamanka, et vxor mea Eximina vendimus terra nostra super Aranga, de dextera parte terra de rex, de oriente de Tello Monnioz in quadraginta solidos, albaroc duos solidos, ad tibi domno Eximino presbiter: Cauto retemtu centum solidos, et duplo ad regula: et damus fidiato-

ma nonagesima tertia. Sancio rex. =

Et ego domno Eximino trado istam hereditate simul cum corpore meo ad atrio Sancti Emiliani, per in seculum seculi, amen.

Num.º 163.

Era 1094: año 1056: got.... galic.º 33. b.º

Nota ff Debe ser la fecha

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Oriolus presbiter tale venit voluntas vel necesitas, ut venderem casa mea propria, que habui de parentibus meis in loco, qui dicitur in Sopenna, de vna parte coba de Abolbalite, de alia pars palacio de Senior Fortun Sancii, de oriente orto de episcopo, ad vos abba Sancius de Sancti Emiliani in precio, que nobis placuit communiter, id est triginta solidos, albaroc duos solidos: hoc precium totum accepi, et postmodum deinceps habeatis illa domus vsque in seculum seculi. Siquis vero homo voce levaverit ad iudicium, centum solidos componat a parte rex, et ad vobis de Sancti Emiliani duplata. Facta carta in era millessima nonagesima quarta. Me Sancius rex notum fui, assensum prebui, et confirmavi. Senior Sancio Fortunionis in Naiera. Ego Oriolus presbiter confirmavi, et testes tradidi. Azenari Adenantado testis. Et omnes consilio de Sancti Stephani audivimus, et testes sumus: Sunt fidiatores Lahia, et Marquan, et Sancio nepote de dompno Furtuni.

Num.º 164.

Era 1096: año 1058, dia domingo, 1.º de marzo: got. 60: galic. 95 Vto

Cajon E. 9. titulo Loranco legajo 1.º n.º 2.º

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Gudestio presbiter de Loranko sana et integra mente tradome ad arcisterio Sancti Emiliani presbiteri et episcopo domno Gomiz, qui est abbati ibidem, cum sociis fratribus, id est cum ipso monasterio ecclesie Sancti Emiliani, Sancte Eugenie, Sancti Stefani cum egressu atque regressu et duas eras, sive cum meas terras, atque vineas in valle handon, in Arto vinea mea, in Valle maiore vna terra, in summo valle offresa vna terra, in campo longo vna terra, in Sancti Christofori vna terra, in bendelas media terra, in via de Mercato vna terra: dono et confirmo iure perpetuo: in vita mea sit sub manu mea, et post obitum meum ab omni integritate serviat

in Sancti Emiliani supra scripta. Siquis vero ex meis propinquis vel extraneis hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit; in primitus sit a Domino dominorum maledictus et anathematizatus et inferiori inferno colocatus, Jude traditore sit socius per infinita secula, amen: insuper regali parte exolvat tres libras auri, et quod retemtu duplatum ad regula. Facta carta sub die prima feria, Kalendas martias, in era millessima nonagesima sexta. Ego presbiter Godestio, qui hoc testamentum fieri iussi, manu mea signum ✠ et testes ad roborandum tradidi. Ego Obieco de Loranko cum tali voluntate et actione, sicut et domno Gudestio presbitero trado omne meo ganato, quod habere valeo, cum corpus et anima mea ad Sancti Emiliani per secula infinita. Munnio Telliz testis. Gondisalbo Valeriz testis. Beila Levitiz testis. Tellu Johannes testis. Munio Obekiz testis. Munio Jontiz testis.

Num.º 165.

Era 1096: año 1058, dia domingo, 1.º de marzo: gpt. 73. b.º gal. 132. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego humillimus omniumque servorum Dei ultimus, Dei tamen gratia prestante Fredinando presbiter, placens michi, animoque delectans ob sancti spiritus revelationem, toto corde, spontanea voluntate, omnique desiderio, et pro remedium anime mee trado meipsum cum corpus et anima ad atrium beati Emiliani presbiteri, et sublimi confessoris Dei, presenti venerabili Gomesani episcopi et abbati cum ceteris monachis ibi Deo tecum servientibus, ut vivam sub regulam et habitum beati Benedicti, nec non pro mee anime remedio: de eo, quod michi Dominus largitus est, simul mecum concedo et confirmo monasterium locum satis utilitati serviendi dignum, prevocitato Sancti Antonini in villa vocabula Sancta Maria de Ripa retunda, qui est in Boreba, cum iacentiis suis, cum egressu et regressu, terras, vineas; mea tertia parte quem de mea matre hereditavi ab omni integritate: simulque terras et vineas quas ego de mea proprietate et comparavi: et illa dote de illa ecclesia, que possuerunt ad illa sacratione, iure perpetuo per in seculum seculi serviant in Sancto Emiliano. Et ego Sancius rex per os domini mei Gomesani episcopi et abbati hec conversionem, suamque roborationem a predicto Fredinando agnovi,

in meaque presentiam vidi, et sicut illi spopondit, ita ego assensum prebui et confirmavi, et suam donationem, que a patre Monio habuit, confirmavi sine fossatera. Insuperque talem concedo potestatem, ut quicquid super hoc pro vivis ac mortuis, vel de vestris comparationibus potueritis habere tam illi domno Fredinandus, quam vos de sancti Emiliani liberum et firmum possideatis per omnia secula, ut a Domino premium fruere merear per eterna secula, absque fornitio et homicidio. Siquis vero ex nostris successoribus propinquis aut extraneis, rex, aut comes, vel infanzonibus, aut quilibet homo hec donationem, quam Fredinandus presbiter concessit, quam ego Sancius rex confirmavi, in aliquo retemtare, vel disrumpere voluerit; in primitus sit a Deo omnipotentis maledictus atque anathematizatus, et separatus a consortio patriarcharum, omniumque sanctorum, demumque cum Juda traditore et demonibus in infernum voragine sit dimersus, amen: et a parte regale exolvat duo talenta auri, et quod retemtu ad regula duplatum restituat. Facta carta in era millessima nonagesima sexta, prima feria, Kalendas martias. Ego Fredinandus presbiter, qui hec scripta fieri iussi, manu mea signum ✠ feci. Ego Sancius rex sub Christi gratia in Pampilona, atque Naiera, simul in Ponticurbo in hac scripta testes tradidi et roboravi. Senior Sancio Furtunionis dominante Ponticurbo confirmans. Senior Garsea Furtunionis dominante Tobera confirmans. Senior Furtun Sangiz confirmans. Senior Azenari Garceiz confir. Didaco Beilaz testis. Didaco Braulio testis. Donno testis. domno Belliti testis. Vermudo Didaz testis. Munnio Galindiz testis. Veila Laginiz testis. Munio Dolquitiz testis. Hec supra scripta, quod ego Fredinando presbiter roboravi, tandiu erit vite mee, teneam illam sub iussione abbati Sancti Emiliani, et post huius vite sana et integra serviat in Sancti Emiliani semper, amen.

Num.º 166.

Era 1096: año 1058: got. 6: gal. 126 ℔

In nomine sancte, atque individue Trinitatis. Ego humillima, omniumque servorum Domini ultima, Dei tamen gratia prestante domna Sancia, tibi Gomesano abbas et episcopo cum sociis fratribus tecum in timore et dilectione superne maiestatis sub vinculo caritatis Christi conexi simul versantibus perpetuam eternam felicitatem, amen. Igitur divina clementia, qui sepe gratis beneficium prestat indignis, de bonis,

quod ipse michi benigne largitus est, ad laudem nominis eiusdem creatoris, et pro peregrinis hospitibus humanitate impertienda offero, et perpetualiter confirmo ad atrium Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris tria monasteria, que egomet de domno meo Sancioni regis in tresmille et quingentos solidos argenti cum omni integritate comparavi: id est, sancta Maria de Arzo, et Sancti Mametis, et Sancti Martini de Kobagallecis cum eorum pertinentiis, et terminis adiacentibus, defesis, montibus, et padulibus, terris, ortis, vineis et molinis cum aquarum productilibus patefactis. Similiter Sancti Emiliani de Equora tertia pars in tota illius pertinentia ad predictum almi Dei cenobium Emiliani Sanctissimi deservienda concedendo, confirmo, qui sunt in territorio Panticurbo: denique predictam possessionem tibi Gomesani episcopi, et abbati, et qui tibi sacro in regimine successor extiterit, ceteris cum fratribus iure possidendi in ea, que superius dictando roboravi, trado et confirmo sine homicidio et fornitio per omnia secula. Siquid vero deinceps ampliare vel construere volueritis, sicut michi Sancius rex licentiam absolutionem populandi dedit, ita et vos genuos liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Siquis tamen post meum obitum ex meis successoribus filiis neptis vel propinquis, seu extraneis vel quilibet hominum hec, que me Deo contuli ad honorem nominis eius, et pro peregrinis et ospitibus ac servis Dei humanitate impertienda huic Sancto loco et vobis supra dictis concessi stabilivi adfirmavi, conatus fuerit aut voluerit demere vel auferre, et ipsis Sanctis atriis calumniam inferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio patriarcharum, omniumque Sanctorum, et a fronte binas careat lucernas, et sit alienatus a cetu omnium christianorum, et anathemate percussus cum Juda traditore in inferni voragine dimersus, et cum demonibus eterno igni mancipatus, penas eternas sustineat luiturus, amen; et damna aflictus temporali, exolvat decem talenta auri, et hec scripta stabilita firmaque permaneat. Facta scriptura testamenti sub era millessima nonagesima sexta, regnante rex Sancio in Pampilona et in Alaba et in Panticurbo; et Fredinandus rex in Castella et in Legione. Gomesanus episcopus confirmans. Johannes episcopus confir. Nunnus episcopus confir. Et dixi michi Sancius rex in cenobio Sancte Columbe, taliter tenorem vendidi monasterios predictos ad tibi domna Sancia, ut quandiu viva fueris, teneas, et post obitum tuum ad atrium beati Emiliani

offeras. Senior Furtunio Lopiz testis. Senior Domno Marcelle testis. Senior Enneco Lopiz testis. Senior Eximino Garceiz testis. Senior Eximino Azenariz testis. Senior Eximino Furtunionis testis. Senior Lope Furtunionis testis. Senior Orbita Azenariz testis. Senior Furtun Sancii testis. Senior Enneco Sancii testis. Senior Garcia Sancii testis. Armiger regis Petro Garcia testis. Maiordomus rex Furtun Sangiz testis. Botellarius regis Lope Momez testis. Stabularius regis Lope Sangiz testis. Munio Scriba.

Num.º 167.

Era 1096: año 1058: got..... galic. 242. b.º

Hec est divisio termini Sancti Martini de cobagallecis, quam domina Sancia fecit inter villam Panticurbi et villamnovam comitis: scilicet de fonte ramelli usque ad ripam frigidam per medium cerrum, et de ripa frigida vadit ad campum Ardeveli, et deinde per viam Mercati usque ad semitam de serna maiore, et de serna maiore usque ad ponteciellam, et de ponteciella per ribum, que vadit usque ad pratum tremoleti, et deinde per culciatam per quam vadunt ad Panticurbo usque ad rivum de Cobagallecis, et deinde per rivum ad sursum usque ad Quintaniellam, et de Quintaniella usque ad Espinam, et de espina recte usque ad penuecos rotundos, et deinde ad sursum, iaceant et cedant ligna cum hominibus de Panticurbo, et de penueco rotundo usque ad bustares, et deinde ad sumum ripecobe, et de ripacoba ad summum de la cuesta de hoceginmar: et in ripazella hereditates, et termini sint de Cobagallecis per omnia secula, sine homicidio absque fornitio; et deinceps quantum voluerit ampliare vel construere abbas Sancti Emiliani et successoribus suis, sicut michi Sancius rex licentiam et absolutionem populandi dedit, ita et vos genuos liberam in Dei nomine habeatis potestatem. In hoc predicto termino ita confirmo et corroboro ego Domna Sancia cum licentia et potestate Sancionis regis fratris mei, ut nullus hominum ex vicinis villis supradictis, que sunt in circuitu, non ibi licentiam pascendi habeant cum peccoribus suis, neque fingendi tentoria, neque pro qualibet occassione habeat ibi introitum vendendi vel emendi; neque etiam illi homines, qui fuerint populati in cobagallecis, si ad alia loca ire se voluerint sub militibus vel sub quolibet alio seniore, non habeant potestatem deferendi secum hereditatem, sed careant omnino hereditate querarum et vinearum, que est scripta in predicto termino.

forte: terrarum

Facta carta determinationis et confirmationis sub era millessima nonagesima sexta, regnante rege Sancio in Pampilona et in Alava et in Panticurbo: et Fredinandus rex in Castella et in Legione. Gomesanus episcopus confirmans. Johannes episcopus confirmans. Nunnus episcopus confirmans. Senior Furtunio Lopiz testis. Senior Domno Marcele testis. Senior Enneco Lopiz testis. Senior Eximino Garceiz testis. Senior Eximino Azenariz testis. Senior Eximino Furtunionis testis. Senior Orbita Azenarez testis. Senior Furtun Sancii testis. Senior Garcia Sancii testis. Armiger regis Petro Garceiz testis. Maiordomus regis* Sanchiz testis. Botellarius regis Lope Momez testis. Stabularius regis Lope Sanchiz testis. Munio Scriba-

* desit: Fortun

Num.º 168.

Era 1096. año 1058, á 31. de Octubre dia viernes: got. 73. b.º gal. 144. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Senior Petro Monnioz. divino amore succenssus, ac flagitiorum meorum recordatus, per remedium anime mee dono et confirmo ab honorem Santissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi et tibi abbati Gomesani Episcopi cum ceteris monachis sub regula sancti Benedicti ibi tecum Deo servientibus, hereditates meas in Boreba de meo tio, et mea tia, in Sancta Maria de Riparotunda mea portione ad integritate, id est, de Monnio Sonnaz et de Anaia Sonnaz, sicut tenui eam in vita de rege Garsea, et Senior Sancio Furtuniones: in Ventosa mea portione: in Orbanianos, in Tobalina, in Villa Sempronii sic in terras quam in vineas, molinos, ortos, solares, pratis, pascuis, egressu atque regressu, ab omni integritate per in seculum seculi serviant in Sancto Emiliano. Siquis autem ex meis successoribus propinquis aut extraneis vel quilibet homo super hoc meum offertum in aliquo retemtare vel disrumpere voluerit; sit a Deum, qui fecit celum et terram maledictus et confusus, et a sancta communione pribatus, et cum Juda traditore in inferno inferiori submersus, amen: et a regali parte quatuor libras cauto exolvat auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima nonagesima sexta, secundo Kalendas

novembris, septima feria, regnante Fredinando rex in Castella, Legione, et Gallecia. Ego Senior Petro Monnioz, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes tradidi. Fernando Velaskiz testis. Didaco Monnioz testis. Didaco Veilaz testis. Gondesalbo Gondesalbiz testis. Enneco Azenariz testis. Gondesalbo Martiniz testis. Fernando Martiniz. Scemeno Azenariz testis.

Num.º 169.

Era 1096: año 1058: gpt. 93. b.º gal. 123. b.º

Sub Christi nomine. Ego Johannes Pelaioz et uxor mea Guntrueda damus casas nostras in Trepiana ad honorem Sancti Emiliani presbiteri, et tibi presenti Gomesano episcopo et abbate, ita ut in vita nostra teneamus, et post obitum nostrum ex filiis nostris, vel neptis, qui voluerint ad Sancto Emiliano possideant, et qui noluerint cum illas casas servire, dimittat eas, ut ubi voluerit, vadat. Et donamus unam vineam in Curriposa. Cauto retemtum centum sexaginta solidos, et ad Sancti Emiliani duplum. In era millessima nonagesima sexta. Fredinandus rex in Castella et in Legione. Dominico Martiniz testis. Obeco Obecoz testis. Tello Numniz testis. Dominico presbiter testis. Didaco Larristar testis.

Num.º 170.

Era 1096: año 1058: gpt. 62. b.º galic. 164. b.º

Sul nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta donationis et confirmationis, quam ego Sancius rex libenti animo facio tibi Senior Furtunioni Sangiz, namque placuit michi propter fidelem servitium quod fecisti michi, do tibi solares cum divisa ad populandum cum orto et era in villa, que dicitur Cembrana iuxta Sancti Vincenti, cum exitis et introitis, molinis, pratis, pascuis, montibus, fontibus, vallibus, terris, vineis, et quicquid hucusque comparasti hereditatem in hac predicta villa, vel in aliis deinceps comparare potueris, sive de infanzonibus, sive de villanis plevibus, ab omni integritate possideas. Et post tuos dies, ad qui dimiseris, et sic absque fuero malo, id est, absque homicidio, vel fornitio, sive saionis ingressio, vel alterius servitutis; supra que

iure perpetuo, et pro confirmanda huius scripture accepi ex te in honore decem baccas obtimas, et duos tauros, ut michi placuit. Verumtamen si quislibet meorum propinquorum vel extraneorum hoc meum factum disrumpere conatus fuerit, si anathema, et a christianorum communione separatus, et cum Juda traditore vel diabolo in inferno habitator, et a parte regis pactet duo talenta auri, et ad te retemtato duplicato. Facta carta in era millessima nonagesima sexta: sub Dei gratia ego Sancius rex in Pampilona et in Alaba: abunculus meus Fredinandus rex in Castella. Vigilanus episcopus regente ecclesiam Alavensium. Ego igitur Sancius rex, qui hanc cartam fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Senior Tello Munnioz testis. Senior Eximino Azenariz testis. Senior Ranimiri Sangiz testis. Senior Domno Marcelo testis. Senior Sancio Furtunionis testis. Senior Furtun Sangiz alferiz testis. Senior Oriolo Sangiz stabulero testis. Senior Garcia Garceiz offertor testis.

Num.º 171.

Era 1097: año 1059, a 11 de julio: got. 36. b.º gal. 53.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Ranimirus prolis Garseani regis; a parentibus meis me concessa urbe Kalahurra, spontanea mea voluntate concedo et confirmo ab honorem sancti Emiliani presbiteri, et tibi abbate Petrus cum ceteris monachis pro redemtionis anime mee illo molino sito iuxta porta deorsum parte urbe, qui fuit a paganis antiquo, ad integritate serviat sancti Emiliani. Siquis autem homo ex meis progenie aut extraneis hunc meum datum voluerit disrumpere, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda traditore fiat sortitus, et in cauto libra auri solvat. Facta carta in era millessima nonagesima septima, tertio idus iulias, regnante Sancius rex frater meus in Pampilona. Fredinandus et Reimundus fratres mei confirmant. Senior Azenari Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Azenari Sancii confir. Senior Garcia Sancii confir.

Num.º 172.

Era 1097: año 1059, a 11 de diciembre: got. 40: gal. 75.

In Dei nomine redemptoris nostri. Hec est carta concessionis et confirmationis, quam ego Sancius gratia Dei Nagelensis rex fieri facio ad honorem

Sanctissimi Emiliani patroni nostri propter petitionem tuam episcopus Gomesanus et abbas, et omnium Seniorum ibi comorantium, ut vestris precibus, et Sanctorum adiutus, mala huius seculi devitem, et post regna celorum dignus conscendere valeam. Igitur secundum petitionem vestram consentio et confirmo, ut in villa vocitata Granione in proprio vestro agro de Sancto Martino licentiam et solutionem habeatis Kasas faciendi, homines populandi, quantumcumque potueritis, qui sint comunes cum hominibus de Granione in pascuis in montibus, in aquarum productilibus, et in omnibus eorum terminis: tamen in nullo servitio subiaceant potestati de Granione, neque in aliqua causa fiant subiecti illi, neque in paria, neque in labore, neque in aliquo debito, sed cum omnibus hereditatibus, que potuerint habere et comparare, de quacumque villa, vel homine, firmas eas habendo et valenter possidendo, liberi et genui serviant cum eis in Sancto Martino, et Sancto Emiliano. Siquis autem meorum germanorum, filiorum, seu nepotum, propinquorum aut extraneorum, regum aut principum aut aliquorum hominum hanc nostram solutionem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit; sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio Christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper a rege parte solvat quinque libras auri, et duplum. Facta carta era millessima nonagessima septima, tertio idus decembris. Ego autem Sancius rex, qui hanc cartam fieri concessi, manu mea signum ✠. feci, et testes tradidi. Ranimirus, et Fredinandus et Raimundus fratres rex confirmantes. Johannes episcopus confirmans. Vigilanus episcopus confirmans. Senior Sancio Furtuniones confir. Senior Lope Furtuniones confir. Senior Furtun Lopiz confir. Senior Scemen Garceiz confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Enneco Sangiz confir. Senior Furtun Sangiz confir.

Num.º 173.

Era 1098: año 1060; a 9. de abril, dia domingo; got. 70. b.º gal. 147.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur humillima, omnium servorum Dei ultima, tamen Dei gratia prestante domna Andrequina, divino amore compuncta, ac scelerum meorum recordata; idcirco per remedium anime mee concedo et confirmo ad atrium Sancti Emiliani pres-

biteri et confessoris Christi, et tibi patri Gomesano episcopo et abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, mea propria divisa patris mei concessa: id est, in Salinas, et in Zepeda, et in Aratias, et in Foio in his quatuor villulis mea quarta parte ad integritate cum hominibus, terris, vineis, molendinis, etiam in solaribus ermis, et in ortis, vel in fontibus, pratis, pascuis, et montibus, cum exitibus, et introitibus: Et in predicta Salinas octo eras salsas prefato sancto atrio deserviendas iure perpetuo, amen. Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis, vel quilibet homo hoc munus quod contuli Deo, in aliquo retemtare aut disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotentis maledictus et excomunicatus, et cum diabolis mancipatus, et cum Juda traditore in inferno inferiori submersus, amen: insuper a regali parte exolvat quinque libras auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima nonagesima octava*, quinto idus aprilis, feria prima. Ego Andriquina, qui hanc paginam exarari iussi, manu mea signum ✠ inieci, et ad roborandum tradidi. Predictus Gomesanus episcopus confirmans testis. Nonnus Alabensis episcopus confirmans. Rudrico Bermudez testis. Senior Bermude Bermudez testis. Senior Gonsalbo Rodriz testis. Senior Azenari Garceiz testis. Et aliis extra his pluribus testes, qui fuerunt in has confirmationibus presentes in sancto Emiliano residentes. Fredinandus rex in Castella et Legione.

Num.º 174.

Era 1098: año 1060, dia viernes, 28. de abril: got. 58: gal. 55. 8.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur senior Tellu Monnioz, quum esse clarissimus a parentibus illustrissimis procreatus, seculari cupiditate inflamatus, per meam nimiam violentiam fratribus Aukensis sancti Felicis, qui tunc morantes erant in decania propria, que vocatur sancti Pelagii iuxta Castrum Celloricum; eiectis propriam fratribus domum, prefatum sanctum Pelagium, possedi illum monasteriolum, et in mea stare feci possessione. Post hec vero transactis temporibus, pabens prefatorum sanctorum confusionem, et fratrum ibidem degentium maledictionem, prudenter elegi consilium, illis predictis fratribus volentibus et placentibus comparavi illis illam decaniam in decem

quinque baccas optimas: facoruscque sum cenobiolum exes. Nunc vero imminenti mortis hora, trado meipsum corpus et animam, etiam et ipsam decariam ad atrium Sanctissimi Emiliani, et agmina monachorum patrono clarissimo famulatu prebentium: qualiter adiutus precibus illorum, merear evadere pocicula infernorum, et regnare cum Christo in secula seculorum, amen. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis hanc meam offertionem conatus fuerit, aut voluerit auferre, demarux de terra viventium, separetur a consortio patriarchatum, et cum demonibus eterno ignis mancipatus, amen: et ad regale parte exolvat tres libras auri. Facta carta in era millessima nonagesima octava, sexta feria, quarto Kalendas maias, regnante Sancio rex in Pampilona et in Naiera. Ego Senior Fellu Monnioz in era mortis mee ad hanc scedula certe tradidi. Gomesanus episcopus confir. Nonnus episcopus confir. Senior Beila Monnioz confir. Senior Sorzun Sangiz confir. Senior Marcelle confir. Senior Ramimiri Sangiz confir. Senior Gondesalbo Albarez confir. cum alioxum multoxum.

Num.º 375.

Era 1.ª DD: año 1.º 63: cpto 1.º 1: calicano 135.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Fredinandus rex, et Sancia regina placuit nobis, et sic facimus scripturam ad vos nostro magistro Domno Gomesano episcopo de illa hereditate de vestro fratre Domno Fredinando, de Sancta Maria de Boreba, et de suo tio, que pristerun per populatore, et de illa hereditate de suo avunculo Monnio Fellez, et prendiderunt per populatore Bermudo Monnioz, et tam hereditatem quam hominem acceperunt per forcia, quia non cecidit super illum sortem, et non accepit erecta, et cecidit vors ad Hepe de Sancta Maria, et accepit erecta Blasco Rodriz. Idcoque facimus vobis magister nostre firmamentum tam de homine quam de hereditate, et tollite de nostro iure, et ponite sub iure Sancti Emiliani per in seculum, amen; quia mesino nostre Flagino Auxioliz inquisivit; et ita debet esse. Siquis homo rex, aut comes, vel potestas pro ipso homine, vel hereditate voce in iudicio pulsaverit, sit anathema percussus, et in infernii boxagine sit dimersus, amen; et solvat ad partem regis auri libra cocti, et duplum do regula. Facta carta era millesima nonagesimax, nona. Ego Fredinando rex et Sancia regina confirmamus. Senior Adonico Bermudez testis. Senior Albaro Rodriz testis. Senior Sarracin Flannez testis. Senior Ordonio Ordonez testis.

Hepede. / Hepede

Senior Fernando Danaellis testis. Senior Flaginio Auxialis testis. Johannes Sarracus presbiter regine scripsit.

Num.° 376.

Era 1° DD: año 1° 06 4: qot. 69. b.° galic. 140.

In Dei nomine. Ego domna Enneca pro mee anime remedio, et filio meo Senior Garcia Fortuniones spontanea mente pro nostrorum commissorum facinorum offero ad atrium Sancti Emiliani presbiteri, et tibi patri spirituali Fortunio episcopo et abbati cum cunctis monachis totam meam hereditatem, quod habeo et honorifico in Ecclesia Sedenia cum divisa et collazo, et domos, cum terris, ac vineis, ortis, molendinis, fontis, montes, pascuis, cum exitu et regressu; seu sine fonsitio, vel salionis ingressio et sine aliqua voce mala, et mea testimonia ab omni integritate servient in Sancti Emiliani. Siquis ex meis vel extraneis hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus, et a pare regale exolvat decem libras auri, et duplum ad regula. Facta carta era millessima nonagesima nona. Ego Ferdinandus rex hanc cartam legentem audivi, assensum prebui, et confirmavi. Sancia regina confirmans. Eximino episcopo confir. Abbate domno Garsea confir. Sisebuto abbate confir. Rodrico Semeido confir. Senior Didaco Albarez confir. Ordonio Ordonioz confir. Flanio Oriolez mexino in Boroobia confir.

Num.° 377.

Era 1° DD: año 1° 06 4: qot. 30: gal. 22. b.°

In Christi nomine. Ego Garcia Zhoanakin de Terrero mea propria voluntate trado corpus et animam meam ad monasterium sancti Emiliani presbiteri, et dono unum malleolum in valle sancti Christofori de Terrero, et unam terram iuxta villulam, que vocatur Cordobin, et duo iuga boum cum suis utensilis, et uno Karro ferrato. Siquis homo hanc meam donationem retemptare vel auferre voluerit, sit a Deo maledictus et confusus, et ad monasterium duplum. Facta carta in era millessima nonagesima nona: Petrus abbas in Sancto Emiliano: regnante Sancio rege in Pampilona et in Nagera: iudex in Terrero Monnio Belasco. Totum concilium de Terrero testes.

Num.° 378.

Era 1° DD: año 1° 06 4: qot. 64. b.° gal. 329.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego humilis, et omnium antecessorum meorum infimus, Christi tamen gratia auxiliante Nagiren-

sis Sancius rex, divino amore succenssus, omnipotentis Dei clementia inflamatus, pro me anime remedium, et parentum meorum requie offero et confirmo ad atrium sancti Emiliani presbiteri, et tibi Gomesani episcopi et abbati, cunctisque monachis ibi Deo servientibus tecum, in Artable ecclesia vocata Sancti Sabastiane ab utrique parte septuaginta passos habente, libera ac genua ad integritate: insuperque talem concedo potestatem, ut quicquid pro vivis ac mortuis, vel de vestris comparationibus potueritis habere, liberum et firmum possideatis, et cum exitu et regressu et cum aquarum productilibus, et comune habens pastum, et omnia sua cum habitatoribus illius ville, per cuncta secula, amen. Siquis vero ex meis propinquis rex aut comes, vel quilibet homo hanc meam offertam in aliquo vellere disrumpere conatus fuerit; sit a Deo omnipotentis maledictus et confusus, et post cum demones, et Judas traditore in inferno inferiori dimersus, amen; et a parte regale exolvat sex libras auri, et retemtu ad regula duplatu. Facta carta in era millessima nonagesima nona. Ego Sancius rex, qui hec scripta iussi, manu mea signum ✠. inieci, et testes tradidi. Senior Sancio Furtunionis in Ponticurbo ✶, qui actenus illud rexit confirmans. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Didaco Albarez confir. Senior Gundisalbo Gonsalbiz confir. Senior Didaco Godestioz confir. Senior Veila Telluz confir. Senior Veila Gonsalbez confir. Senior Scemeno Furtunionis confir.

Num.º 179.

Era 1100: año 1062, á 8. de abril, dia lunes: got. 24: gal. 96. b.º

Ego quidem Blasco cum collega meo dompno Munione, uterque presbiter tradimus animas nostras cum corporibus, et cuncta, que habere potuimus in ecclesia Sancti Martini iuxta villulam, que vocatur EzKerra, in honore sanctorum predictorum obtuli ego Blasio presbiter unam vineam in loco, qui dicitur valleviride, et aliam vineam in territorio de Ascensio: unam terram iuxta ecclesiam Sancte Marie, et alium agrum subtus villule iuxta domum domni Cipriani, et alium agrum iuxta villulam Sancti Clementis, et unam vicem molini in molino de EzKerra; iuxta basilicam Sancti Martini unum linare. Ego namque domnus Munnius presbiter, ut supra in hac paninola scriptum vide-

tur, ita donavi. Simili ratione donavi vnam vineam, quod vocitant in Sabucho, et in vno agro in padule el medio, et alium agrum ad latus Sancti Martini, et alium agrum ad latus Sancti Johannis huius agri el medio: et de hodierno die in Sancto Martino sint confirmati supra dicti agri, et vinee, et orti, et molini, et mazanares. Nos predicti presbiteri dompnus scilicet Blasius, et dompnus Munnius, quod nobis Dominus concessit, tradimus illut in honore sancti Martini episcopi cum ceteris reliquiis ibidem reconditis, pro animabus nostris et parentum nostrorum, ut ab omni integritate ibi serviant per omnia secula seculorum. Nosque hoc datum fecimus, manibus nostris signa iniecimus ✠.✠. Facta carta donationis et confirmationis in era millessima centessima, tertio idus aprilis, secunda feria, regnante Fredinando principe in Legione et in Burgis et in tota Castella: fratre vero domino Ranemiro in Aragone et Suberarbe: in sancto Mikaele vbi hec omnia donantur, Sancio abbate regente cenobium. Siquis (las imprecac.s &c.) Item dote ecclesia damus sancto Mikaeli vnum agrum in sancto Bartholomeo, et vnam vinam in Sabucho: in Ezkerra vnum agrum in valle sancti Martini; et vnam vineam in Legarda. Huius rei testes ad roborandum dedimus. Sancius testis. Garsias testis. Munnio testis. Gomiz testis. Enneko testis. Petrus testis. Rodericus testis. Rogerius testis.

Num.º 180.

Era 1100: año 1062; a 27. de mayo: got. 48. b.º gal. 199.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Nunno Albarez de Benifari, tactus Christi amore, ac peccatorum meorum perterritus gravedine, statuens ob remissionem eorum aliquod de propriis ad honorem Domini Christi, et sanctorum eius offerre, quia video inopiam et necesitatem magnam esse habitantibus in cenobio sancti Emiliani presbiteri, eo quod non habeant in castella intus, vbi possint ospicios proprios habere, concedo et confirmo ad atrium predicti confessoris, et ad subsidium sibi servientium in abbatia Petri abbatis, monasterium sancte Marie in villa sancti Johannis, quod vulgo vocatur ribus de Aguseba, cum tota sua hereditate, et pertenentiam cum terris, et ortis, cum pomiferis arboribus, pratis, montibus, atque fontibus ad integritate libero.

Similiter monasterium in villa, que dicitur Mamellare, reliquias fecente Sancti Martini episcopi, libero, cum omnibus suis pertinentiis cum terris, vineis, pratis, ortis, molinis, et aquis, cum exitis et introitis ab omni integritate. Similiter condono in villa, que dicunt Acetores illas Kasas, que fuerunt de domno Flaino cum omni sua hereditate, sitas in media villa ad integritate, liberas. Similiter concedo in villa Figuero illas casas, que fuerunt de Johannie Seruton, liberas ad integritate, in villa intrante ab oriente parte positas. Siquis vero aliquis ex meis aut alienis, successoribus, vel posterioribus hanc meam donationem, sive confirmationem violare aut disrumpere conatus fuerit, sit a cetu fidelium privatus, et a Domino graviter punitus, et anathematizatus cum Juda traditore, et cum demonibus penas eternas sustineat luiturus, amen: et in fisco regali pariet decem libras auri, et ad regula duplum. Facta carta sub era millesima centesima, die sexto Kalendas iunias, regnante rege Fredinando in Castella et in Legione: in Pampilona, et in Naiera, atque Alaba Sancione rege. Senior Didaco Albariz testis. Senior Albaro Rudeiz testis. Senior Ordonio Ordoniz testis. Senior Ruderico Veremudez testis. Sisebutus abba de Caradigna testis.

Num.º 183.

Era 1100: año 1062: got. 54. b.º gal. 34. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Senior Pelle Muniz simul cum uxore mea Totadonna libenti animo, ac spontanea voluntate, pro remissione peccatorum nostrorum, et parentum remissio tradimus animas nostras ab honore Sancti Emiliani presbiteri, et confessoris Christi, et cum hereditatem quam habemus de parentibus nostris, vel ganavimus: in Mahape Kasas nostras cum terris, vineis, molendinis, et uno orto iuxta illa agua ab omni integritate: in Nagera casas in loco subperna iuxta Turre et coba de rex, cum terris, vineis, et orto super casa episcopale iuxta ibo, ab omni integritate: de terris, id est, duas terras de alia parte ibo, iuxta limite de illo exo de Sancti Johannis; alia terra iuxta exo de Monnio Lazaro; alia terra iuxta vineas de valle encimero, et de campo-rubin; alia terra super fontes iuxta terra de Monnio

Lazaro: alia terra in Castello antiguo iuxta Balgualice: alia terra in portello in via de Cardines: alia terra iuxta vineas de Garcia Furtuniones: alia terra in aquesta iuxta malleolo de Vrraka: alia terra in via de campo iuxta ero de Vrraka: alias tres terras in Vrnia, vna ante villa de vna parte pieza de rege, de alia pars de domno Eximino de Sancti Emiliani; alia terra in illa cuesta de Salobre, de oriente terra de Teillo Nunnoz; alia terra sub Orcanos iuxta serna de rege, et de oriente domno Salvatore: alias tres terras in pago de Sancta Maria de Naiera de dextera parte terra de domno Quirame; alia terra in via de Naiera iusta vinea de Sancta Columba semita per medium: alias quatuor terras in Formella de iuso, vna in illa questa de dextera parte terra de Maggaco, de alia pars de Nunno Vincentiz: alia terra in rivo tortello iuxta terra de Monnio Telliz, de alia pars Galindo: alia terra de illo Franchello, et vno linare in illo molino de Beliche: De terras sunt sub vno viginti tres. De vineas, id est, vna vinea in Vrunia iuxta malleolo de Sancti Emiliani, et fuit de domno Alamire: alia vinea in pago de Alesonciello iuxta vinea de Sancta Columba, de alia pars de Garcia de Guadaliz: alia vinea in illa torre iuxta vinea de Senior Scemeno Garceiz, de alia pars vinea de Senior Garcia Ennecones: alia vinea in Victeriellos iuxta vinea de vicinos de Azanete, de alia pars de domna Oria: alia vinea de illa Ansare in pago de Sancti Juliani iuxta vinea de domna Teresa, de alia pars vinea de Sancti Juliani: alias duas vineas in Mahabe, et vno malleolo de illo repollo iuxta vinea de Sancti Emiliani: alia vinea in illa custiera: de vineis sunt Octo. Hec predicta tam domos quam hereditate libera et ingenua sit confirmata ab honore Sancti Emiliani proper remedium animas nostras et parentum nostrorum per cuncta secula, amen. Siquis tamen, quod absit, ex nostris propinquis aut extraneis hanc nostram donationem protextum inde ausus fuerit violare, aut disrumpere; sit a Domino Deo maledictus, et a limine Sancte matris ecclesie, et a Christianis omnibus segregatus, demumque cum Juda traditore in inferno habeat portionem, amen: inde ad partem regalem exolvat decem libras auri, et quod retemptatum duplatum. Facta carta sub era millessima centessima, regnante Sancio rex in Pampilona et in Naiera. Fredinandus rex in Castella, et Gallecia. Gomessanus epis-

al margen en el gotico: * in Naiera.

copus in Naiera confirmans. Abbas Petrus in Sancte Emiliane confir. Prepositus domno Salvator confir. Senior Lope Furtuniones * confir. Senior Scemeno Furtuniones in Pontocurbo confir. Senior Eximino Garceiz in Azakra testis. Senior Scemeno Garceiz in Tafalla testis. Senior Azenari Garceiz in Tubia testis. In Mahabe Munio Lazaro, et Garcia Scemenones, et Galindo Ferrero testes. In Naiera don Azenare, et domno Furtunio presbiter, et don Marquani aurifice testes. Sancius exaravit, et manu sua sino ✝ fecit.

Num.º 182.

Era 1100: año 1062: got. 99: galic. 82.

Ego Munnio Didaz de Betellua vendidi meo ero ad tibi domno Nunno abbate de Ocoizta iuxta ecclesia, latus serna, in decem solidos argenti: et sunt fidiatores Lakenti, Goen, et Jonti suo germano, et Munnio Nunnez de Deztaven: era millessima centessima = Ego Monnio Zaballa, et uxor mea Aderazo vendimus uno ero ad tibi domno Nunno in quinque solidos: sunt fidiatores Monnio Jontiz, et Obeco de Olhano: era millessima trigesima.

Num.º 183.

Era 1100: año 1062: got. 55. b.º galic. 68. Vto

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Oriolo Lopez, divino amore compunctus, ac scelerum meorum recordatus, idcirco pro remissione peccatorum meorum, et ablutio criminum, spontanea mea voluntate dono et confirmo ab honore sancti Emiliani presbiteri et confessoris, et ad tibi patri spirituali Gomesani episcopi et abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus sub regula beati Benedicti, in villa, scilicet, Castaniares meos proprios palatios cum tota mea hereditate, que ibi habeo et honorifico, et solares, cum terris ac vineis, ortis, molinis, et omnia, que mea esse videntur ibi in illa villa, ad integrum. Et in Mutilluri meos palatios cum tota mea hereditate et divisa, cum collazos, et omnia, que mea esse videntur ibi, ad integrum. Et in Quintaniella unas casas. Hec omnia cum exitu et regressu, et pastu, cum montibus, et fontibus, quomodo ego tenui absque ullum imperium regale, vel dominatio seculare serviant Sancti Emiliani. Siquis vero ex meis propinquis,

aut extraneis vel quilibet homo hunc meum donatum vel offertum in quolibet casu disrumpere, tollere voluerit, in primis sit maledictus a Domino, qui fecit celum et terram, postque cum Juda traditore inferno inferiori sit cruciandus, amen: insuper ad partem regali exolvat quatuor de cocto libras auri, et quod retemtatu ad regula duplatu. Facta carta in era millessima centessima, regante Sancius rex in Pampilona et in Naiera: Fredinandus rex in Legione, et Castella. Ego namque Senior Oriolo Lopiz, qui hanc scripta fieri iussi, testes tradidi et roboravi. Episcopus Domno Vigila Alavensis confirmans. Senior domno Marcelle confirmans. Senior Ranimiri Sangiz confir. Senior Tello Munnioz confir. Senior Veila Munnioz confir. Senior Nunnu Munnioz confir. Senior Azenari Lopez confir. Senior Furtun Albarez confir. Senior Furtun Azenari confir. Sancius scriba.

Num.º 184.

Era 1100: año 1062; á 10 de noviembre: got. 1: gali. 220.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego igitur exigua, licet, indigna, atque peccatris, tamen divina gratia auxiliante cometissa domna Onneca Gomiz Fredinandiz prolis, eternam in Domino felicissimamque salutem, tibi igitur patronus alumnus Emilianus Sanctissimus cuius corpus humatum est in loco, quem vocitant Izerzo, seu tibi patri spirituali Gomesano pontifici, simulque Petro abbati, predicto cenobio regenti unatim adiuncti, cum norma monachorum ibidem degenti: prebens offerensque concedo Deo et sancto Emiliano et sacro illius altario, vel vobis iam prefatis Dei cultoribus, scilicet in territorio, que vocitant Boreba, in villa prevocitata Ecclesia sendenia mea portione cum omni integritate, id est, homines, domos, vineas, terras, ortos, exitus, et reditus prefato patrono Emiliano Sanctissimo deserviendum iure perpetuo pro anime mee remedio, vel spiritu dulcissimo filio Garsiano. Siquis tamen ex meis successoribus quilibet hominum, vel quolibet genere ausu temerario hoc meum pactum disrumpere voluerit, vivens a fronte utrasque careat lucernas, postque picea inferni non evadat pena, separatus a consortio patriarcharum, omniumque Sanctorum, et sit alienatus a limine et communione sancte matris ecclesie, et a cetu omnium Christianorum fidelium seclusus, et anathemate perculsus cum Juda tra-

ditore in inferni voragine sit dimersus; ac regali vigore constrictus, auri libras quinque exolvat invitus, et quod retentaverit ad partem monasterii cum duplo reddat. Facta carta era millessima centessima, quarto idus novembris, regnante Fredinando rex in Legione et Castella; et Sancio rex in Pampilona. Ego domna Onneca cometissa, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Gomesanus Calagurritanus episcopus testis. Nonnus episcopus testis. Albitus episcopus testis. Eximinus episcopus testis. Senior Nunno Albarez testis. Senior Ruderico Bermudez testis. Senior Sarracino Hanniz testis. Senior Didaco Albarez testis. Senior Hanni Hanniz testis. Senior Ordonio Ordoniz testis. Senior Ferdinando Rudriz testis. Senior Albaro Rudriz testis. Senior Eximino Lopiz testis. Senior Salvator Gondisalbiz testis. Senior Galindo Bellaquid testis. Munnius Scriba.

Num.º 185.

Era 1100: año 1062: got.... galic. 60.

In Dei nomine redemptoris nostri. Hec est carta donationis, quam ego Sancio Dei nutu rex facio tibi Seniori Garcia Garceiz: nam ob tuum utile et fidele servitium placuit michi, ut concederem tibi, sicuti et concedo in loco, qui dicitur Cerraton ipsis domibus regalendis cum exitus et introitus, montibus, vallibus, fontibus, padulibus, terris, vineis, pomiferis molendinis, atque ortalibus, eo tenore ut in perpetuum maneat in tua potestate, vel eorum qui ex eo largire volueris. Verumtamen siquislibet homo meorum propinquorum vel extraneorum hoc meum factum disrumpere fuerit conatus, sit a Domino Deo maledictus et excomunicatus, postque cum Juda traditore in inferno dimersus, amen. Facta carta in era millessima centessima. Ego igitur Sancius rex Pampilonensis, qui hanc paginam fieri iussi, ad confirmandum testibus tradidi. Gomesanus episcopus Calagurritanus confirmans. Johannes episcopus Pampilonensis confirmans. Munnius episcopus Alabensis confirmans. Senior Domno Marcelle testis. Senior Fortun Azenari testis. Senior Garcia Sanchiz testis. Sennor Lope Furtuniones testis. Sennor Eximino Garceiz confir. Sennor Azenari Garceiz testis. Sennor Enneco Sanchiz testis. Sennor Fortun Sanchiz testis. Fredinandus

rex in Castella testis. =

Et ego Senior Garcia Garceiz dono pro me anime ad atrio Sancti Emiliani.

Pongase primero la del num.º 188.

Num.º 186.

Era 1101: año 1063, á 1. de julio: got. 57: galic. 56.

Cajon E. 6. legajo 1.º n.º 1. del titulo Haro.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei rex, placuit michi spontanea voluntas, concedo tibi patri Spirituali Nunno Alabense terre episcopo, condono atque confirmo illam ecclesiam, que dicitur Sancta Maria de Abeka cum suo cimiterio septuaginta duos passus per circuitum ecclesie secundum canones, et sua hereditate ad illam pertinente terris, vineis, pascuis, pratis, ortis, molendinis. Similiter dono totam illam hereditatem de illo iudeo, qui dicebatur Marlahin, qui erat Rabbi: Et insuper condono tibi illam Sernam, que est iuxta illum molinum de Hanne, sitam inter Tironem et semitam usque iberum, cum suo exitu, et cum tale usu sicut de regis: ut michi sis in tuis sacris precibus. Et quod amplius potueritis aucmentare, vel comparare, aut datum de vivis, vel pro defunctis, ienum et valentem habeas absque omicidio, et pacto. Sic tibi affirmo predictam offertionem, o serenissime pontifex, ut quandiu in hoc seculo degueris, teneas et possideas, ut volueris; post tuum vero obitum deserviat libera tam ecclesiam quam hereditatem totam ad integritate ad atrium almi confessoris Emiliani. Et accepi de te pro hoc in honore unum Kaballum valentem quingentos solidos. Et ego Nunnu nutu Dei pontifex, simili tenore donatione confirmationeque promitto et condono prefato Sancte Marie, una concordia tecum dominus meus rex, firmiterque permaneat in Sancto Emiliano. Verumtamen siquislibet meorum propinquorum aut extraneorum voluerit disrumpere hoc nostrum factum, sit anatematizatus et excomunicatus cum Satana et Juda traditore habitator sit inferni per omnia secula, amen. Insuper ad partem regalem exolvat decem libras auri, et quod retemptatu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima prima, Kalendas iulias, regnante Domino nostro Jhu Christo, sub eius gratia ego Sancius rex in Pampilona et in Naiera: Tre-

La vega

dinandus rex avus* meus in Legione. Ego Sancius rex, qui hec feci, testes tradidi. Gomesanus episcopus confirmans. Johannes episcopus confir. Senior Marcelle testis. Senior domno Orbita testis. Senior Furtun Sangiz de Buxadon testis. Senior Garcia Ennecones maiordomus testis. Senior Enneco Sangiz Alferiz testis. Senior Lope Ennecones testis. Senior Furtun Ennecones testis.

Num.º 187.

Era 1101: año 1063: got. .... galic. 75. Vt.

In nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta concessionis, et venditionis, quam ego Sancius nutu Dei rex facio tibi Senior Azenari Garceiz; namque ob tuum utile et fidele servitium placuit michi, ut concederem tibi, sicuti et concedo in villa, quam vocitant Granione duos monasterios, id est, Sancti Michael, et Sanci Tome apostoli, cum eorum exitu sive regressu, et pastu equali cum habitatoribus civitatis, sed absque ullius officio servili, ac pactis veredisque palacii, in montibus, fontibus, paludibus, et cum aquis ad rigandum sabbato die toto, et tertia feria tota die, cumquinque casatos Civitati, et cum terris, vineis, pomiferis, molendinis, et cum septem salsis eris et pozu, absque albare tributu; et cum omnia, que ad horum monasteriorum pertinet: sicuti domini Martini Alcaldi, qui fuit de Calesenz solebat eos tenere, ab omni integritate possideas tu, simul et posteritas tua iure quieto usque in perpetum: Et pro confirmando huius scripture testamento accepi ex te pretium caballum et mulum obtimos valentes mille solidos, sicut mea placentia fuit; et de hoc pretio a pars vestra nichil remansit dando. Siquis vero meorum propinquorum vel extraneorum hoc meum factum disrumpere conatus fuerit; sit a Deo omnipotentis maledictus, et excomunicatus hic et in futuro, et cum Juda traditore vel diabolo sit inferni habitator, amen: et a parte regali decem exolvat libras auri, et quod retemtu ad monasterio duplo restituat. Facta carta in era millessima centessima prima. Ego namque Sancius rex qui hanc paginam fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Fredinandus rex in Legione: Ego Sancius rex in Pampilona: Ranimirus frater meus confirmans. Regimundus frater meus confirmans. Gomesanus episcopus in Naiera confirmans. Johannes episcopus confirmans. Senior Lope Fortunionis confirm.

Sor. en Grañon.

Senior Furtun Lopiz confir. Senior Sancio Furtunionis confir. Senior Fortun Sancii confir. Senior Enneco Sancii confir. Senior Eximino Furtunionis confir. Senior Fortun Garceiz confir. Senior domno Marcelle confir.

Num.º 188.

Era 1101: año 1063, á 29 de abril: got. 71: galic. 147.

Nota: es la 1.ª de este año 1063.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Saturninus presbiter, et frater meus Salvator Sarraciniz, et uxor eius Columba tradimus nosmedipsos ad arcisterium Sanctissimi patroni Emiliani presbiteri tam pro remedio nostrorum flagitiorum, quam pro adipiscenda premia cum agmina Sanctorum, cum facultatibus quas Dominus nobis benigne largitus est, id est, cum proprio monasterio cui vocabulum dicitur Sancti Emiliani de Foio, quem ego in mei patrimonii hereditate fundavi in propriis solaribus et ferraginem iuxta baselicam cum sua era, et suo orto et prato, et quatuor terras, unam ex his in pratello Salicis iuxta stratam, qui discurrit ad Aquilar, de alia parte via, que ducit ad Quintana et Ripella, terra hac posita est in medio inter duas vineas: alia terra latus terram de Nunnu, et de parte altera via pergens ad Quintana et Ripella, terra hac posita est in medio: altera terra in Cortinales, latus terram de mea germana Maria, de alia parte semita qui vadit ad Aquilar, terra consistit in medio: alia terra sita est ubi et primam in pratello Salicis, iuxta terram de Nunno, et de parte altera terram de eodem Nunno, hanc terram consistit in medio: unam vineam in territorium ville, que vocitant Ripella in valle Sarzeto, latus vinea de Monnia, de alia parte vinea de Soto, et vinea sita est in medio: alia in territorio de Quintana in locum, que dicitur malleolum albar, iuxta vineam de Dominico, de alia parte via publica, vinea consistit in medio: alia in territorio de Buezo in loco Sancti Mametis iuxta vinea de Nunnu, de alia pars vinea de Mumaduenna, hanc vinea sita est in medio. In molino Tablato una vice die tertia feria post octo dies: in alio molino de Jusero tertia feria pos dies viginti quinque. Ad dedicationem vero prefate baselice condonarunt homines in dote terras et vineas, quas et nos cum cetera nostra omnia tradimus ad atrium Sancti Emiliani presbiteri serviendum iure perpetuo: unam ex his sernis quas supra memoravimus, dedi in dote ego Citavita Fortun et uxor mea domna Maior

in villa, que dicitur Ripella, iuxta terram de domna Goto, de alia parte terra de Citavita, et de ipsa domna Goto, serna consistit in medio: Et duas vineas vnam in territorio de Ripella in loco, que dicitur vallelacuna: alia vinea in territorio de Salinas in loco, que dicitur vallepozo: Et alia serna dedi in dote ego Blasco Obecoz in territorio de Salinas in loco, que dicitur vallegomar ad faciem de Spinosa; et vnam vineam in territorio de Salinas in loco, quod dicitur paretesaltas iuxta vinea de Monnio et de Sonna. Et alia serna dedi in dote ego Hanni Didaz, et vxor mea domna Zete in territorio de Toio iuxta terram de Ziti, et de alia parte terram de Nunnu, et serna sita est in medio. Et ego domna Goto dedi vnam terram in territorio de Salinas in terminum lumbe, iuxta terram de Tellu presbitero. Et ego Fredinando Beilaz dedi vnam terram in territorio de Ripella iuxta terram de Galindo Scemenoz, et de alia parte vinea de Citavita Fortunez, et hec terra sistit in medio; et vnam vineam in territorio iuxta Aquilar, latus vinea de Gomiz, et de alia parte vinea de Blasco Johannes, et vinea hec sistit in medio. Has omnes hereditates, quas hucusque memoravimus tam, qui sunt ex nostra pertinentia, quam et illas, que ad sanctam baselicam dedicanda sunt conlatas, et nobis sunt traditas, facimus traditionem ad atrium iam prefati almi Dei confessoris Emiliani ego Saturninus presbiter, et frater meus Salvator Sarraciniz, et vxor eius Columba, ut ibi permaneant semper. Siquis vero ex nostris progenibus aut extraneis vel quilibet de potestatibus super hanc nostram donationem in aliquo contemptio fecerit, vel disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et a Christianis segregatus, demumque cum Juda traditore, et cum diabolo in inferno sit mancipatus, amen: insuper a parte regale exolvat quinque libras auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima prima, tertio Kalendas maias. Ego igitur Saturninus presbiter, et frater meus Salvator Sarraciniz et vxor eius Columba, et ego Citavita Fortuniz, et vxor mea domna Maior, et Blasco Obecoz et vxor mea Leocadia, et Hanni Didaz, et vxor mea domna Zete, simulque et domna Goto, necnon et Fredinando Beilaz, omnes pari concordia et voluntate facimus donationem et roborationem ad atrium Sancti Emiliani, ut quod in dote eius altario contulimus, eius nunc in cenobio vna cum

Domno Saturnino affirmare curavimus Similicx, et e manibus nostris omnes signos + + +

dantio: est vna vinea in Sotello: alia vinea in nalomba: alias tres in navafrida: alias duas in pago de Colobrera: alias duas in villa de Ageos: alia vinea in pago laciolo: sunt vineas decem. Hec predicto monasterio cum hereditate liberas et ienuas iure perpetuo deserviant Sancti Emiliani cum exitu et introitu in omni locis cum vicinis de Silos. Siquis ex nostris aut extraneis hanc nostram donationem voluerit disrumpere, sit a Deo omnipotenti maledictus, et a fide catholica extraneatus, demumque cum Juda traditore inferno imferiori sit dimersus, amen: insuper a regali parte exolvat septem libras auri, et ad regula duplum. Facta carta era millessima centessima secunda, sexto Kalendas iunias, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius gratia ego Fredinandus rex in Legione et in Castella atque Gallecia in hac donatione in Castro interfui, assensum prebui et confirmavi. Fredenando Anageldez in Castro testis. Gomesanus episcopus de Burgis confirmans. Bellite Placiniz, et Vellite Citiz de villa silus testes: Domno Gundisalbo de Sancti Cipriani testis

---

Num.º 191.

Era 1102: año 1064: got. 30: galic. 22. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Nunno mea propria voluntate vendo tibi Salvatori Sangiz nepoti Dompni Salvatoris de Matrice, meam propriam terram in loco qui dicitur valle, partis Sancti Johannis iuxta Villamgonsalvi, et terram de Nicileon in pretio, quod nobis placuit, idest, quinque solidos argenti, et totum pretium a te accepi, nichilque tibi dare remansit: ab hodie igitur in antea, terra illa in tua maneat potestate per secula omnia, amen. Sancius Crespo et Galindo fidiatores. Vincentius Memez, et Sancius Beilaz auditores. Siquis hominum ex quolibet genere tam consanguineus, quam extraneus hanc terram tibi retemtare voluerit; pariat ad palatium sexaginta solidos, et tibi illam terram duplatam. Facta carta in Era millessima centessima secunda, regnante Sancio rege in Pampilona et in Nagera: Petrus abbas in Sancto Emiliano. Ego Salvator Sangiz istam predictam terram, quam comparavi, pro remedio anime mee concedo et

confirmo ad monasterium Sancti Emiliani per omnia secula.

Num.º 192.

Era 1102: año 1064: gotico 36: galic. 52.

Ego Garcia Meliellos et Beliski et Blaskita spontanea nostra voluntate vendimus nostro casale ad tibi domno Fortunio presbiter in Resa, qui est sito ad tua porta in pretium, que nobis placuit, id est sexaginta solidos; et solare duplato: et sunt testes Fortes de Alfarra. Johannes Ciscla. Fortun Orusci. Johannes maiestro; regnante Sancio rex in Pampilona: Senior domno Zecodin in Arresa. Enneco de Tota Adenantato.

Becerro galicano in Resa: Adenantado:

Num.º 193.

Era 1103: año 1065: dia domingo á 20 de marzo: got. 58. b.º galic. 159.
Cajon E. 13: n.º 1. titulo Miranda.

Sub nomine Sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus Sancti. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, christi tamen gratia auxiliante comes Gondesalbo Albarez, vna cum vxore mea domna Guntroda cometissa non ab aliquo homine terreno coacti, sed omnipotentis Dei clementia inflamati, eiusdemque amore prefulti, pro remedio animarum nostrarum vel parentum ac filiorum requie offerimus ad atrium Sancti Emiliani nostrum proprium palatium in villa, quod dicitur Nave de Albura et cum divisa, cum exitu et regressu in totis pertinentiis de eadem villa, et suas terras, id est, in quantum ibi possunt invenire, quod ex nostra pertinentia noscitur advenire; totum offerimus ad Sancto Emiliane, et tibi pater spirituale Petre, presentibus ac succenditibus fratribus per eterna secula, amen = Similiter ego humilis Christi ancilla domna Vrraka pro mee anime remedio et parentum ac filiorum peccatorum remissio offero ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri et tibi patri spirituali Petro abbati, omnibusque fratribus tecum ibi permanentibus presentibus ac succedentibus meam casam propriam liberam atque ingenuam cum sua divisa in predictam villam Nave de Albura cum exitu et regressu in totis terminis de ipsa villa, cum omni genuitate iure perpetuo ad atrio Sancti Emiliani confirmo = Et ego Senior Albaro Gondisalbiz similiter in eadem villam predictam Nave de Albura simili tenore concedo,

et confirmo ad atrium Sancti Emiliani in manus Domni Petri abbatis Kasam meam propriam cum sua divisa et vna Serna, positam iuxta stratam discurrente ad Pontanri: ut Deo vel Sancto Emiliano deserviant per eterna secula, amen = Similiter et ego Senior Harramelli Gundisalbiz et vxor mea domna Leguntia, et meam socram domna Ximena offerimus ad atrium Sancti Emiliani et tibi patri spirituali Petro abbati pro remedio animarum nostrarum in villam supra dictam Navis Albure vnum palatium, et tres casatos cum suis terris, et quantum ad illas pertinet, et medio molino; et illa ratione de mea cogermana domna Goto, que comparavit in Nave de Albura; et in Lopudiano, in Ripavellosa, et in Varrio, in Tolmantos, cum omnibus suis divisis, cum exitu et regressu vsque ad petra de ribo, et vnam Sernam, que iuncta est ad illam Sernam, que Senior Albaro Gonsalbiz ad prefatum atrium concessit Sancti Emiliani = Similiter ego Andre Kina Alfonsez de Nave de Albura trado corpus et anima mea ad atrio Sancti Emiliani cum tota mea hereditate, vineis, terris, molendinos et quantum ad me pertinet ad integritate. Et ego Sancius rex illam agnovi, et me postulante absolvi et confirmavi ad Sancti Emiliani. Et hoc quod offerimus ab hinc deserviat in baselica Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Siquis (las imprecac.s &c.a). Facta carta era millessima centessima tertia, feria prima, tertio decimo Kalendas aprilis, regnante Sancio rex in Pampilona. Ego Sancius rex interfui et confirmavi. Munius episcopus confirmans. Johannes episcopus confirmans. Remondus infans confirmans. Senior Gondisalbus Albarez confirmans. Senior Lope Scemenoz confir. Senior Lope Sangiz confir. Alfons Telluz confir. Garcia Anaiaz testis. Munio Monacus conscriptor et testis

---

Num.º 194.

Era 1103: año 1065, á 25. de marzo: gotico 108. 8.º galicano 69.

In Dei omnipotentis et individue Trinitatis nomine. Ego Gutier Froilaz et vxor mea Guntrueda Nunniz pro remedio animarum nostrarum atque pro consequenda sublimis Dei misericordia, spontanea voluntate tradimus animas nostras venerabili patri Sancto Emiliano in presenti vita et in futuro seculo, et commendamus nos orationibus servorum Dei in supra dicti Senioris cenobio degentium, qualiter eorum deprecationibus in presenti tranquilam vitam, et in futuro requiem eternam adipisci mereamur. Igitur de dominio seculari, quod Domini gratia nobis tribuit, simul cum animabus Domino nostro sanctissimo

Emiliano, vtique abbati Petro, et presentibus confratribus concedimus atque offerimus in villa Thobar quinque Kasatos populatos, et octo Nn Ismaelitos quatuor populatos et duos solares cum terris, vineis, pomiferis et defesis lineis. solares, cum terris et vineis et pomiferis et defesis ligneis. In Banmuelos prope Muxatiello tres populatos, quinque solares: vnum monasterium et vnum palatium cum terris et vineis et molendinis duobus; cum suis cannalibus, et pomiferis arboribus, et defesis ligneis. Ego autem Guiter Zoilaz cum vxore mea Gumtroda Nunniz quando istam commendationem fecimus, hanc superscriptionem conscripsimus, et propriis manibus cum hoc signo + roborauimus. Siquis vero ex nostris, aut ex aliquibus generationibus post nostrum obitum hanc nostram conscriptionem infringere vel disrumpere voluerit, sit extraneus ab oratione ecclesie catholice, deleatur de terra viuentium, sit particeps Iude traditoris seculari honore, et obtineat eternam condemnationem. Facta est autem commendatio et conscriptio, die nono octauo Kalendas aprilis, luna quarta decima, regnante rege domno Sancio in Pampilona: rege domno Fredinando in omni Castella, et in omni Gallecia: rege domno Sancio in Aragone. Era millesima centesima tertia.

Num.º 395.

Era 1103: año 1065: oct. 7b: gal. 1.56.

In Dei nomine. Ego Egabita Moxiellez, uxo remedium anime mee dono ad Sancti Emiliani Divisa in villa nomine Aguisebiella in ribo de Aguseba; et de mea hereditate, id est, una fexaginе latus casa de Ulloma et duas terras in begas de Lumnoja latus de Godestio Alonniz, alia terra in monteito; et tres farzas de vineas et uno malleolo in valle bellaKo; et illas vineas de monte latus de Godestio Alonniz, ad integritate inde. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis, aut quilibet homo, hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, insuper a parte regale exolvat duas libras de cocto auri, et quod repetierit ad regula duplatum. Ego Egabita Moxiellez hoc dedi, roboraui, et testes tradidi. Munnia Moxiellez testis. Domno Pascuale testis. Ulloma et suos filios testes. Domna Ulaxia de Okiellas testis. Toto concilio de Sancti Johannes testes. Facta carta in era millesima centesima tertia, regnante Fredinando rex in Castella, et in Legione.

Num.º 396.

Era 1103: año 1065: oct. 36: gal. 52.

In nomine Domini redemptoris nostri. Ego Sancio nutu Dei rex

libenti animo propter remedium anime mee dono ab honore sancti Martini Barbarana una vinea in villa, qui dicitur Resa, et est in loco, qui dicitur coculo: confirmo ipsa vinea, ut ienua fiat usque in perpetuum, amen. Siquilibet homo meorum propinquorum, vel extraneorum hoc meum factum disrumpere fuerit conatus, sit a Deo omnipotenti maledictus et excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno habeat portionem; et ad regale parte pariet tres libras auri. Facta carta in era millessima centessima tertia. Ego namque Sancio rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes tradidi. Senior Fortun Lopez confirmans. Senior Enneco Sangiz confirmans. Senior Lope Furtunionis confirmans. Senior Fortun Garceiz confirmans. Senior Petro Garceiz confirmans. Senior Lope Momez confirmans.

---

aqui la del nº 727. del Apendice.

Num.º 197.

Era 1103: año 1065, á 1. de noviembre: got. 3. 8º galic 25.

Cajon A. 14: leg. 1. nº 2º titulo Cardenas.

In nomine divine ac individue Trinitatis, patris et filii simulque ex ambobus procedentis Spiritus Sancti. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, et tamen gratia Dei Santius rex Superni Regis nutu cum proprio mentis affectu inspirante placens michi animoque delectans ob sancti Spiritus revelationem, toto corde, spontanea voluntate, omnique desiderio ad atrium beati Emiliani presbiteri et sublimis confessoris Dei presenti venerabili patri Petro abbati, omnibus tecum unanimiter sub regula beati Benedicti iugum Christi decenter portantibus presentibus ac succedentibus fratribus pro adipiscenda confessoris Dei magnitudinis gratia, nec non pro mee anime remedio munus offerens Deo, concedo et promitto villam cui dicitur Cardenas, que est sita subter villam, que cognomine eodem Cardenas vocitatur, quem rex gloriosus domnus Sancius meus abavus prefato patrono Emiliano sanctissimo deserviendam iure perpetuo concessisse dinoscitur; cum suis adiacentiis, terminis, ac spatiis, terris, vineis, cum hominibus vel cum omnibus suis aditibus, molendinis et aquis productilibus usque Naiela flumen: ita tamen affirmans vobis eam, ut nullus hominum presentium nec futurorum successorum privilegii potestatem vel dominandi dictionem in ea habeat nisi tantum vos, qui ipsius sancti atrii almi confessoris prefati sanctissimi Emiliani reliquias veneramini, et ipsum sanctum

Vease la del nº 68.

Este Cardenas esta unido al q.e hoy subsiste.

aditibus.

locum omni tempore, psalmis immis et canticis illustratis, caste pie iuste honeste sub disciplina et regula vita sancte confessionis amodo et in eternum Domino servientes, qualiter vestris orationibus adiutus, cum trepens tuba mundum concusserit, et Christus dominus in iudicio apparuerit, non cum edis ad sinistram, sed cum sanctis et bonis operariis ad dexteram poni, ac absque formidine dominicam vocem audire merear: benite benedicti patris mei; et sequentia; cum omnibus sanctis, simulque vobiscum florentia regna lucraturus ubi Domini contemplatione satiatus, angelorum turmis insertus, feliciter vibam per eterna secula, amen. Siquis tamen meorum successorum vel quilibet hominum hoc munus, quod ego Deo contuli ad honorem nominis eius pro peregrinorum et hospitum ac servorum Dei humanitate impertienda huic sancto loco, et vobis supra dictis concessi, stavilibi affirmavi, conatus fuerit, aut voluerit demere vel auferre, et ipsi sancto atrio calumniam inferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio angelorum, arcangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, omniumque sanctorum Dei, utroque lumine careat, a cetu omnium Christianorum alienatus sit, et anathemate perculsus cum Juda traditore in inferni voragine mansionem, et cum demonibus in eterno igni portionem obtineat per nunquam finienda seculorum secula, amen. Et hec scripta stabilita firmaque permaneat. Facta conscriptio donationis et confirmationis anno mei regiminis undecimo, in era millessima centessima tertia, notum die Kalendas novembris, luna vigesima nona. Ego Sancius rex, qui hec fieri iussi manu mea signum hoc ✠ superscripsi et confirmavi = Ranimirus eiusdem regis germanus confirmans. Fredinandus horum frater confirmans. Remondus eorum frater confir. Fredinandus horum avunculus Castelle vetule, Legioni, Gallecie dominans = ✱ Johannes episcopus confirmans = Senior Azenari Garceiz dominator Tovie confirmans. Senior domno Marcelle dominator Maranione confir. Senior Fortun Lopiz dominator Punicastrum confir. Senior Fortun Ximeonis dominator al Monezterio confir.

✱ en los becerros se hallan copiados tan solamente los confirmantes rayados: y despues del obispo Dn Juan, añadieron Munnius episcopus confir.

Senior Eximino Fortuniones dominator Meltrie confir. Senior Fortun Sangiz dominator Falcis confir. Senior Lope Furtuniones dominator Huarte confir. Senior Eximino Azenariz dominator Tafalie confir. Senior Fortun Azenariz dominator Funis confir. Senior Fortun Sangiz dominator Buradon confir. Senior Enneco Sangiz dominator sancti Stephani confir. Senior Sancio Furtunionis dominator Nabascuesi confir. Senior Garcia Sciminonis dominator Arlas confir. Senior Fertun Sangiz dominator Esleves confir. Senior Fertun Garceiz dominator Kel confir. Senior Sancio Garceiz dominator Abtol confir. Senior Petro Garceiz armiger regis confir. Senior Fortun Ennecones pincerne regis confir. = Hunc tomum exaravit in Christo Munio Presbitero.

Num.º 198.

Era 1104: año 1066: got. 55. b.º gal. 221. b.º

Es prim.º la Sig.te n.º 199. por ser del año de 1065.

Sub nomine Christi redentoris nostri. Ego igitur Senior Azenari Garceiz mea propria voluntate feci mercatum cum Gomiz Blasquiz una serna, qui est iuxta viam, que currit ad villam Zahachi, de alia parte serna de regi, in pretium, quod nobis placuit, id est nonaginta solidos; et accepi de ipso pretio ego Gomiz Blaskiz duodecim solidos: et mortuo seniore: ego Gomiz Blascoz illam sernam offero ad atrium sancti Emiliani mea spontanea voluntate pro anima mea et parentum meorum, ut serviat ad eius honorem in secula seculorum, amen: Et quod remansit, quod non accepi de predicto pretio, amplius in perpetuo non requiro nisi a Deo et sancto Emiliano in futuro seculo, amen. Ego enim Gomiz Blaschiz, qui hoc testamentum feci, manu mea signum ✠ inieci, et testes ad roborandum tradidi. Domno meo Sancio regi confirmans. Sancio Furtuniz confir. Sancio Gudumeriz confir. Beila Carovita confir. Enneco Furtunionis confir. Super hoc testamentum si aliquis homo inruptio facere conaverit, quingentos solidos pariet cauto, et sernam illam firma permaneat in sancto Emiliano. Monnio Garceiz, et Sancio Blaskiz testes. et toto Concilio testes et confirmantes: era millessima centessima quarta.

Nota: es anterior á la antecedente.

Num.º 199.

Era 1103: año 1065, a 20. de noviembre: got. 59. b.º gal. 158. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego humilis et omnium antecessorum infimus, Christi tamen gratia auxiliante Sancius rex, divino amore succenssus, omnipotentis Dei clementia inflamatus, pro remedio anime mee vel parentum requie offero ad atrium Sancti Emiliani, et tibi pater spirituale Petre cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, unum monasteriolum in Nave de Albura nomine sancti Martini episcopi concedo tale, ut quecumque potueritis aucmentare vel comparare tam de vivis quam pro defunctis, aut qui dederit; ienum et liberum valentem habeatis: Similiter absolutionem populandum tribuo cum tale usu, ut non habeat ingrediendi ibi Saione de rex, neque pro omicidio, neque pro fornitio, neque pro ulla causa, sed ienuo iure perpetuo serviat in sancto Emiliano. Siquis vero ex meis progenitibus rex aut comes, vel quilibet homo hanc meam offertionem in aliquo vellere, disrumpere conatus fuerit; sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et post cum demones et Judas traditore in inferno inferiori dimerssus, amen: insuper ad partem regalem exolvat quinque libras auri, et retemptu ad regulam duplatum. Facta carta sub era millessima centessima tertia, duodecimo Kalendas decembris, sub gratia Domini nostri Jhu Christi ego Sancius rex regnante in Pampilona et Alaba. Ego Sancius rex, qui hunc dedi, roboravi, et testes tradidi. Munius episcopus confirmans. Johannes episcopus confirmans. Remondus frater meus confirmans. Senior Gonsalbo Albarez confir. Senior Lope Scemenoz confir. Senior Lope Sangiz confir. Senior Garcia Albarez confir. Senior Enneco Azenariz confir. Senior Lope Momez confir.

~~Nota: pongase aqui la del n.º 203.~~

Num.º 200.

Era 1105: año 1067: got. 50. b.º gal. 29. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei princeps, Domini nostri Jhu Christi inspirante clementia pro mee anime remedio et meorum scelerum expiatio obtinenda, offero ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi patri

Spirituali Petro abbati presentibus ac succedentibus fratribus, vnam villam in confinio Matuti iuxta fluvium Nagele sitam nomine Bobatella, integra et sana cum exitu et regressu et pascuis, hominibus, domibus, terris, vineis, molinis, ortis, quicquid ad eandem villam pertinet, vel aliquando pertinuit; ita ut non ab aliquo homine vel cuique parte habeat pacto, vel donationem licentiam, nisi solummodo liberam et integram serviat Sancti Emiliani: ut siquisque ex habitatoribus predicte ville in antiquo vsu deservire ad altarium contempserit; careat hereditatem et domum, et movile totum, homine solum licet expoliatum, vbi voluerit eat ingenuum: reliquum vero firmum maneat et incorruptum meum offertum per infinitum seculum. Siquis (las imprecat.s &a). Facta carta sub era millessima centessima quinta, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius gratia ego Sancius rex in Pampilona et Nagera: et meus cogermanus Sancius rex in Castella. Ego igitur Sancius rex, qui hanc cartam fieri iussi ante dominum meum Sanctum Emilianum relegente audivi, Signum ✠. impressi, et testes ad roborandum subscripsit. Ego Ranimirus, et ego Raimundus, et ego Ermesilda germanos regis confirmamus. Johannes episcopus Pampilonensis confir. Munius episcopus Naialensis confir. Albarus abba confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Fortun Lopez confir. Senior Scemeno Furtuniones confir. Senior Marcelle confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Furtun Azenariz confir. Senior Fortun Scemenones confir. Senior Fortun Sangiz confir. Senior Enneco Sangiz confir. Sancius scripsit et confirmavit.

Num.º 201.

Era 1105: año 1067: got. 41: galic. 77.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Tota pro remedio anime mee confirmo ad Sancti Emiliani presbiteri quatur Kasatos populatos, et vno deserto in villa nomine Harramellori, cum suas casas et hereditate. Ego Senior Sancio Garceiz dono ad Sancti Emiliani quatuor Kasatos populatos cum suis hereditatibus, et quatuor Kasares cum divisa: hereditate de domna Tota, id est, vna terra ante villa, iuxta limite et terra de Senior Beila Telliz; et vna terra super villa, iuxta limite terra de Senior Sancio Garceiz: alia terra in Gipuzauri: alia terra in Harrilucca: alia terra in Lacuzaballa: alia terra in Monniogaran: Hereditate de Senior

Sancio Garceiz, id est, vna terra ante villa; alia terra super villa. Et alia hereditate de Amarrana mie mannera, vna vinea, et tres eros, et vno orto in ribo de Granione, dono pro anima mea ad Sancti Emiliani. Nos omnes, qui hanc hereditate dedimus; confirmamus, ut serviat semper ibi, sicut nobis servivit. Siquis vero ex nostris consanguineis vel extraneis voluerit voce levare, ut traat ad Sancti Emiliani tam homines Kasatos quam hereditates sit a Domino Deo maledictus et confusus; et in cauto pariet a parte regis libra auri, et duplum ad regula pro quantum retentatum fuerit in tale loco. Facta scriptura in era millessima centessima quinta; Sancius rex in Pampilona.

Num.º 202.

Era 1106: año 1068, á 6 de Julio: got. 72: galic. 145.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur senior Azenari Sangiz et vxor mea domna Guntrueda, humillimus omniumque servorum Dei vltimus superni amoris accensi ardore, ac peccatorum nostrorum peterriti multitudine, proposuimus de bonis, que Dominus ad honorem istius seculi nobis largitus est, aliquid addere in possessionibus Sanctorum, ut pro remedium animas nostras et parentum nostrorum, ut eorum suffragiis eruamur ab omni mole flagitiorum, et post heredes fieri mereamur in regno polorum: concedimus et confirmamus ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi patri Petro spirituali abbati, cunctisque monachis tecum ibi Deum servientibus hereditates nostras proprias: ego Guntrueda, que habeo de meo pater Hanni Sarraciniz, et de mea matre domna Taresa; et ego domno Azenari, que habeo de profiliatione de mea mulier domna Guntrueda, et de Sonna Hanniz, de ipsas hereditates medietate in nostras villas pernominatas, id est, in Sancta Maria de Ripa-retunda nostra portione: in Ventosa nostra portione: In * Via de Ballelio nostra portione: in Besiga in barrio de iuso illos Kasares de domno Munnio nostra portione: in Termosella nostra portione: in Moscatuero nostra portione: in Carzeto nostra portione: in Castriello de Lenzes nostra portione: in Abalgas nostra mea portione: in Barcena circa Lenzes nostra portione: in Arkonata nostra portione: in Tobes nostra portione: in Raieto nostra portione: in Villa-alva nostra portione: in Quintanamontane nostra

Forte: * via pro villa

portione: in Baxcina nostra portione: in Suimranamaria nostra portione: in Ilozares nostra portione: in Nocientes nostra portione: in villa de Coeio nostra portione: in Alunec nostra portione: in Napetaga nostra portione: in Uesbolitz nostra portione: in Tiexxo nostra portione: in Trecinoja in Estramatura nostra portione: in Orcopatos nostra portione: in Dobro de Aspexa nostra portione: in Alkopa de Cobos in Extremadura nostra portione: in Serrera nostra portione: in totas istas villas per-
nominatas; cum suas divisas, cum exitus et introitus in montibus, in fontibus, in pascuis, in omnibus locis ad integritate. Ego Senior Azenarii Sangiz, et uxor mea Domna Gunxuela si habueximus filios; de ta-
tam ganato } { las nostras hereditates, et de nostras divisas et de nostro ganato, quam ganado
hereditate ubi potuexis invenire per in seculum seculi sexviant in Sancto Emiliano. Siquis autem nostrorum posterum, regum aut principum comitum vel aliquorum hominum hanc nostram donationem Deo, et Sanctis eius oblatam tollere retentare vel imminuere in aliquo de his, que supra diximus, voluexit; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus et a cetu totius Christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore in infani barazro per cuncta secula dimexsus, amen: et insuper quingue libras auri exolbat a parte regis, et a parte regula, quod retemeu, duplatu. Facta carta testamenti sub die secundo nonas Julias, era millessima centessima sexta, regnante rex Sancio Ixedimandez in Carrella: rex Alfonso in Legione: rex Garsea Ixedimandiz in Gallecia: rex Sancio Garseanis in Pampilona: rex Sancio Ihanimiriz in Aragone. Et testes presentes, collegio fratrum Sancti Emiliani testes. Senior Gutiar Fernandiz testis Senior Munio Fernandiz testis. Senior Fernan Velascoz testis. Senior Garcia Ordoniz testis. Ego Senior Azenarii Sangiz, et Domna Gunxuela de manus nostras +.+. fecimus et confirmamus. Emexoxi Arzavi scribsit.

Num.º 203.

Abra: mention á la venta de estos bienes.

Por la Cra 2303: año 1065 Becerro Gulario fol. 62. b.º

Judam episcoporum nostre provintie contra nos insurrexerunt, census et testias non sibi debitas ab ecclesiis nostris accipere voluerunt, quos omnes episcopos, nos ottonis, privilegiis nostris et canonicis sententiis,

in generalibus conciliis superavimus: et nostrum monasterium ab omni episcopali censu liberavimus: denique Munionem calagurritanum presulem, et Johannem Pampilonensem, et Simonem Burgensem, qui postea Cluniacensem monasterium perexit, in conventu Naiarensi tertias et indebitos census, de quibusdam ecclesiis nostris requirentes, monstratis privilegiis nostris superavimus ante Candidum Hugonem sancte Romane ecclesie cardinalem, presente Sancio rege eiusdem provintie=

año 1067.

Simili modo et in vico, qui Plantata dicitur, celebrato generali concilio, supradictum Munionem calagurritanum pontificem, et Blasconem Pampilonensem, et Simonem Burgensem prefati Simeonis episcopi, qui cluniacum monasterium perexit, successorem; et Munionem vetulle castelle presulem, census et tertias a quibusdam ecclesiis nostris requirentes, astantibus multis episcopis et abbatibus, ac diversi sexus plebibus, superavimus adiuvantibus privilegiis nostris ante prenominatum cardinalem Candidum Hugonem in presentia Sancii filii Fredinandi regis. Domna Elvira germana regis testis.

Itaque in omnibus conciliis in quibus ostendimus privilegia nostra bene sunt laudata et recepta a regibus et cardinalibus, et ab omnibus episcopalibus census usque in presens est liberata abbatia nostra. Era millessima centessima quinta.

Num.º 204.

Nota

Era 1106: año 1068 á 27. de mayo: got. 68: gal. 123. b.º

Es primero la escrit.ª n.º 207.

Sub nomine Christi. Ego igitur Senior Azenari Garceiz de Andesa, simul cum uxore mea domna Tota concedimus et confirmamus ad atrium Sancti Emiliani, patronoque nostro domno Petro abbati, cunctisque monachis ibi Deo tecum servientibus nostrum proprium palatium, qui est in villa, cui dicitur Trepiana, cum tres vineas obtimas; liberoque et genuo serviat ad Sanctus Emilianus. Siquis autem ex nostris progenibus aut extraneis, vel quilibet homo hunc nostrum donatum in aliquo retemtu facere conaverit; sit a Domino Deo maledictus, et a limine sancte ecclesie sequestratus, et in futuro seculo non evadat eternas penas, et a regali parte

exolbat due libras auri, et palatio vel retemtu duplatum. Facta carta in era millessima centessima sexta*: Sexto Kalendas iunias. Ego igitur Senior Azenari Garceiz, et uxor mea domna Tota, qui hanc offerta dedimus, testes tradimus. Senior Petro Nunniz testis. Senior Garcia Sangiz testis. Senior Didaco Assuriz testis. Sennior Nunnio Assuriz testis. Didaco Larristar testis. Sancius rex in Pampilona. Sancius Ranimiriz in Aragone. Sancius Fredinandus in Castella.

Num.º 205.

Era 1106: año 1068: gpt. 101. b.º gal. 137. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Munnio Assurez, et Albaro Assurez, pro animas nostras tradimus nosmedipsos ad atrium Sancti Emiliani et omnium collegium fratrum, et offerimus nostras portiones de propria nostra divisa quam habemus in ripa de Sancta cruce ab omni integritate. Siquis autem homo ex nostris vel extraneis hanc nostram donationem disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotenti maledictus et excomunicatus, et cum Juda Domini proditore sortitus, amen: et ipsa divisa duplata et meliorata in tales locos, cum quales fructus invenerit; et a parte rex centum sexaginta solidos argenti, et ad regula quinque libras auri. Facta carta in era millessima centessima sexta, regnante Sancio rex in Castella: Alfonsus rex in Legione: Garsea rex in Gallicia: et Sancio Garsia rex in Naiera, et in Pampilona: et Sancius Ranimirez rex in Aragone, et in Suprarbi. Ego Munnio et Albaro Assurez confirmamus divisa in Sancti Emiliani per omnia secula, amen.

Num.º 206.

Era 1106: año 1068: gpt..... galic. 40. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei princeps, Domini nostri Jhu Christi inspirante clementia, pro anime mee remedio, et meorum scelerum expiatio obtinenda, cum voluntate et consilio de domno Juliano presbitero de Formella superiora dono et confirmo ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi patri spirituali Petro glorioso abbati cum collegio monachorum sub regula Sancti Benedicti ibidem comorantium presentium,

ac futurorum, illas suas casas, quas ego per cartam habui ei datas in villam supradictam, cum illius hereditate terris, vineis, et quicquid ad hanc domum pertinuit vel pertinere debebit, ad integrum sit de iure regali et de dominio seculari exito, et in vestra maneat potestate firmissimo per omnia secula, amen. Et accepi in honore de Juliano unum equum centum valente solidos. Omnia autem ut dixi ad integrum sit concessum vobis. Ab hinc autem siquis (las imprec.s &a). Facta carta offertionis sub era millessima centessima sexta, ego Sancius rex in Pampilona et Naiera regnante. Et Sancius consanguineus meus in Castella. Ego igitur Sancius rex, qui hanc fieri iussi, signum ✠. inieci. Ranimirus frater regis confirmans. Eorum frater Raimundus confirmans. Infante domna Ermesilda confir. Munius episcopus confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Azenari Garceiz confir. Sennor Fortun Lopez confir. Senior Eximino Fortunionis confir. Sennor Garcia Lifuarriz confirmans.

Num.º 207.

Era 1105: año 1067: got. 56. b.º galic 221.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Azenari Didaz del Cieko divino succensus amore, et peccatorum meorum compulsus recordatione, statui de proprio, quod michi Dominus largitus est, concedere aliquid in eius honore: id circo concedo et confirmo ad honorem Sancti Emiliani confessoris Dei et ad tibi Blasconi abbati, et omnium fratrum ibidem commorantium, id est in el cieko villa meum proprium palatium cum tota sua hereditate terris, vineis, molinis, pratis, montibus ac defesis, et cum pascuis et exitu et regressu, atque omnia, que michi ibi mea esse videntur ad integrum. Siquis (las imprec.s &a). Facta carta in era millessima centessima quinta, regnante Sancius rex in Pampilona et in Naiera: coiermanus illius Sancius rex in Castella. Ego quidem Azenari Didaz, qui hanc cartam fieri iussi, hoc signum ✠. inieci, et testes tradidi. Munio Episcopus confirmans. Furtunius episcopus confirmans. Senior Didaco Albarez confir. Senior Gonsalbo Gonsalbez confir. Senior Nunno Munnioz confirmans. Senior Furtun Albarez confir. Senior Johannes Abolbalite confir. Senior Lihoarrez confir. Filio meo Senior Furtun Acenariz confir.

Num.º 208.

Era 1107. año 1069, a 27. de mayo: gpt. 4.o b.º galic. 76.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei rex, successus Domini amore, ac peccatorum meorum pertexitus multitudine, concedo et confirmo ad honorem sancti Emiliani presbiteri patroni nostri et tibi abbati Blasconi simulque cunctis fratribus tecum ibi Deo, et sancto Emiliano servientibus in confinio carrii Franioni, monasterium reliquiis sancti Tome apostoli consecratum cum omnia, que ad eum, pertinere videntur ad integrum cum terris, vineis, ortis, sibulis, pratis, arboribus, pascuis, montibus, cum exitu et regressu et uno molino cum suo linare ad integritate, et est sub Franione, de superiori parte molino de alma Nafarra, et in latus eius terra de rege. Et dono vobis illa terra, qui fuit de Gomiz Sagitero: et ego Blasco abbati dedi ad illo Gomiz Sagitero pro confirmatione huius terre uno bove quatuordecim valente solidos. Igitur quicquid post hec potueritis edificare vel comparare aut ampliare in aliqua causa, firmum ingenuum et valentem ab omni potestate regali vel principali per omne seculum possideatis; qualiter adiutus precibus vestris merear elui ab omni mole flagitiorum, et cum celiculis possidere gaudium infinitum. Siquis autem meorum filiorum, propinquorum vel extraneorum hanc meam donationem dirumpere voluerit vel diminuere temptaverit; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus et maledictus, et cum demonibus in inferni incendio per cuncta secula submersus, amen; et pro retentatione a parte regis exoluat tres libras auri, et duplum. Facta carta in era millesima centesima septima, sexto Kalendas iunias, regnante domino nostro Ihu Christo, et sub eius gratia ego Sancius rex in Sampilona: et coiermanus meus Sancius rex in Castella. Ego vero Sancius rex hec scripta legente audivi et confirmavi, et testes tradidi. Aluinius episcopus confirmans. Fortunius episcopus confix. Senior Domno Marcelle confix. Senior Fortunnize naviz confix. Senior Domino Arzenariz confix. Senior Fortun Sanziz confix. Senior Lope Fortuniones confix. Senior Enneco Lopez confix. Senior Domno Orobita confix. Senior Garcia Lopiz confix. Ego Sancius scripsi et testis.

Num.º 209.

Era 1108: año 1070, dia lunes, 18 de Enero: got. 118. b.º gal. 128. b.º

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis, patris videlicet et filii et Spiritus Sancti, qui est unus Deus in Trinitate, et Trinitas in unitate. Ego humillimus et omnium Servorum Dei Servus, ipso tamen Deo disponente, Burgensis dominans totius Castelle rex nomine Sancius; ob multitudinem criminum meorum terribile Dei metuens iudicium, Deo aliquid decrevi dare obsequium, ut si culpis meis exigentibus deputatus fuero in infernum flaminis ultricibus; te Domine indulgente pro Sanctorum intercessionibus tuorum eruar a tartari ignibus, collocerque in polorum sedibus: ad hoc impetrandum elegi, Christe, confessorem tuum Emilianum, de mea possessione eius offerens altari aliquantulum, ut eius inventu, ablatis mearum noxarum culpis, a te in tuo regno hoc accipiam centuplum. Ego itaque Sancius rex offero tibi Domino et redemptori nostro Jhu Christo, tibi Blasio abbati, omnibus consociis tuis monachis, qui in hoc cenobio beati Emiliani regularem vitam auxiliante Deo ducitis, offero inquam vobis ecclesiam quandam in honore beati Sebastiani martiris constructam loco qui dicitur Artable, et in circuitu eius septuaginta et duos passus pro dextris suis: preterea iussione regia precipio vobis in circuitu eius ecclesie rusticos ad populandum agregare, domos edificare, vineas et arbores, vel ortos plantare, exitus et regressus habere, presuras accipere cum suis vicinis, et esse absque fornitio et homicidio, liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Omnia vero que ad ecclesiam suprascriptam pertinet, ubi potueritis invenire ab hodierno die tempore, a regali iure, et dominio sint abrasa, et vestro dominio tradita, et regali concessione confirmata. Siquis (las imprec.s &a.). Facta huius series testamenti donationis et confirmationis in era millessima centessima octava *, feria Secunda, quinto decimo Kalendas februarii, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius clementia, me Sancio rege regnante in Castella. Ego igitur Sancius rex hanc donationem, quam feci, testamenti subcriptione confirmavi, et manibus roboravi, signum crucis impressi ✠. testesque ad roborandum subscripsi. Domna Urracha soror regis confirmans. Domna elvira soror regis confir.

Eximinus episcopus Burgensis confirmans. Obeko abbas Oriensis confir.= Bermud Gutierrez confir. Senior Lope Sangez confir. Fernand Gondalbez confir. Fortun Sangez confir. Gondalo Salvadorez confir. Albaro Salvadorez confir. Bermud Vermudez confir. Senior Didaci Albarez confir= Julian Alketine confir. Garcia Ordoñez dominante Ponticurbo confir.

te: Gonzalo

Num.º 210.

Era 1108: año 1070, á 25 de febrero: got. 49.6.º galic. 49.6.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem gratia Dei Sancius rex, vna cum vxoris mee Placentie regine, amore divino compuncti, ac Scelerum nostrorum numerositate recordati, sic facimus donationem pro remedium anime nostre ad atrium Sanctissimi Emiliani patronis, et tibi patri Blasio abbati, nec non et omnibus tibi Subiectis clericis ibi die noctu Christo famulantium: idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris illos cannales, qui dicunt de Vadolongo in fine insula de Varea, de vna parte in alia ad integritate: Similiter domum vnam sitam desursum villam, cui omnes noscunt antiqua esse labore, nomine Sancti Petri, ad possidendam mansionem habeatis, et illo frater domno Belasio cum filio suo, vel de eius filios, iure perpetuo ienuos confirmo ad Sancti Emiliani in oficio piscamina. Et illa terra, que est deorsum parte de Varea iuxta via, que vadit ad Sancti Martini, deorsum parte, et fuit de domno Gomiz de Ruego filio de domna Sancia, similiter confirmamus. Siquis autem filiorum, proquinquorum, aut extraneorum, regum, principum, vel aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel disrumpere voluerit, sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio Christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper a parte regali pariet quinque libras auri, et ad regula duplum. Facta carta donationis era millessima centessima octava, quinto Kalendas martias. Ego igitur Sancius rex, et coniux mea dominante Pampilona, qui hec fieri iussimus, manibus nostris signos ✠.✠. iniecimus, et testes tradimus. Raimundus frater meus testis. Armesilda et domna Maior germanas regis testes. Munio Episcopus confirmans. Blasius episcopus confir.

Furtunius episcopus confir. Albarus abba confir. Senior domno Marcelle confir. Senior Furtun Azenariz confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Lope Furtunionis confir. Senior Petro Garceiz confir. Senior Lope Momez confir.

Num.º 211.

Era 1108: año 1070: got. 62. b.º gal. 186. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Enneco Lopez et uxor mea Totadomna donamus pro anima de filio nostro Sancio Ennecones in Bizcahia collazos et hereditate, id est, in Gorritiz illos palatios de Madariaga cum omni pertinentia terras et mazanares, de illos salices de Urrenguena iuso cum omni pertinentia: in Vercandona nostra ratione: et in Catoica nostra ratione: et in Gondorro nostra ratione in omnibus locis predictis ad integritate serviant ad baselicam Sancti Emiliani. Siquis ex nostris propinquis, vel quilibet homo hanc nostram donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Jhu Christo maledictus et confusus, et a regali parte persolvat duas libras auri, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima centessima octava. Filios nostros Lope Ennecones, et Garcia Ennecones, et Galindo Ennecones testes et confirmantes.

Adicion del 1082.

Ego igitur comite Lope Ennecones et uxor mea domna Ticlo, donamus pro animas nostras ad Sancti Emiliani in loco qui dicitur Cornikiz Lifuar Munnioz cum suas casas populatas cum divisa, et sua mulier, et filios filiorum suorum, ut serviant per in seculum seculi, presenti Albaroni abbati; in era millessima centessima vigesima.

Num.º 212.

Era 1108: año 1070, á 23. de mayo, dia domingo: got. 61: gal. 169. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem inutilis, et omnium antecessorum meorum infima, Christi tamen ancilla domna Legunthia, pronto corde, sinceraque mente, ac spontanea voluntate offero corpus et anima mea ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri in manus domini mei et patroni Blasconi abbati coram presentibus fratribus, simulque et quod et dominio seculari michi facultas

a Deo concessa est, offero ad atrium predicti Dei confessoris meum proprium monasterium reliquis ferente Sancti Thome apostoli in locum quod dicitur Ripabellosa, cum divisa et orto, et una terra super illa defesa, et duas vineas una ex his in petraforata, et alia vinea de Gutier: et alias duas vineas iuxta Sancti Christofori, et ero iuxta via, que pergit ad Alaba: alia terra iuxta fonte, et dedit Senior Albaro Gonzalbez de Ripabellosa: alia terra in Targas. Et alium monasterium in Quartango, quod dicitur Lupudiano, medietate, cum terris, ortis, et pomariis, et sua divisa. Et in Nave de Albura quatuor casas, et sua divisa, et medio molino, et linare, et hominibus cum hereditate. In Varrio de Verbeia quinque Kasatos populatos cum terris, vineis, ortis, linares, exitu et regressu, libero, et divisa. In Tolmantos duos Kasatos populatos, et uno solare, cum terris, vineis, exitu et regressu, libero, et divisa. In omnibus locis predictis libertate erit sana tam de omicidiis, quam de fornitiis, et absque regali saiona. Omnia hec predicta ego domna Legunthia comparavi a domna Goto Rodriz: postque parte monasterii maneat confirmatas in Sancti Emiliani per secula infinita, amen. Senior Harramelli Gonsalbez, et Senior Scemen Gonsalbiz, et Senior Monnio Albarez, et Senior Gonsalbo Harramelli fidiatores. Siquis vero super hanc meam offertionem tam de meis consanguineis, quam extraneis iudicii propulsator extiterit, aut retemtu fecerit; sit a Domino Deo maledictus et anathemacitatus, atque excomunicatus, cum diabolo et Juda traditore in inferno inferiori penas eternas sustineat luiturus, amen: et a parte regale conferat quatuor libras auri, et quod retemptatum ad regulam duplatum. Facta carta in era millessima centessima octava, decimo Kalendas iunias, feria prima, regnante Sancio rex in Pampilona et Alaba. Ego igitur domna Legunthia, qui hunc testamentum scribere feci in Sancto Emiliano relegente audivi, manu mea signum ✠ depinxi, et testes ad roborandum subscripsi. Ego igitur Sancius rex huic promissioni interfui, subscripsi, et confirmavi. Senior Eximino Azenariz confirmans. Senior Enneco Furtunionis confir. Senior Enneco Sangiz confir. Senior Lope Blascoz confir. Senior Gundisalbo Nunniz confir. Senior Furtun Johannes confir. Senior Kideri Kideriz confir. Senior Enneco Azinariz confir. Munio scripsit.

Num.º 213.

Era 1108: año 1070, dia lunes á 24 de mayo: got. 65. b.º gal. 157. Ho

Sub nomine Christi. Ego igitur Albaro fratre de Montaniana de iuso spontanea mea voluntate, pro remedium anime mee dono ad atrium Sancti Emiliani presbiteri, et tibi abbati Blasio cum ceteris monachis uno solare cum era ad casas faciendum in Montaniana de iuso, et abui comparato illo solare de Albaro Albarez in viginti duos solidos et medio: et una terra ad illa ponte de Sancta Maria iuxta Serna de abbate domno Falcone de Sancta Maria de Cassera, et una vinea ad Sancta Cruce: et post obitum meum de mobile mea pertinentia medietate inquirite. Quod si aliquis homo hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotentis maledictus et confusus et a parte regali solvat duas libras auri, et quod retemtu duplatum. Facta carta in era millessima centessima octava, secunda feria, nono Kalendas iunias. Ego Albaro, qui hoc dedi, testes ad confirmandum tradidi. Albaro confirmans. Dominico suo germano confir. Gotin confir. Tello Obecoz confir. Didaco Furtuniz testis. Obeco Monnioz testis.

Num.º 214.

Era 1108: año 1070: got. 84. b.º galic. 62.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Veila Telliz desiderio et amore christi succenssus, placens michi, pronto corde concedo et confirmo ab honorem Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi presenti Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, pro animas de meas germanas domna Urraka, et domna Legundia, atque pro me ut a Domino mercedem accipiam, illos collazos, que ad nos pertinent in Nokeruela cum casas et hereditate, et divisa cum exitus et introitus, et cum quantum ad nos pertinet in ipsa villa, ad integritate sit in Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis, vel quilibet homo hanc meam offertionem in aliquo demere aut disrumpere voluerit; sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Judas traditore et demonibus in inferno mancipatus, amen: insuperque ad regis terre persolvat quinque libras auri, et duplum ad regulam. Ego igitur Senior Veila Telliz, qui hec dedi, testes ad robrandum tradidi. Senior Eximino Azenariz confirmans. Senior Furtun Azenariz confirmans. Senior Lope Furtunionis confirmans. Senior

Garcia Sangiz confirmans. Sancius rex in Pampilona et in Naiera imperante. Facta carta in era millessima centessima octava.

Num.º 215.

Era 1108: año 1070, dia martes 21 de Septiembre: got. 121. b: gal. 10.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Munio conversu, mea sana et integra voluntate offero corpus et animam ad atrium Sancti Emiliani in manus Blasconi abbati, et presentibus fratribus cum duabus vineis ex his vna in loco quod est via cordovi, et alia vinea in lombo, et duas terras vna illo valle, de vna parte terra de Sancio Enneco, de alia parte terra de Jonti, et alia in illo iulalar, et medietatem de illo molino, qui est in introitum Villegondisalbo, quem egomed ipse feci; tali eas offerens ordini, ut quandiu vivens fuero corpore, cum illis serviam Deo et Sancto Emiliano abbati et fratribus omnibus; et post obitum meum deserviant in Sancti Emiliani porta peregrinis omnibus advenientibus. illas duas predictas vineas cum mea cupa, et duas terras, et de molino medietatem sint a me offertas in Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Siquis vero ex abbatibus seu ex fratribus hanc meam donationem alio quovis loco vel homini, prestando alienaverint; sit a Domino Deo omnipotenti excomunicatus, et a cetu Christianorum seclusus, cum demonibus eternas penas sustineat luiturus in secula omnia, amen. Facta carta donationis seu offertionis sub era millessima centessima octava, feria tertia, vndecimo Kalendas Octobris, luna vndecima. Munio exaravit in Christo.

Num.º 216.

Era 1108: año 1070: gotico 137. galic....

In nomine triplo, simplo Divino. Hoc est privilegio de solutionis, quam ego Sancius rex, et vxor mea Placentia regina libenti animo, adque spontanea voluntate facimus tibi domno Andres propter tuum fidele servitium bonum, quod michi fecisti: Solvimus te et vxorem tuam et filios filiorum tuorum per secula seculorum, amen: Tam in Nagara quam in Alesanco cum tuo apertinente sive vineas sive terras vel vbicumque potueris comparare, et vbi habes comparatum in tota mea terra, et in toto meo termino potestatem habeas, et

sic tibi absolvo sine sigillo, et sine ulla facendera, et sine fornicio, et sine omicidio, et sine ullo foro malo tu et uxor tua, et filii filiorum tuorum usque in perpetuum. Siquis hunc meum testamentum, vel scriptionem disrumpere voluerit, fiat a Domino Deo maledictus et confusus, et anatematizatus: insuper cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori, amen. Facta carta in Nagara absolutionis et roborationis in era millessima centessima octava, die quinta feria, regnante Sancio rege in Pampilona et in Nagara. Blasius episcopus in Irunia confirmans. Munnius episcopus in Nagara confirmans. Fortunius episcopus Alavensis confirmans. Senior Enneco Lopez dominans Nagaram confirmans. Senior Fortun Lopez in Punicastro testis. Senior Fortun Azenarez in Funes testis. Senior Enneco Azenarez in Tubia testis. Senior Garcia Lhoarrez prepositus in palatio regis testis. Senior Enneco Azenariz testis. Senior Fortun Sangiz maiordompnus testis. Senior Petro Garceiz armiger regis testis. Senior Lope Sangiz stabularius testis. Senior Lope Momiz Votecarius testis. Senior Sancio Azenariz pincernarius testis. Ego Sancius rex, qui hanc scripturam fieri iussi, manu mea signo ✠ et confirmo. Sancius regis scriba notavit et signavit ✠.

Num.º 217.

Era 1108: año 1070: got. 105. b.º galic. 4. b.º

Sub nomine Christi: titulum Sancti Emiliani Blasio abba: transactis temporibus in diebus de regis Sancii Garcia contigit, ut armenta Sancti Emiliani sederunt in Losellas, et venerunt illi de Pazongis, et fregerunt tugurium, et proiecerunt baccis de illa bakariza, deinde fecerunt querimonia illis de Sancti Emiliani ad Sancio rex cum sua carta: et Sancio rex per hoc accepit sexdecim baccas de Pozongis, et iussit rex, sicut prius fuit bakariza genua ad baccis de Sancti Emiliani: ita firmavit ut per omnia secula licentiam habeant pascendi armenta de Sancti Emiliani. Inter hec fuit altercatio inter homines de Pozengis: quisdam ex illis dixerunt ad suos, per vim ibimus ad illo ganato, quia scimus ut de ganato de Sancti Emiliani in losellas debet sedere: et iuraverunt de Pazongis Janniz, et Blasius Sangiz, ut per directum armenta Sancti Emiliani in losellas debent sedere. Et ego Sancius rex

ad honorem Sancti Emiliani cautu retemtu firmare sicut tugurii regis ita Sancti Emiliani ad parte regis componatur fiscale, et quod perditum ad monasterium duplatum. Facta carta in era millessima centessima octava, regnante Sancio rex in Nagera et Pampilona. Raimundus frater meus testis. Ermesenda germana mea testis. Munnius episcopus testis. Blasius episcopus testis. Senior Domno Marcelle testis. Senior Furtun Azenariz testis. Senior Eximino Garceiz testis. Senior Furtun Garceiz testis. Senior Lope Furtunionis testis. Senior Lope Mome testis.

Num.º 218.

Era 1108: año 1070, á 13. de noviembre: got. 56: gal. 57.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, et tamen gratia Dei Sancius rex, superni regis nutu, cum proprio mentis afectu, placens animoque delectans ob Sancti Spiritus revelationem, toto corde et spontanea voluntate dono et confirmo villulam, que dicitur Mendicu, que est sita inter Nafarruri et Padulella, ac Varriolo Scemenurri sibi pertinenti, cum domibus, agris, duobusque molinis, ortis, linares, cum sautis singulis, et flumen, cum exitu et regressu, et pascuis determinatis in atrium sanctissimi Emiliani presviteri et confessoris Christi, et tibi patre spirituali domno Blasio abbati, ceterisque fratribus tecum ibi Deum sub norma beati Benedicti servientibus presentibus ac succedentibus, ut pro intercessione vestra, et omnium Sanctorum lotus a sordibus peccatorum, letus merear possessor esse regna celorum, et in dextera Dei perfrui regna polorum locupletatum, amen. Siquis autem, quod fieri minime credo, hanc meam donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere filiis aut neptis, sive aliqua subrogata persona, sit a cetu Christianorum confusus, et in presenti bineas careat lucernas, postque averni non evadat penas, et in fisco regali septem aureas exolvat libras, et quod retemtum ad regula duplatum. Facta carta sub era millessima centessima octava, idus novembris, regnante Domino nostro Jhu Christo, et ego Sancio rex sub eius imperio in Pampilona in Naiera et Berrocia. Ego Sancio rex, qui hanc donationem confirmavi, signum feci ✝ et testes tradidi. Raimundus frater meus confirmans.

Ximesilda germana mea confirmans. Blasius episcopus confirmans. Munnius episcopus confir. Dominicus abba confir. Albarus abba confir. Senior Ximino Sanceiz confir. Senior Fortun Lopiz confir. Senior Ximino Furtuniones confir. Senior Fortun Sanceiz confir. Senior Fortun Semenones confir. Senior Xmeco Sangiz confir.

Num.° 212.

Caxa 1108: año 1070, á 15 de diciembre dia martes: gor.... gal. 76:

Cajon E. 5. legajo 1.° n.° 2. titulo Frañon.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego humillimus, et omnium servorum Dei ultimus, et tamen Dei gratia ego Senior Sezenarii Sanceiz: tibi domino meo, Petro abbati cum consociis fratribus tecum in timore et amore maiestatis superne vinculo caritatis in unum commorantibus, in Domino nostro Ihu Christo perpetuam felicitatem, amen. Denique inspirante bonitate divina, que quotidie ingratis beneficium prestat, non ob inde compulsi, inde ob honorem atque gratiarum actionem creatoris nostri ac Domini, et ad laudem nominis eius, et pro remedio scelerum meorum, vel pro adventicijs pauperum vel peregrinorum humanitas imperticnda concedo et trado duo monasteria in honorem Sancti Emiliani presbiteri et confessoris, vel vobis supra nominatis fratribus in confinio Cartxi Franioni monasteriium, quod dicitur Sancti Micael cum tota sua populatione, et ingenua simpex atque absoluta, pro populare per secula infinita: Et aliud monasterium in eodem territorio, quod vocatur Sancti Tome apostoli cum terris, vineis, ortis, molinis piratis, arboribus, pomiferis, arearum salinis, egressu et regressu in pascuis: Et de illo ribulo, qui aguam ducit ad villam suam partem de agua quotidie, quantum per foramen unius manualis mole posset transire: et in Sabbatis diebus totam, que in rivulo fuerit: et in martis die quintam partem illius atque. Hec omnia cum omni quietate sicut ea ego de domno meo Sancio rege comparatis et roboratis tenui; offero et concedo ad atrium, medicti Emiliani, presbiteri atque sanctissimi, per omnia secula, amen: qualiter, pro eorum obtentu et sanctorum intercessione lotus a sordibus, quum ultimus venerit dies examinationis; de iudicio securus, bonis omnibus ditatum inter agmina angelorum coaduna-

tum merear, perfrui xegnis, voloxum loupletatum, per exexna se-
cula, amen. Ab hinc autem siquilibex homo tam ex consanguineis,
id est, filiis neptis, seu exxaneis, vel xegibus, comitibus, poxtaciis,
infanxonibus, vel ex villanis plevibus super hanc meam offextio-
nem auxu xemexaxio in quolibex caxu convellexe infxingexe, vel in
modico contexbaxe conatus fuexit; sit primitus a Domino Thu Chxis-
to maledictus, et a Chxisti coxpoxe et sanguine excomunicatus, et a
limine Sancte matxis ecclesie segxegatus, vtxisque in fxonte vivus
caxeat lucexnas, demumque cum diabolo et Juda txaditoxe maxanata-
xanathema factus cum demonibus penas etexnas sustineat luituxus
amen: insuper temporali damno afflictus, decem auxi libxas exolvat
in fisco xegali convictus, ad paxtem autem xegalem, quod xetempta-
vexit, duplatum et melioxatum xestituat: donatum autem meum
fixmum maneat et inconvulsum. Facta scxipteixa testamenti xcimo
octavo Kalendas ianuaxias, exa millesima centessima octava, fexia
texcia, luna quaxta decima, xegnante Domino nostxo Thu Chxisto, et
sub eius pxesidio Sancioni xegi in Pampilona et in Naggexa; et in
Castella Sancius xex coiexmanus illius. Ego autem Seniox Azenaxi
Gaxcexz, qui hanc caxtam fiexi iussi manu mea signum † feci, et
testibus ad xoboxandum txadidi = * Seniox Domno Maxcelle confixmans.
Seniox Fxextun Azenaxiz confix. Seniox Oxinimo Azenaxiz confix. Se-
niox Fxextun Sangiz confix = Seniox Ximeco Sangiz confix. Seniox Lo-
pe Fxextuniones confix. Seniox Ximeco Lopiz confix. Seniox Lope Ximecones
confix = Seniox Domno Oxbita confix. Seniox Ximeco Azenaxiz confix.
Seniox Gaxcia Lopez confix. Seniox Azenaxi Lopez confix = Episcopus
Domno Vlumnio confix. Episcopo Domno Belaxio confix. Episcopo Domno
Fxextunio confix. Abbate Domno Vxamudo confix = Seniox Fxextun Se-
xmenones confix. Seniox Gaxcia Lisoaxxez confix. Seniox Fxextun Azen-
naxiz filius eius confix = Ego Sancius Scxipsex, huius opexis exaxatox et texis.

* En el bexso se copia-
ron a Sñ
m.e 29 con-
firmantes va-
xios.

Num.° 220.

Era 1107: año 1069. got. 899.°: gal. 1160.°

Sub nomine Christi xedemptoxis nostxi. Ego igitux Domno Alvino,
et Amaiaiaiz, et Domiz Azenaiaz, et Domna Auxobellito et meo filio

Fuxtem Blascoz, placens nobis spontanea voluntate, una concordia pro animabus nostris remedium concedimus et confirmamus ab honore et atio Sancti Emiliani presbiteri, et tibi domno Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus in Taiolas et in varrio de Corezo de abbate Vita nostras proprietates cum divisa, pratis, pascuis, montibus, fontes, molendinis, cum exitus et introitus ad integritate. Siquis autem ex nostris, propinquis vel extraneis, aut quilibet homo hanc nostram donationem in aliquo dirumpere voluerit; sit a domino Ihu Christo maledictus et excomunicatus, et cum Judas traditore sortiatur, amen: insuper a patre regali persolvat duo talenta auri, et duplo ad regalia. Nos omnes, qui hec vidimus, testes in roboratione tradimus. Domínico Gutiz testis. Didaco Monnioz testis. Lacino Monnioz testis. Dominico Licengez testis. Beila Didaz de Taiolas testis. Veillo Monnioz testis. Annaia Braboez de Portiella testis. Facta carta in era millesíma centesíma nona. Sancio Fredinandez rex in Castella. Eximino Furcuniones in Ponteurbo.

Num.° 223.

Era 1109: año 1071, dia domingo, á 20 de noviembre: got. 36: gal. 54.°

Sub nomine Christi redemptoris nostri: Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, ac tamen gratia Dei condonante Sancius rex, superni regis nutu, et uxoris mee Placentie regine, prebendo assensu cum proprio mentis affectu, placens nobis atque cordibus tuis delectans ob sancti spiritus revelationem totis mentibus et spontaneis voluntatibus donamus et confirmamus unum monasterium iuxta iberum fluvium in exitu Rese, potenti vicu, reliquias, orante alme Dei genitricis Marie cum exitu et regressu cum vineis et ortis; et quicquid ad eum pertinuit vel pertinere debebit, cum tota integritate et ingenuitate offerimus ad altium sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri spirituali Blasio abbati, ceterisque fratribus ibi Deo servientibus, ut pro vestra exoratione et sancti Emiliani intercessione Iesu a sordibus peccatorum mereamur et possessores fieri regni celorum, amen. Siquis vero ex nostris, progenie, vel extraneis hanc nostram donationem conaverit in aliquo dirumpere, sit a cetu Christianorum confusus, et a Christi comunione alienus, postque averni cum Juda proditore eternas non

evadat penas, amen: ac tantum a regali pacto solvat decem libras auri.
Facta carta donationis sub era millesima centesima nona, feria prima, duodecimo Kalendas decembris. Ego igitur Sancius rex et coniux mea Placentia regina, qui hanc cartam confirmamus, et manibus nostris signos ✝✝ impressimus, et testes ad roborandum tradimus. Raimundus frater meus confirmans. Oximina et Ximenilda et domna Maior germanas meas confirm. Munius episcopus confirm. Blasius episcopus confirm. Fortunius episcopus confirm. Albarus abba confirm. Senior domno Marcelle confirm. Senior Fortun Arenaz confirm. Senior Oximino Arenariz confirm. Senior Fortun Garceiz confirm. Senior Petro Garceiz confirm. Senior Lope Alomez confirm. Munius scriba testis.

Num.º 222.

Era MoC: año MoLX, á XXIIde diciembre: qpt. 34: gal. 46. b.º

Cafon O. Mo. leg. V. n.º V. titulo Villarese.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei rex, Domini nostri Ihu Christi inspirante clementia, pro mee anime remedio, ac scelerum meorum ablutio offero ad atrium almi Dei confessoris Emiliani, presbitori, et tibi patri spirituali Blasconi abbati cum ceteris fratribus ibi Deo servientibus vnam villam iuxta vicum Alazanaz sitam nomine Villare dictum, ad integritatem cum omnibus hominibus, terris, vineis, ortis, pomiferis, cum exitu et regressu, et pascuis determinatis et montibus, ac deffesis; id est de illa strata, que ad sanctum Emilianum pergit ad tibulum lapaci, postque ad basilicam sancte Teodosie; deinde per viam que pergit ad tibulum Cizonie husque ad lumbum carcaretum, et per eandem viam usque ad Nafassuri; deinde lumbo lumbo acuto, et eodem vero lumbo ad fonte lubrica; deinde ad viam latronis: cum uso antiquo et tenore definito, id est, ab introitu martii usque medietate mensis octubri, pecus quod receptum fuerit super stratam, que pergit ad sancti Emiliani pascendi causa in omnibus festiatis diebus, quibus a labore humano quiescunt populi, de boves, baccis, caballis, equis, mulis, asinis, pro singulis pis animalis, singulis reddatur argentis; et de vna quaque ovium grege macetur axies vnus; et in porcorum grege exit decimacio. In montana quoque defesa, quicumque carrum intromiserit, quam-

(1 Sicut señalando la pena de 4º. argenteos por carga de leña, 6º caballeria; y por la cama de un hombre á cuestas un argenteo: y por el tronco de un arbol 5 sueldos por el quarda)

vis, per axida ligna, quingue solidos reddat custodie: in pastu que-

(exit. adverbio)

gue porcorum fuerive; decimatio exit tam de avenis, quam de indi-

(1 pro asinum, mulum, equum, equam carregatis ex ligna, per singula capita viri argenteum reddat: hominem vero carregatum ex ligna, unum ar-genteo reddat: et de inclitore exboris, qui exierit, et solidos reddat custodi.)

genis exte. Cum omnibus mobilibus et immobilibus, quicquid ad eandem villam, pertinet, vel aliquando pertinuisse dignoscitur: quemadmodum in meo iure retentam retinui cum eodem usu ad predicti Confessoris Emiliani deservire mandare curavi: ita ut Siquisque habitator huius ville elatus, minis exordi in antiquo usu exposuerit contemptiosus; caream hereditatem et domum, et mobilem totum: et ubi voluerit liberum vadat. Siquis vero ex meis propinquis successoribus, vel extraneis hunc meum munus donativum, in quolibet violator extiterit; in primitus sit a Deo maledictus et confusus, et anathomate percussus cum Juda traditore in inferni voragine demersus per infinita secula, amen: insuper ad partem regalem, pariet decem libras auri, et duplum. Facta carta donationis et confirmationis in era millessima centessima nona, secundo idus decembris, regnante ego Sancio rex in Pampilona in Naiora et Alaba. Ego Sancius rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci. Regimundus frater regis confirmans. Emerildo, et Eximina germanas regis confir. Illumnius episcopus confir. Blasius episcopus confir. Fortunius episcopus confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Fortun Azenariz confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Enneco Lopez confir. Senior Enneco Sanziz confir. Senior Lope Momez confir. Blasco Cardelle Leionense confir. In palatio regis omni excusatione tam maiores, quam minores huic donationi et confirmationi fuerunt.

Núm.º 223.

Era ⅌⅌v: año ⅌o67. gpt. 38.º gallic. ⅌84.º

(Era escrito presuntamente al año ⅌o67. Episcopus.)

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur episcopus Nunno monasterii Sancti Vincenti de Ocoizta ofero ad honorem Sancti Emiliani: Et ego domna Eximina simul cum filios meos spontanea voluntate concedimus et confirmamus ad altarium Sancti Emiliani presbiterii et tibi Belario abbati cum collegio monachis ibi Deo servientibus, monasterio Sancti Vincenti de Ocoizta partem nostram: Similiter et ego Senior Fundibalbo Momiez de Gamarra dono mea portione de Ocoizta: Et ita ego Senior Didaco Fondibalbo de Pabaxxi

El obispo D. Nuño Rico reinaba ó su monast.º de S. Vicente de Cogota, y es El mismo q.º suena en escrit.ª como obispo de Alava antecesor a D.n Gonçalo hasta el ⅌o67.

dono mea portione de Ocoiza: et in villa Gorostiza mea portione cum divisa: et in villa Eggagolen in exitus in introitus in montes mea portione. Et hoc quod nos offerimus pro animas nostras in omnibus locis cum omni pertinentia iure perpetuo in sancti Emiliani serviat. Siquis enim ex nostra gens vel extraneis hunc nostrum donatum auferre vel disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda traditore in inferno fiat dimersus, amen: insuper a regali parte componat talenta auri et duplum. Ego igitur Sancius rex interfui, assensum prebui, et confirmavi, et quod amplius adquisieritis tam de vivis quam de defunctis firmum habeatis per omnia secula, amen. Munio episcopus confirmans. Furtunio episcopus confir. Senior domno Marcelle confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Enneco Azenariz confir. Senior Eximino Furtunionis confir. era millessima centessima quinta*.

Adiciones de los años de 1084, 96. y 1106.

Ego Senior Gonsalbo de Arangiz placuit michi et vendidi ad te domno Nunno abbate de Ocoizta de mea erentia, que abui in Ocoizta et in omnibus locis, que ad me pertinent, media de mea pertinentia ab omni integritate in pretio quadraginta sex solidos, et dedi tibi fides, domno Didaco de Aggabarra et suo filio Nunno Didaco, et Blasco de Barrica pro confirmatione: era millessima centessima vigesima secunda. = Ego domna Eilo cum meos filios pro anima de meo seniore Lupi Didaz damus in Ocoizta nostra portione cum pertinentia: era millessima centessima trigesima quarta = Et nos filios de senior Lope Gundisalbez donamus pro anima patris nostri quartam partem de Ocoizta: Similiter et ego Tota Lopez uxor eius dono alias tres partes ad sanctum Emilianum pro anima mea: era millessima centessima quadragesima quarta.

Num.º 224.

Era 1110: año 1072, á 22 de febrero: got. 37. b.º galic. 197. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancius rex una cum uxore mea Placentia nutu Dei regina, nullius cogen-

tis impexio nec suadentis ingenio, sed propria atque spontanea
voluntate, facimus tibi domno Garsea de Muxo hanc cartam
donationis de illo monasterio sancto Christoforo de Saxinduang,
cum tota sua hereditate, que ad eum pertinet terris vineis, mo-
lendinis exitus et introitus et termino, id est de illo termino de
Yaxiang usque illo arboreo de carrera, deinde usque illo orto,
et de orto usque ad termino de Muxo: insuper concedimus
tibi talem geneitatem et potestatem, ut quicquid dederint vi-
vi aut pro defunctis, vel potueritis aucmentare et compa-
rare a parte monasterio in villa Muxo, et in Muxuarren,
liber et firmiter habeas et absque homicidio et pacto, et nullius
salionis rex habeat ibi ingressio: et tali tenore ut in vita tua
teneas: et, post obitum tuum sit iure perpetuo in Sancti Emi-
liani firmati per cuncta secula, amen. Siquis ex nostris succes-
soribus, propinquorum vel extraneorum hanc nostram scriptam in-
quietare vel disrumpere in aliquo voluerit, sit maledictus et excomuni-
catus, et cum diabolo habeat portionem in inferno infelici, amen:
et a parte regale exolvat quinque libras auri, et terentium ad re-
gula duplatum. Ego igitur gratia Dei Sancius rex, qui hanc carta
fieri iussi, terres ad roborandum tradidi. Belasius episcopus Exonien-
se confirmans. Munius episcopus calahorritanus confir. Senior Ene-
co Lopez confir. Senior Garcia Fortunionis confir. Senior Enne-
co Arzenariz confir. Senior Fortun Arzenariz confir. Senior Sce-
meno Arzenariz confir. Senior Semeno Garceiz confir. Senior En-
neco Sangiz confir. Senior Fortun Garceiz escanzano confir.
Facta carta in era millesima centesima decima, octavo Kalen-
das martias.

Num.° 225.

Era 1110: año 1072: á 25. de abril: got. 35: gallic. 54.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est prescriptio dona-
tionis, quam ego Ranimirus regis Garsie, et Stephanie regine fi-
lius iussi fieri nullius cogentis impetio, nec suadentis ingenio, sed
propria et spontanea voluntate ad honorem Dei, et sanctissimi

Emiliani, presbiteri et confessoris, pro remedio anime mee, seu requie parentum meorum concedo ab omni integritate illam hereditatem quam tradidit michi Garcia Aquilo in Leza in profiliatione tam casas quam terras, vineas, ortos, molinos, preter vnum parrale, quod ei redidi: post mortem suam sit parrale de sancto Emiliano. Siquis autem regum vel principum aut meorum propinquorum vel extraneorum hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit maledictus et confusus, et cum Juda traditore in inferno inferiori perpetualiter dampnatus; et pro retemptu ad regalem partem pariat quinque libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta in era millessima centessima decima, septimo Kalendas maii, regnante rege Sancio in Pampilona, et in Naiera, et Alaba. Munnius episcopus Naiarensis confirmans. Belasius episcopus in Pampilona confir. Furtunius episcopus in Alaba confir.

Num.º 226.

Era 1110: año 1072: got. 72. b.º gal. 149.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Fernando Fanniz divino amore compunctus ac scelerum meorum recordatus, pro remedium anime mee dono et confirmo ad atrium sancti Emiliani presbiteri, et tibi Belasio abbati cum ceteris monachis ecclesiam vocata Sancti Facundi de Caskaggares ad integritate cum terras et vineas, in mea quinta; et de meo ganato mea quinta, id est, duas equas, duos boves, vno asino, vno lecto, vna Kasulla obeit, duas cupas, et illum domno Monnio presbiter sit servus vester hic perseberet. Siquis vero ex meis propinquis vel extraneis super hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit; sit a Domino vero maledictus, et a parte regale exolvat libra auri, et retemtu duplatum: Era millessima centessima decima.

Num.º 227.

Era 1110: año 1072, dia domingo, 26. de agosto: got. 38. b.º gal. 185.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem gratia Dei Sancius rex, simulque uxoris mee Placentie regine, amore divino compuncti, ac scelerum nostrarum numerositate recordati, sic facimus donationem pro remedio anime nostre ad atrium sanctissimi patronis Emiliani, et tibi patri spirituali Belasio abbati, nec non et omnibus tibi subiectis clericis in ibidem die noctu Christo famulantium, idcirco concedimus et confirmamus ad atrium predicti confessoris, monasterium unum in confinio Duranci, cum decania partis Bizkaie nomine Jhurrueta reliquias Sancti Martini ferens, et tesaurum omne ad eum pertinente, cum exitu et regressu, cum terris, ortis, et pomiferis arboribus, montibus, et pascuis omnibus antiquo usu determinatis, molendinis cum aquarum productilibus patefactis, sautis cum glandiferis arbustis et amenibus pratis, et quicquid ad eum pertinuit vel pertinere debuit, cum tota integritate et ingenuitate concedendo, stabilivimus per omne seculum, amen. Siquis vero meorum filiorum, seu nepotum, propinquorum, aut extraneorum, regum aut principum, aut aliquorum hominum hanc nostram donationem et confirmationem mutare vel inrumpere voluerit; sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula dimersus; et insuper censure ecclesie decem auri exolvat libras, et duplum. Facta carta donationis in era millessima centessima decima, feria prima, septimo Kalendas septembris, regnante Domino nostro Jhu Christo, sub eius gratia ego Sancio in Pampilona, in Naiera, in Berroza, et Alaba. Ego igitur Sancius rex et coniux mea Placentia regina, qui hanc donationem confirmamus ✠. ✠. impresimus, et testes subscripsimus ad roborandum. Ego namque Ennecus Comes et coniux mea Tota sub cuius ditione predictum erat cenobium, assensum prebemus et confirmamus: filii vero nostri Lope, et Garcia, et Galindo, et Furtun confirmant. Munius episcopus confirmans. Blasius episcopus confir. Furtunius episcopus confir. Albarus abba confir. Senior Eximino Garceiz

confir. Senior Enneco Sangiz confir. Senior Furtun Garceiz confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Lope Furtunionis confir. Senior Orbita Azenariz confir. Senior Furtun Azenariz confir.

Num.º 228.

Era 1110: año 1072: got. 65. b.º galic. 162. b.º

Sub nomine Christi. Ego Monnio Gomiz de Faiolas, simul cum filio meo Gomiz Monnioz, ob sancti spiritus revelante, tota mente, spontanea nostra voluntate offerimus et confirmamus ad atrium sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasconi abbati cum ceteris fratribus nostras, proprias casas in Faiolas cum sua divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentem, cum exitu et regressu, pro animarum nostrarum remedium ad integritate serviant sancti Emiliani. Siquis vero nostris propinquis aut extraneis hanc nostram offertionem in aliquo disrumpere voluerit, hic in presenti cunctis careat bonis, et in futuro cum Juda proditore in perpetuis demergatur penis, amen: insuper a parte regali exolvat duas libras auri, et retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima decima *, regnante Sancio Fredinandiz in Castella: Senior domno Marcelle dominator Ponticurbo et Termino: merino in Termino Alfonso. Afonso Gonsalbez testis. Dominico Lezeniz de Faiolas testis. Dominico Gutiz testis. Garcia Sangiz testis. Senior Tello Monnioz de Goreggo testis.

Num.º 229.

Era 1110: año 1072, a 7. de diciembre dia viernes: got. 48: gal. 198. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est cartula roborationis, quam fieri volui ego Sisebuto abbati monasterii Karadigna vobis abbati domno Belasio de Sancti Emiliani vna cum fratribus vestris, id est, facimus convenientia cambii, et dono ego vobis vna ferragine in Burgense civitate pro populare in medio loco inter ipsos monasterios, id est, monasterium de Sancti Petri de Asilance de vna parte, et de alia parte monasterium Sancti Emiliani de Lara, et de tertia parte nostrum monasterium de Sancti Petri de Kara-digne;

et accepimus de vos alteram ferraginem in Quintanella de Besica, ad mensura pleno et medio donastis nobis. Et ego abba domno Sisebuto in presentia domini mei Adefonsi regis et de domna Urraka germana ipsius regis confirmo hanc ferraginem; et ipse confirmat, et libertati donat. Et siquis ex nostris, aut alia subrogata persona hunc nostrum cambium disrumpere voluerit, in primis incurrat ira Dei viventis in secula: et in fisco regali persolvat quatuor libras auri; ad partem monasterii, quod retentaverit, duplum restituat. Facta carta sub era millessima centessima decima, septimo idus decembris, feria sexta, regnante rex Alfonsus in Castella, et in Legione, et in Gallecia: Sancius rex in Pampilona, et in Naiera. Episcopo domno Eximino regente ecclesiam Burgensium: Episcopo domno Munnio regente ecclesiam Naiarensium. Ego igitur Sisebutus abba, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Comite domno Gondisalbo confirmans. Comite domno Munio confir. Senior Didaco Gondisalbo confir. Senior Albaro Didaz confir. Dominico prior Kara-digne confir. Domno Tello presbiter confir. Domno Sabastiani presbiter confir. Domno Dominico presbiter confir.

Num.º 230.

Era 1111: año 1073, á 21 de abril, dia domingo: got. 70. b.º gal. 114.

Cajon E. 4. n.º 1.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Johannes Gutierrez nullius hominis cogentis imperio, vel suadentis ingenio, sed cum proprio mentis affectu ob meorum remissionem scelerum placens michi, animoque delectans pro Domini Christi adipiscenda gratia, et in futuro sub sanctorum Dei omnium degere gaudia, offero corpus et anima ad atrium sancti Emiliani presbiteri et confessoris cum ea, que michi de seculari cura superna concedere dignatus est gratia una cum uxore mea nomine Auria. In primis namque concedo et confirmo perpetualiter basilicam, que sita est in vico Oxemella iuxta discurrente flumine Tyro, reliquias ferente sancti Salvatoris, et sanc-

ti Torquati, et aliarum pluximorum Sanctorum quorum nomina Deus scit; cum sua dote, que in ipsius dedicationis die per manus pontificis Domni Munioni, ego et frater meus Teles Gutierrez more ecclesiastico dirare curabimus; id est vnam terram in Bozenas ad latus terram de Monelle, et vnam vineam in loco cobella iuxta vineam de Sancta Marina: ut ecclesiam, terram et vineam in predicto Sancto Emiliano deserviant per omnia secula. Et in villa Terrazas similiter offero ad Sancto Emiliano duos Kasatos populatos cum sua diviza in exitu et regressu, parcuis, montibus fontibus, padulibus in omnibus locis omnia illius ville pertinentia, ut ad prefatum sanctum Emilianum pertineant per secula infinita. Siquis vero, quod fieri minime credo, super hanc meam offertionem in quolibet violator extiterit, sit excomunicatus a cetu omnium Christianorum, et a limine Sancte matris ecclesie, et a Christi comunione extraneatus, cum diabolo et Juda traditore in inferno inferiori penas eternas sustineat luturus, amen: et insuper ..... damno regali tres aureas libras exolvat ad partem fiscali, et ad partem monasterii in quantum vindicare voluerit ..... ratum et hec scripta indisrupta permaneat et firma. Facta scriptura testamenti sub era millesima centesima vndecima, vndecimo Kalendas maias, feria prima, luna decima, regnante Adefonsus rex in legione, Carrella, et Gallecia. Ego igitur Johannes Gutierrez et vxor mea Auria, qui hunc testamentum fieri voluimus manibus nostris signo ✠ ✠ iniecimus, et testes ad roborandum tradimus. Munnius episcopus confirmans. Blasius Sancti Emiliani abba, in cuius manu et religione hec commendatio et stabilitio fit, confirmans= Senior Didaco Albarez confirmans. Senior Gondesalbo Fundisalbiz confir. Senior Didaco Gaudesteoz confir. Senior Fortun Albarez confir. Senior Munio Telliz confir. Senior Johannes Abolbaliziz confir= Senior Beila Fondisalbiz confir. Senior Fernando Telliz confir. Senior Galindo Mancionis confir. Dominico Johannes confir. Garcia Martiniz confir= Belasco Vromioz testis. Sarracino de Oxemella testis. Dominico Obecoz testis. Pelagio de Sacrero testis. Munno Telliz testis. Dominico Vlaquide testis=

Omnibus denique hominibus, qui in ipsius adfuerunt baselice consecrationis tam mares quam femine confirmantes et roborantes.

Num.º 231.

Era 1111: año 1073, á 6. de mayo: got. 48: gal. 198. b.º

In Dei nomine. Ego Mikael de Sotello, simul cum mea uxore Dominica nostra voluntate tradimus ad atrium Sancti Emiliani presbiteri cum tertia parte de nostras casas, cum aqua et orto iuxta fonte, et defesa, et uno ero inter ambas vias, et una vinea in valle de fratres latus vinea de Amamunna: Enneco de Ibriellos, similiter ego domna Sol dono meam propriam casam, et unum malleolum in termino, quod dicitur Munnio Blascon iuxta limite agrum de domna Maior, et unum agrum inter duas vias in latus agrum vinea de Meteri. Et ego Dominicus Johannes, et uxor mea domna Auria donamus nostrum proprium agrum inter duas vias iuxta limite agrum de Scemeno Furtuniz, et unam vineam in plano iuxta limite vinea de Tellu Felices. Siquis homo ex nostris aut extraneis hanc nostram donationem disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotentis maledictus et confusus, et a parte regale exolvat duas libras auri, et duplum ad regulam. Alfonsus rex: Era millessima centessima undecima, secundo nonas maias.

Num.º 232.

Era 1111: año 1073, a 7. de Julio: got. 70. b.º gal. 101. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Monnio Armenteriz de Zunieta mea sana et integra voluntate trad corpus et anima mea, nec non et anima functi filii mei nomine Johannes ad atrium beati Emiliani presbiteri in manus Domini mei Belasconi abbatis, et offero in mea meique defuncti filii commendatione duas terras, una ex his in valle fornellos iuxta serna regale; alia terra in loco quod dicitur chosta de Ballartella iuxta terra de Sarrazin Germanez: et duas vineas una in valleteresa iuxta vinea de Johannes Lilliz; et alia vinea in loco grallera iuxta vinea de Beila Monnioz de Ballarta: has duas

terras et duas vineas, et vnum bovem, et vnum caballum pro anime nostre serviant in Sancti Emiliani. Siquis super hanc meam offertionem in quolibet homo disrumpere voluerit ex meis sanguinibus vel extraneis; in primis super eum ira et maledictio veniat de Domini nostri Jhu Christi, et sit excomunicatus, et cum Juda traditore in infernum habeat mansionem, amen; et a parte regale exolvat libra auri, et retemtu duplatu restituat. Facta scriptura era millessima centessima vndecima, nonas iulii, Alfonsus rex in Castella et in Legione. Ego Munnio Armenteriz et vxor mea Sendielga, qui hunc dedimus testes scripsimus. Martin Gudestioz testis. Obeco Nunniz testis. Braulio Beilaz testis. Ziti Braulioz testis. Munnio Fernandiz testis.

Num.º 233.

Era 1111: año 1073: got. 36. b.º gal. 53. b.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem Garcia Revillez divino succeso amore, ac peccatorum meorum compulso recordatione, idcirco concedo et confirmo ad honorem sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasconi abbati cum cunctis monachis, vinea mea propria in Calahurra civitate in loco que dicitur Villare de vineas iuxta illas vineas de Murcuggi et Dominico Sancio: tamen tali pacto, ut dum ego vivo fuero, habeam et teneam illam, et post meam mortem ab omni integritate absque aliqua voce mala habeat Sanctus Emilianus. Siquis autem meorum propinquorum, aut extraneorum hoc meum datum disrumpere voluerit sit a domino Christo maledictus, qui cuncta creavit, et a parte regis pactet duas libras auri, et illa vinea duplata. Facta carta era millessima centessima vndecima. Sancius rex in Pampilona. Munio episcopo confirmans. Senior Furtun Garceiz confirmans. Senior Simeon Furtunionis confir. Murcuggi et Dominico Sancio, toto concilio de Calahurra testes.

Num.º 234.

Era 1112: año 1074: got. 105. b.º gal. 5.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Sancius gratia Dei princeps testamentum facio et cartam ad honorem sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi. Contigit, ut magna parte plebibus

de Lara venirent causa orationis ad atrium beati Emiliani: eadem hora fuerunt pignorati a plebibus terre, et quibusdam comprehensi, quia inter me et congermanum meum Adefonsum regem seditio erat: Unde comes Gonsalvo Salbatorez, qui Laram dominabatur, missit michi suos nuntios, et dixit; quia ego malum honorem portabam ad beati Emiliani corpus, quia proibebam plebes venire ad adorandum eum. Et ego cum cognovissem hoc factum, iussi omnes absolvi, et spolia reddi. Deinde ego et comes Gundisalbus utrique fuimus in beato Emiliano, et dedi talem absolutionem; ut omnes undique partibus venirent causa orandi cum sportella, vel ferrone, libertatem habeant usque redeant ad domos suas inlesi. Sicuti habuerunt cum avis meis Ordonius rex, Garsia, Sancius, et Garsia reges. Siquis autem pignoraverit aliquem, sexaginta solidos ad partem regis exolvat, et quod retulerit, duplatum restituat, et culpa peccati super eum remaneat. Et si hominem captivum acceperit, centum solidos reddat, et illum liberum dimittat. Hec scripta per omnia secula iussi prevalere. Siquis hoc meum factum disrumpere voluerit, sit maledictus et confusus, amen. Munius episcopus Calagurritanus confirmans. Albarus abba confir. Blasius abba sancti Emiliani confir. Senior Azenari Garceiz confir. Senior Eximino Furtunionis confir. Senior Domno Marcelle confir. Senior Eximino Azenariz confir. Era millessima centessima duodecima.*

Num.º 235.

Era 1112: año 1074, dia lunes, 24 de marzo: got. 29. 6.º gal. 22.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, sed gratia tamen Dei Sancio rex una cum uxore mea Placentia regina pro redemtionem animarum nostrarum offerimus et confirmamus hereditatem illam, que fuit de Blasco Obecoz in villa gondesalbo, que dudum pro seditione quadam, et homicidio ad manus devenerat nostras, tam de illius patrimonio, quam de ipsius negotio, tam terris quam vineis vel ortis, vel quicquid de eo invenire potuimus,

seu potuerimus, tozum concedimus cum omni integritate et genuitate ad atrium almi Dei confessoris Emiliani, presbiteri, et tibi patri spirituali Belasconi abbatis, ceterisque fratribus tecum ibi Deum laudantes. Siquis autem nostrorum filiorum, seu nepotum, propinquorum aut extraneorum, vel aliquorum hominum hanc nostram donationem in quolibet conaverit dirumpere; sit a Domino dominorum maledictus, et a consortio Christianorum separatus, et demum cum Juda traditore in infemi baratro, per cuncta secula submersus, amen: insuper damno fiscali exolvat duas libras auri, et retemtu duplatum. Facta carta donationis in era millessima centessima duodecima feria secunda, nono Kalendas aprilis. Ego Sancio rex, et Placentia regina, qui hanc confirmamus donationem, testes ad roborandum subscripsimus. Munius episcopus confirmans. Belasius episcopus confirmans. Fortunius episcopus confir. Petrus abba confir. Albarus abba confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Fortun Lopez confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Lope Fortunionis confir. Oxbita Azenariz confir. Senior Fortun Azenariz confir.

Num.º 236.

Era ¼¼2: año ¼74, a 12. Zabril: got. 4.º 6.º gal. ¼76.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Albaro Gundesalvi de Ghinea divino amore compunctus, ac scelerum meorum recordatus, idcirco, ut anima mea concedo et confirmo ad atrio sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasconi abbati cum ceteris fratribus ibi Deo servientibus, monasterio sancta Maria de Maurdones *cum omnibus suis pertinentiis cum divisis in montibus et in omnibus locis: similiter illas casas, que fuerunt de Eximino Debea (3) cum suis divisis in montibus, in fratis, et in omnibus locis. Et in terratorio Alaba mea ratione de Aldonio quantum ad me pertinui in terris in mazanares et mea defensam ad integritatem, et cum divisis in montibus et in fontes et in omnibus locis: et illa casa de Gomez Albaro de Oretia cum sua divisa in omnibus locis: Et in illa ecclesia de Villa mea ratione (2): iure perpetuo serviant

en el original *al marg.: in axivo de Fluminciello.

(3) al margen = Ebea de campo nomine villa, apud que fuerunt ex sita, casasque predictas sub oriente partis ville sunt constitutas.
(2) Et in illo monasterio de sancta Maria de Sibaliz illo alcare de ipsa ecclesia ad integritate.

en el original

Sancti Emiliani. Siquis autem ex meis aut extraneis hanc memam donationem voluerit disrumpere sit a Deo omnipotentis maledictus, et a fide Catholica extraneatus, demumque cum Juda traditore in inferni submersus, amen: et ad parte regali exolbat quatuor libras auri cocto. Facta carta donationis in era millessima centessima duodecima, secundo idus aprilis regnante Sancio rex in Pampilona et in Naiera. Ego igitur Senior Albaro Gundisalbi, qui huic dedi, testes tradidi. Munio episcopus confirmans. Furtunius episcopus confirmans. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Lope Furtunionis confir. Senior Orbita Azenariz confir. Senior Eximino Azenariz confir.

Adicion del 1086.

Ego Fernando Gondisalbiz dono in Aldonio uno solare cum divisa, era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 237.

Era 1112: año 1074: got. 60: gal. 174. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem sub gratia Dei domna Teresa, divino amore compuncta, ac scelerum meorum recordata, omnipotentis Dei clementia inflamata, pro remedio anime mee, atque pro parentum meorum remissio concedo et confirmo ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris christi et tibi abbati Belasio cum collegio monachorum ibi Deo servientibus, monasterio Sancti Jacobi apostoli de Villapuni cum terris, vineis, molendinis, ortis, cum suis divisas et regulas, et cum tota eius pertinentia, ingressu et regressu ad omni integritate: et una Kasa a facie de illo monasterio; iure perpetuo serviat Sancti Emiliani. Siquis vero ex meis propinquis vel quilibet homo hanc meam donationem in aliquo disrumpere auferre voluerit, sit a Deo omnipotenti maledictus, et damnatus, et cum demonibus et Juda traditore in inferno inferiori dimersus, amen: et ad parte regale exolvat septem libras auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima duodecima, regnante Sancio rege in Pampilona et in Alaba. Ego igitur domna

Teresa, qui hanc dedi, testes ad roborationem dedi. Munius episcopus confirmans. Furtunius episcopus confir. Senior Scemeno Garceiz confir. Senior Furtun Lopiz confir. Senior Enneco Azenariz confir. Senior Orbita Azenariz confir.

Num.º 238.

Era 1112: año 1074, 16. de junio, dia lunes: got. 68. b.º gal. 207. Ao

In nomine divine et individue patris et filii, simulque ex ambobus procedentis spiritus sancti. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, ac tamen gratia Dei Alfonsus rex, superni regis nutu, cum proprio mentis afectu inspirante, placens michi, animoque delectans ob sancti spiritus revelationem, toto corde, spontanea voluntate, omnique desiderio ad atrium beati Emiliani presbiteri et sublimis confessoris Dei, presenti venerabili patri Blasconi abbati, omnibus tecum unanimiter sub regula beati Benedicti iugum Christi decenter portantibus presentibus ac succedentibus fratribus pro adipiscenda predicti confessoris Dei magnitudinis gratia, nec non pro mee anime remedio munus offerens Deo; quatenus, ea, que ab antecessoribus meis regibus, comitibus, potestatibus viris ac mulieribus, vel populis omnibus huic Dei confessori et atrio eius promissa et offerta noscuntur, cum omni integritate absque ullo impedimento perpetualiter sic manere mandamus. Insuper et ab hinc suficienter licentiam damus, ut tam monasterialibus ipsius decanis, quam et villis omnibus, que nunc et in ante extiterint eius ditioni: bestie eorum iumenta ac pecora per omne circuitu regni nostri, et infra quisque in suo manente termino, vicumque pastum potuerint inveniri; absque refrenatione ulla pascantur per diem, et iterum veniente nocte liberi redeant ad proprium terminum vel cubile. Et hec omnia, ut diximus, cum propria subscriptione, stabiliendo firmamus per infinita omnia secula, amen. Siquis autem meorum successorum regum, comitum, vel quilibet hominum hanc genuitatem, quam ego pro meorum flagitiorum remissione, et parentum meorum requie pro Dei amore in beati Emiliani honore concessi, stabilivi, affirmavi, conatus fuerit, aut voluerit

demere, infringi, violari, vel auferre, et ipso sancto atrio decorando calumniam inferre; dematur de terra viventium, separetur a consortio angelorum, arcangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, omnium Sanctorum Dei, et anathemate perculsus, cum Juda traditore inferni voragine mansione, et cum demonibus obtineat portionem per nunquam finienda secula seculorum: et damno constrictus temporali, a parte regali exolvat sexaginta libras auri, et quod retemtu, duplatum. Facta carta genuitatis sub era millessima centessima duodecima, sextodecimo Kalendas iulias, feria secunda. Ego igitur Alfonsus rex, qui hec fieri iussi, manu mea signum hoc ✠ inieci, et confirmavi, et testes ad roborandum subscripsi. Agnes regina confirmans. Urraka et Gelvira infantes confir. Eximinus episcopus confir. Munius episcopus confir. Munio Comes confir. Gondisalbo comes confir. Senior Didaco Albarez confir. Senior Eximino Furtuniones confir. Senior Albaro Gondisalboz confir. Senior Bermudo Bermudiz confir. Senior Fredinando Rodriz confir. Senior Gondisalbo Albarez confir. Senior Rodrico Didaz confir. Senior Garcia Ordonioz confir.

Num.º 239.

Era 1112: año 1074: gpt. 69: gal. 139.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur quambis indigno, et omnium antecessorum meorum in ordine infimo, sed Christi tamen gratia, cuius indicio omnia in proprio disponit arbitrio, Eximino episcopo: suplicante denique illustrissimo viro in sancti Emiliani cenobio abbatie ordinis functo nomine Blasio, cum conibentia totius infanzonum et villanorum Ecclesie sindenie, sancti Clementis baselica cum corde prontissimo facimus illius ecclesie sacrationis dedicatio; qualiter Emiliano sanctissimo patrono permanens firma, deserviat per secula: et ut antiquorum patrum docet sanctissima norma per circuitu ecclesie septuaginta duos passum asignamus spatia: Nec non et dotem predictam ditamus baselicam, ut regula sanctorum presulum iubit clarissima docma: Id est ex omni concilio unam terram in loco cui dicitur vallis sancti Clemen-

tis, qui fuit de domno Micaelo iuxta terram de Dominico Numni: et vnam vineam ad latus sancti Clementis, qui fuit de Dominico Numni et sua germana Andoxazu. Ego igitur Didacus presbiter offero ad atrium sancti Clementis vnam terram iuxta viam et vineam ipsius Sancti Clementis: et vnam vineam ad Axenellas, iuxta vineam de Tellu Fondisalbiz pro anima patris mei Tomesani, et mea germana Maxia; confirmo hec per omnia secula. Similiter et ego Johannes Numniz, pro anima patris mei Numno offero vnam terram in plano de lachos, iuxta terram de Pimello. Siquis vero quilibet hominum hanc donationem et confirmationem, quam ego Crimino episcopo, vna cum abbate Sancti Emiliani Belasio, et cum integra voluntate de concilio Ecclesie sidenie maioribus et minoribus, viris et mulieribus, que offerimus ad atrium Sancti Emiliani, aliquam infregi voluerit divisionis contumeliam quolibet omnium generis; sit a Domino Christo maledictus et confusus, et anathemate perculsus, cum Juda traditore in inferni voragine sit dimersus, amen: insuper a parte regale exolvat quatuor libras auri, et quod retentum ad regula duplatum: et hec scripta firma sit. Era millessima centessima duodecima.

Num.º 240.

Era 1112: año 1074: 33 de noviembre: got. 17.º: gal. 42.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Subentia Dominico imbuta Solatio, trado corpus meum et anima ad atrium beati Emiliani confessoris Dei summi in manus domini mei Belasconi abbatis, et omnibus fratribus presentibus, et offero ex facultate mea ad predictum monasterium vnam Kasam, quod comparavi de meo nepote Johannes, et medietatem de illas casas de era, et medietatem de illa era in villa Formella per omnia secula, amen: Siquis vero homo tam extraneus, quam consanguineus super hanc meam donationem in aliquo retentu facere conaverit; ira Dei maneat super eum, et extraneus a limine Sancte matris ecclesie et a Christi communione, cum Juda proditore in inferni voragine obtineat mansione per omnia secula, amen: insuper ad parte regali offerat libra auri, et retentatu, restituat duplatum. Facta carta sub era millessima centessima

duodecima, tertio idus novembris, regnante Sancio rex in Pampilona: et Senior Garcia Ligoarriz in Formella. Eodem Seniore Garcia Ligoarriz confirmans. Filios eius Lope Garceiz, et Enneco Garceiz confirmantes. Enneco Nunniz testis. Fertun Nunniz testis. Johannes Mutarrafe testis.

Num.º 241.

Era 1112: año 1074, 2 de diciembre, dia martes: got. 106: gal. 225.

Sub Christi nomine. Hec est carta, quam ego Sancius Dei gratia rex vna cum vxore mea Placentia regina, propria et spontanea voluntate facimus vobis domno Sancio, ut de hinc ad inatea sit vobis libera, et ingenua ecclesiam sancti Laurentii, qui est in illa de ante Tricio cum suo introitu et exitu cum terris, vineis, quod hodie in presenti datum est illi ecclesie: id est vna vinea ante illo altare sancti Laurentii, qui fuit de Hala: aliam vineam in illa cuesta in frontera de villa Hoteiz: aliam vineam in illa cuesta ad frontera de Tricio: aliam vineam in illa cuesta ad frontera de Argenzana de iuso: aliam vineam in via de Argenzana ad Tricio: aliam vineam in illa mercede in via de illos molinos de villa de Hoteiz: aliam vineam de Gomiz Ferrero ante Sancta Maria de Arcos: vna pieza in vlzeta: alia pieza de illo spino, quam donavit Juliano Papagallos pro anima de sua matre, et de suos filios: vno linare de domno Stephano ad illos molinos de villa Hoteiz. Post hunc vero die vir aut mulier, qui ibi se voluerit commendare cum quanta sue hereditatis, licentiam habeat; et non habeat super se sigillo, aut saione, neque ullo fuero malo. Insuper addo vobis terram subtus sancti Laurentii, quem tenuit Jonti Repostero, iuxta vineam de illa arberguaria, in alia parte illo vturi de Amunna Mora. Hec omnia suprascripta mandamus vobis habere sine vlla inquietudine hominis, et sine vllo pecto, et sine vllo fuero malo de rege vel seniorum, ab integro. Ab isto vero die in antea de hoc, quod supra scriptum est, nullus homo inde abstraere aliquid audeat: et qui ibidem promissit se vivere, non habeat potestatem inde exire, quod si exierit pro suo malo vicio, omne, quod donavit, ab integro remaneat in illa supra scripta ecclesia: quod si aliud fecerit, quam hic supra continetur, tres libras auri solvat regi; et quod abstulit, in duplo illi ecclesie restituat. Vobis vero licentiam donamus, ut in vita vestra possideatis; et post

obitum vestrum sit in Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Si quis homo nostrorum successorum, vel quilibet personam hoc factum nostrum regali auctoritate firmatum inrumpere conatus fuerit; ex partis Dei patris omnipotentis, omniumque sanctorum eius sit maledictus et confusus; post mortem vero cum diabolo et sociis eius infernorum excipiat penas. Ego Sancius Dei gratia rex vna cum vxore mea Placentia regina hoc testamentum confirmantes signamus ✠. et testes ad confirmandum dedimus. Munius episcopus Albailde testis. Belasius abba Sancti Emiliani testis. Infans domnus Raimundus testis. Domna Ermesenda soror regis testis. Domna Auria testis. Senior Enneko Lopiz dominans Nagera testis. Senior Furtun Lopiz dominans Ponicastro testis. Senior Eximino Garceiz dominans Lerin testis. Senior Eximino Azenariz dominans Tafalia testis. Senior Enneco Sancii de Arlas testis. Senior Furtun Garceiz de Funes testis. Senior Lope Furtuniones dominans a Zahara testis. Senior Garcia Lifuarre testis. Senior Furtun Ennecones alferiz testis. Senior Lope Momez votecarius, et maiordomus testis. Senior Lope Beilaz stabularius testis. Senior Sancio Azenariz Sacantiano testis. Senior Enneco Furtuniones offertor testis. Domno Galindo preposito domus Sancte Marie testis. Facta scriptura in era millessima centessima duodecima, quarto nonas decembris, die tertia feria. Enneco scriba regis notavit.

Num.º 242.

Era 1113: año 1075: got. 66: gal. 163.

Sub Christi gratia. Ego Senior Beila Gonsalbez de Montaniana, et vxor mea domna Maior, et filiis nostris placuit nobis spontanea voluntate, et vendimus solares nostros proprios in Faiolas cum divisa in omni locis ad illam villam pertinentem ab omni integritate, ad tibi Dominico Lezenioz, et vxor tua domna Goto in pretio, quod inter nos placuit, id est decem solidos argenti; et accepimus totum: et confirmo tibi illos solares cum fuero de infanzone; habeas tu, et qui volueris. Siquis ex nostris propinquis, aut extraneis voluerit voce levare ad iudicium; ad parte rex pariet sexaginta solidos, et solares duplatos. Senior Eximino Furtuniones in Ponticurbo testis. Senior Tellu Monnioz in Termino testis. Flazino Monnioz de Coreggo testis. Sarracin Sa-

bastianiz testis Gondisalbo Didaz testis.

Adicion del 1075.

Et ego Dominico Lezenioz, et vxor mea domna Goto nullius cogentis consilio evenit michi voluntas, ut cum venissem in hora mortis mee, promisi ad tibi patri spirituali Belasio abbati, ut traderem corpus meum in atrio Sancti Emiliani: modo vero quum dedit michi Dominus Sanitatem; confirmo et trado me cum meos Solares et meas Kasas in villa, que dicitur Faiolas, cum divisa in omni locis ad eam villam pertinentem ad integritatem, et cum fuero, sicut alias Kasas de infanzonibus, confirmo in Sancto Emiliano. De filiis autem meis, qui voluerint servire ad Sancti Emiliani, cum voluntate vestra sedeant in ipsas Kasas: et qui noluerint, non habeant ratione in ipsas Kasas. Siquis autem ex filiis et de propinquis aut extraneis retemtare voluerit istas casas, sit segregatus a consortio Christianorum, et post cum Juda traditore in inferno sit dimersus, et retemtu duplatum, et ad regali vna libra. Facta carta sub era millessima centessima tertia decima. Munnio Monnioz, et Flagino Monnioz fidiatores de prima comparatione.

Num.º 243.

Era 1113: año 1075, á 11 de enero: gotico 56: galicano 57. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, ac tamen gratia dispensante divina Sancius rex superni regis nutu, cum proprio mentis affectu placens michi animoque delectans ob Sancti Spiritus revelationem, toto corde et spontanea voluntate dono et confirmo villulam Huribari *, que est sita super Corecha in facie Zufiuri: Similiterque et villuleta illa nomine Saggazahar, que iacet inter Morico, et Zofiuri. Has itaque duas villulas cum eorum pertinentiis, terris, vineis, ortis, pratis, sautis, molinis, linariis, et pascuis determinatis: id est de Formazaha vsque ad Arrinda; et exinde vsque ad Hatumanhuri; et in illa defesa de Saggha-maior sua medietate cum omni genuitate exitu et regressu, totoque in eis salvo antiquo vsu, ut superius dixi perpetualiter offero et stabilio ad atrium Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patre spirituale domno Blasio abbate, ceterisque

fratribus tecum Christi iugum confessionis sub norma beati Benedicti portantibus presentibus ac succedentibus: qualiter pro vestra oratione et Sanctorum intercessione lotus a sordibus peccatorum, emundatus a maculis delictorum esse mereat possessor regni celorum locupletatum per eterna secula, amen. Siquis sane, quod fieri minime credo, hanc meam donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere, aut evellere propinquis vel neptis aut aliqua subrogata persona; sit a Domino Christo maledictus, careat in presenti utrasque lucernas, postque inferni non evadat penas, sed cum Juda proditore in inferno inferiori obtineat portionem per secula seculorum, amen: in fisco autem regali septem exolvat libras auri, et quod retemtatu ad regula duplatum. Facta carta era millessima centessima tertia decima, octavo idus ianuarias, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius imperio ego Sancius rex in Pampilona, in Naiera, atque Berrocia. Ego Sancius rex, qui hanc donationem confirmavi, signum ✠. feci, et testes tradidi. Placentia regina confirmans. Remundus frater regis confirmans. Ermesilda germana regis confir. Munnius episcopus confir. Blasius episcopus confir. Furtunius episcopus confir. Petrus abba confir. Albarus abba confir. Veremundus abba confir. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Furtun Azenariz confir. Senior Lope Fortunionis confir. Senior Sancio Garceiz confir. Senior Garcia Sangiz confir. Senior Enneco Sangiz armiger regis confir. Senior Lope Blachiz maiordomus confir.

Num.º 244.

Era 1113: año 1075, á 29. de marzo, dia domingo: got. 59. b.º gal. 176. b.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Lope Sangiz pro anime mee remedio, et peccatorum meorum ablutione trado meum corpus et animam vererabili atrio Sancto Emiliano tam in presenti vita quam in futura. Igitur de dominio seculari, quod michi Domini tribuit gratia, Domino meo Sancto Emiliano, tibique abbati domno Blasio cum ceteris monachis ibi Deo servientibus concedo et confirmo Sancti Jacobi monasteri de Lan-

greiz cum pertinentium totum ad integritatem, cum suo abbate domno Beila, cum exitu et regressu, pastu iumentis et peccoribus in montibus totis ubi usque adtingere potuerint. Et in valle de Yrdunia in totas villas suos mazanares. Et in Salinas de Anniana triginta eras cum suos pozos sine ulla albara, et ullo impedimento saionum omnium. In villa Ertanga una decania ad integritatem cum terris et mazanaribus suis. Alia decania Curcuera Monasterio ad radicem montis Alzaro totum ad integritatem. Alia decania in Villamaterni cum terris et vineis ad integritatem. Alia decania sancti Petri de Taiuelas cum suos collazos ad integritatem absque regali Saione. Omnia hec predicta ad atrium beati Emiliani offerta ibidem serviens maneat confirmata per secula infinita. Siquis tamen successorum meorum aut quilibet hominum hanc meam donationem in aliquo conatus fuerit, aut voluerit demere vel auferre, aut disrumpere; in primis sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, postque cum Juda traditore in inferno inferiori manssionem, et cum demonibus in eterno igni portionem obtineat per nunquam finienda secula, amen: insuper a parte regali exolvat duodecim libras auri, et quod retemtu ad regulam duplatum. Facta carta sub era millessima centessima tertia decima, quarto Kalendas aprilis, feria prima, luna octava, regnante Sancio rex in Pampilona atque Berrocia et Alaba. Ego igitur Senior Lope Sangiz, qui hanc cartam fieri iussi, testes scribere mandavi. Munnius episcopus confirmans. Belasius episcopus confir. Furtunius episcopus confir. Petrus abba confir. Albarus abba confir. Senior Scemeno Garceiz confir. Senior Furtun Lopez confir. Senior Orbita Azenariz confir. Senior Fortun Azenariz confir.

Confirmacion y adicion del 1124.

In Dei nomine. Ego igitur Senior Enneco Lopez de Lhodio trado et confirmo illum monasterium Sancti Jacobi de Langreiz, sicut confirmavit pater meus Sancto Emiliano, et tibi patri spirituali abbati Petro ita confirmo supradictum monasterium cum omni integritate et pertenentia ==

Et similiter dono aliud monasterium, quod dicitur Sanctus

Romanus de Fornellos ab omni integritate cum omni perti-
et cum illa parte, que fuit de Senior Fortun Albarez de Guinea, quam ego
comparavi de meo proprio avere. Et similiter dono aliud monasterium,
quod dicitur Sanctus Jacobus in Mena in Villanova ab omni integritate.
Et similiter dono illam hereditatem et collazos, quantum ad me per-
tinet in Banios ab omni integritate. Et post obitum meum, de toto meo
ganato tertiam partem mando Sancto Emiliano cum meo corpore; et
mea sepultura fiat ad hostium capituli. Era millessima centessima
sexagesima secunda.

Num.º 245.

Era 1113: año 1075: got. 101.b.º gal. 192.b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Sancius gratia
Dei Nagelensis rex, Domini succenssus amore, ac facinorum meo-
rum perterritus multitudine, idcirco concedo et confirmo ad honorem
Sanctissimi Emiliani presviteri patroni nostri, et tibi abbati Blas-
coni, simulque cunctis fratribus tecum ibi Deo servientibus me-
dietatem, que ex parte regis est in villa cum ecclesia Sancta Maria
Torrentello ad integrum cum omnibus, que ad illam medietatem
pertinent, terris vineis, ortis, ribulis, pratis pascuis, montibus, fon-
tibus: in circuitu terminis; id est de Artason usque penna de Sancti
Johannis, deinde sursum per ipsum valle ad coba Assuri, de alia pars
de portello sursum usque Miliharan; padules, sernas per valle de Mon-
nio Tellez sursum per totum monte de Tines, de casa sursum usque
Castrello: Et in propinquo flumine ibero suam defesam piscandi,
id est ab illa pinna, que est inter illam villam, et Brinnas usque
ad directum de Faro, cum illos cannales ubi nullus habet potesta-
tem piscandi, nisi vos et heredes, qui fuerint vobiscum: Igitur quic-
quid post hec potueritis edificare et populare, sicut et ego usque mo-
do, ita et vos habeatis. Et qui dederint tam de vivis quam pro defunctis,
liberum et ingenuum ab omni potestate regum et principum possi-
deat Sanctus Emilianus per omne seculum. Siquis etenim meorum
filiorum, neptum, propinquorum, seu extraneorum hanc meam
donationem Deo et Sancto Emiliano traditam disrumpere, mutare,

aut imminuere temptaverit; sit a Domino Superno male confusus, et ab omnibus fidelibus separatus, et cum demonibus in inferni incendio per cuncta secula submersus, amen: et a parte regali exolvat quinque libras auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima tertia decima, regnante Sancio rex in Naiera et Pampilona: et Adefonso in Legione et in Castella. Ego vero Sancius rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Reimundus frater regis confirmans.* Munnius episcopus confir.* Ermesilda soror regis confir. Eximina soror regis confir. ✠ Senior Enneco Lopez confir. Senior Lope Ennecones confir. Senior Lope Sangiz confir. Senior Garcia Sangiz confir. Senior Furtun Sangiz confir. Senior Scemeno Azenariz confir. Senior Enneco Furtuniones confir. Senior Furtun Jhoannes confir.

donde la cruz sigue el obispo munio.

Num.º 246.

Era 1113: año 1075: got. 66. b.º gal. 73.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Senior Galindo Sangiz, et uxor mea domna Goto divino amore succensi, ac peccatorum nostrorum recordati, per remedium animarum nostrarum concedimus et confirmamus ad atrium Sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasconi abbati cum ceteris fratribus ibi Deo servientibus, in villa Abnazar nostrum palatium, cum cellero, et duas tenias, cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentibus ab omni integritate; et uno orreum, troliare, una cupa, una tina, uno scannum, uno leitica, una ferragine translans palatio, alia ferragine iuxta era, una terra ad illa perale iuxta carrera, que vadit ad Quintaniella, alia terra de illu cereso iuxta via, que vadit ad Granione, alia terra de sinistro, alia terra inter ambas vias, et una vinea in padule iuxta via, que vadit ad Quintaniella, alia vinea in Corporales in loco, qui dicitur planu, alia vinea in Pinu in loco qui dicitur otero de aquila. Isti ab omni integritate serviant in Sancti Emiliani semper. Siquis vero ex nostris propinquis aut extraneis hanc nostram donationem in aliquo disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotentis maledictus, et confusus, et cum Judas traditore in inferno habeat portionem, amen.

Facta carta in era millessima centessima tertia decima, regnante Sancio rex in Pampilona. Ego igitur Galindo Sangiz et uxor mea domna Goto, qui hanc spricta iussimus, testes tradimus. Senior Albaro Lopez confirmans. Senior Garcia Lopez confir. Senior Galindo Ennecones confir. Senior Sancio Beilaz confir. et Senior domno et illas filias de domna Tota, et domna Gontronda confirmantes, et testes.

Num.º 247.

Era 1113: año 1075: got. 94. b.º gal. 71.

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur domna Endrigoto affecto animo, prompto corde, placens michi, ut pro mee anime remedium, et peccatorum meorum requiem, et pro anima ex avuncula mea regina domna Endrigoto concedo et confirmo ad atrium beati confessoris Emiliani presviteri, et tibi patri Blasio abbati, et omnium collegium monachorum unum monasterium in Aragone vocato Sancti Salvatoris de Bernues cum terris, vineis, exitus et introitus, cum omni pertinentia ad integritate; et cum suas decanias: unus Casares in Sutirana cum terris vineis, et pertinentio. Et in Aragona villa suas terras. Et in Campo de Jaca in Pardinilla una vinea, et terras. Et in villa Leres iuxta Pardinilla illa ratione de Senior Sancio Albarez: de terris de mezquinos suo pertinentio ad integritate. Hec predictum habeat Sanctus Emilianus per omnia secula, amen. Siquis vero homo ex mea progenie vel quilibet hanc meam offertionem in aliquid demere minuere conturbare voluerit; sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et a Sancta comunione segregatus, et cum diabolus sortitus, amen: insuper ad regis parte cauto talenta auri, et ad Sancti Emiliani retemtu duplatu. Facta carta in era millessima centessima tertia decima. Sancio rex in Aragone: Sancio Garsea rex in Pampilona et in Alaba et BizKaia: Garsea episcopus confirmans. Blasio episcopus confir. Munio episcopus confir. Filio meo Senior Sancio Sangiz confir. Filias meas domna Endrigoto, domna Sancia, domna Belasquita confirmantes. Senior Sancio Galindoz in Atares testis. Senior Lope Garceiz in Un-castello, et in Ruesta testis.

Núm.º 248.

Era ꝟꝟꝟ3: año ꝟo75: epc. ꝟoꝟ. 6.º cal. ꝟ36.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta donationis, quam ego Sancius Dei gratia rex, propria voluntate facio vobis domno Fredinando, vtique omnibus notum est vna serna de sancta Maria de Naiara extra epitu de sancta cruce versus monasterio, quod tradidistis ad sanctum Emilianum: et quia faciebat vobis detrigium in introitum et exitum; non tantum aliter quantum amore Sancti Emiliani cum consilio domni Salindonis prepositi et voluntate clericorum Sancte Marie, et episcopi Vlumnionis dono vobis illa sernam integram et ad honorem Sancti Emiliani. Et ut non esset vlla querimonia huius donationis, dono ad domum Sancte Marie in eius commutatione Sactum Salvatorem de Serma cum omni suo pertinente, confirmans vtramque commutationem. In confirmatione huius scripture, ut usum tenere habetur, accepi a vobis vnam mulam valente trescentos solidos. Siquis vero hanc meam commutationem, quam communi consensu facio, vtique rex, vel episcopus aut abba infringere voluerit, vna anathematis percussione damnatus, infernj penas patiatur. Facta carta in era millesima centesima tertiadecima, regnante rege domno Sancio: episcopo domno Vlumnio in ecclesia Albailde regnis. Dominus Semenus frater regis regnis. Domna Eximberida regnis. Belasco abba Sancti Emiliani regnis. Senior Fortun Garceiz dominator Marzanione regnis. Senior Garcia Lopez dominator Naiara regnis. Senior Lope Enneconez stabulatius regnis. Senior Lope Velasquiz maiordomus regnis. Senior Enneco Arzenariz prepositus regis regnis. Enneco scripsit et signavit. ✠

Addicion despues del ꝟꝟo6.

En el gotico al margen; y en el galicano en se quica

Contigit ut prior domno Marcelino Sancte Marie, quesivit illa sexna ad domno Fredinando, pro iudicio ante regem Alfonsus: et pro iussione regis in presentia eius, iudicabit domno Ricardi cardinalis, ut iuraret domno Fredinando cum sua carta, que a Sancio regis acceperat in Sancta Maria, et dimitteret iudicium: placuit omnibus: et accepit fidiatores domno Marcelino a domno Veremudo prior Onie, et domno Pelio de Aguilare, ut dedisset iura: deinde venit domno Fredinando cum suis fides a Sancta Maria; et illi noluerunt iura accipere. Senior Enneco Arzenariz alcalde regnis. Domno Kixame regnis. Domno Sancio de Sopema regnis: et toto concilio in Sancta Maria Naiarense regnes.

Num.º 249.

Era 1103: año 1075: got. 62. b.º gal. 188.

Sub Christi nomine redemtoris nostri. Hec est carta exquisitionis, vel roborationis pro illo loco de Arandia. Postquam concessum fuit illum monasterium Sancti Martini de Hurrieta ad atrium Sancti Emiliani a Sancioni rex, contigit ut abbate de Abadiano domno Munio, ut veniret ad Arandia construendum monasterium: exinde ego abbas Belasio Sancti Emiliani audivi hoc factum, quia dictum erat michi ut illo loco et termino in territorio et pertinentia de Sancti Martini de Hurrieta debet esse: idcirco tam ego quam abbate de Abadiano venimus illuc, et fecimus questionem cum Senioribus et homines de terra: et diviserunt atque iudicaverunt, quia illo loco inter ambas aquas terminum fuit et debet esse Sancti Martini: et exinde accepimus nos, et dimiserunt illis de Abadiano. Et pro alio loco parte aqua dedimus nos de Sancti Emiliani ad illos de Abadiano sex baccas obtimas, sicut placuit nos, et illis: et accepimus totum. Et fecimus talem, ut quid disrumperit, pactet ad rex quingentos solidos, et duplum. Senior Lope Ennecones et suos germanos, et Azenari merino hic presentes testes et confirmantes. Ego Sancius rex confirmo. Ego Blasius abba sancti Emiliani cum consilio rex Arandiam populavi: ecclesiam antiquam luminavi, qui est in termino de Hurrieta decania de Sancti Martini: era millessima centessima tertia decima *.

Adicion despues del 1080.

Et ego Furtunius episcopus sacravi pro iussione Albaroni abbati Sancti Emiliani.

Num.º 250.

Era 1113: año 1075, 18 de junio: got. 32: gal. 19.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Sancio rex una cum coniuge me Placentia gratia Dei regina: concedimus et confirmamus ad atrium venerabilis Dei confessoris Emiliani Sanctissimi et tibi patri Spirituali Belasconi abbati cum summa libertatis genuitate dono et stabilio, ut supra taxatum est, unam casam in villa Matrice cum habitatoribus suis, id est, Dominico Telliz et uxor eius Amunna cum filiis et filiorum filiis, nec non et filii filiorum nepotibus, vel qui in hac domo ex hac, seu ex alia stirpe habitator extiterit, per omnia secula,

cum terris, vineis, ortis, linares, molinos, ferragines, pomiferis, arboribus, et quicquid domui et habitatoribus huius pertinet tam exparentum pertinentiis, quam ex rebus enticis hucusque, et deinceps quicquid ampliare construere vel emere potueris, cum omni genuitate pariarum, homicidiorum, veredarum, tributum, palancharum, et calumniarum palatii, cum prospero ac libero famulatu ad predictum Dei confessoris atrium deserviat cum suis habitatoribus predictam domum per evum totum, cum exitu et regressu et pastu libero. Quo si ego aut aliquis homo hanc villam Matricem iterum ad atrium beati Emiliani offerre voluerit, ut confirmamus hunc domum et eius habitatores, hanc genuitatem omnino non careat per infinita secula, amen. Deinceps vero siquis ex nostris successoribus hanc nostram donationis pretextum ausus fuerit violare aut disrumpere; sit a Domino Deo maledictus, et a Christi comunione excomunicatus, (sigue lo demas acostumbrado)

Facta carta confirmationis in era millessima centessima tertia decima, quarto decimo Kalendas iulias. Ego igitur Sancius rex vna cum coniuge mea Placentia regina, qui hoc testamentum fieri iussimus, testes ad roborandum tradimus. Munnius episcopus confirmans. Petrus abba confir. Albarus abba confir. Galindus abba confir. Domno Aparitio confir. Domno Fanni confir. Senior Azenari Scemenonis confir. Senior Blasco Gomiz dominator Vicarie confir. Senior Garcia Furtunionis confir. Senior Sancio Furtunionis dominator Sancte Columbe confir. Sancio Garceiz et Garcia Jontiz testes

Facta roboratio huius scriptionis octavo Kalendas iulias in palatio regis coram omni Matrizane plebis in festa sancti Johannis babtiste.

Num.º 251.

Era 1114: año 1076: got. 62: gal. 190. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Furtun Gondisalbiz de Albiniz divino amore compunctus, ac scelerum meorum recordatus, pro remedium anime mee concedo et confirmo ad atrium Sancti Emiliani presbiteri in presentia domno Blasio abbati, vno solare populato, et alio eremo in villa Mendissor cum divisa in omnibus locis ad eam villam, pertinentem, cum exitu, et regressu

libero et quieto. Similiter ego Senior Lope Sangiz de Aiala dono vno solare populato in villa Cerio cum divisa in omnibus locis ad eam villa pertinentem cum exitu et regressu. Et ego Albaro et frater meus Monnio Blascoz in predicta villa Cerio spontanea nostra voluntate roboramus nos medipsos cum omnia nostra hereditate ad Sancti Emiliani in manus domno Belasio abbati. Et ego Senior Garcia Sangiz similiter dono ad Sancti Emiliani vno solare populato in villa Durana, in ecclesia et in montes sua portione, sub presenti domno Blasio abbati. Et hoc quod offerimus ab hinc serviat in baselica Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Siquis vero quilibet homo de propinquis aut extraneis hanc scriptura offertionis in aliquo disrumpere voluerit; sit anathema in conspectu Dei omnipotentis, et cum Juda traditore in inferno inferiori, amen: et a parte regali exolvat libra auri, et quod retemtatum duplatum. Facta carta in era millessima centessima quarta decima, regnante Sancio rex in Pampilona. Furtunius episcopus testis. Senior Lope Scemenoz testis. Senior Lope Sangiz testis. Domno Salvatore testis. Domno Pelaio testis. Senior Albaro Gondisalbo de Zobano, et Sancio de Villamorosa, et Senior Garcia Telliz fidiatores.

Num.º 252.

Era 1114: año 1076: got. 38: gal. 183. 8.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei domna Goto Lopez placuit michi pro redemtione anima mea, et remissio peccatis meis concedo et confirmo media de illa villula, que vocitant Hegilioz in Heghilaz, cum suis pertinentiis, et media de illa ecclesia Sancti Petri intus villa cum casa ad eam tenentem: et media de illa ecclesia Sancti Emiliani sita super villa: et media de ecclesia Sancta Maria deorsum villa: et quatuor terras obtimas: Isti ab omni integritate cum divisa in montes, in padules, in fontes, et in omnibus locis in atrio Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi Belasconi abbati, omnique collegio monacorum ibi Deo servientibus. Siquis vero de meis sanguineis aut extraneis hanc meam offertionem

voluerit disrumpere; sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda traditore habeat portionem in inferno inferiori: insuper a parte regali pariet quinque libras auri et duplum. Facta carta in era millessima centessima quarta decima, regnante Sancio rege in Pampilona et Alaba. Ulumnio episcopus confirmans. Sur. Ximenus episcopus confir. Senior Domno Ulaxcelle confir. Senior Fortun Garceiz confir. Senior Oximino Fortunionis confir. Senior Oximino Azenariz confir, et fidiatores atque testes.

Num.º 253.

Era 1114: año 1076: qoz. 96: gal. 78.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Pello Ennecoz de Sancti Romane venit michi voluntas, vel accessit necessitas, et vendidi casas meas proprias, quas habui de parentum meorum in villa nomine Sancti Romani de Cambezo cum hereditatem et pertinentio terras, molendino de illa ponte, et uno exito ad tibi enzoti meo Senior Enneco Lopiz et uxor tua Ulomadruema in pretio, quod inter nos placuit, id est octo baccas paritas et esleccas, et viginti solidos de argento, et accepi totum. Et post odie habeas tu, et cui volueris. Et si aliquis homo inquietare voluerit in iudicio, componat ad partem regis centum solidos argenti, et ad tibi Senior Enneco Lopez casas et hereditate duplatas et melioratas in ipso loco. Et ego Ama Sarracinaz similiter venit michi voluntas, et vendidi terra mea propria in eadem hora in loco, qui dicitur Zabiello ad tibi Senior Enneco Lopiz in pretio, que nobis placuit, id est quinque calices de argento: et post odie habeas tu. Siquis homo ista terra retemtare voluerit ad partem regis pariet sexaginta solidos argenti, et ad tibi Senior Enneco Lopez terra duplata. Facta carta in era millessima centessima quarta decima, regnante Sancio rex in Pampilona et Granione atque Alaba. Senior Sain in Cambezo: iudicante iudicio Didaco de Texroba. Et sunt testes et fidiatores Ulumnio Blasco, et Ulumnio Pello, et Pello Monnio maiore, et concilio Sancti Romane testes. Senior Scemeno Fortuniones in Meltexia testis. Senior Enneco Azenariz in Vecaria testis. Ulomnio episcopus Calahurritanus testis. Numnu Veila de Scalone alcalde testis. Et sunt fidiatores Dominico Sanziz, et Ulicael Texero, et Numnu Dominico,

Azenar Sona de Torre testes; Didaco Azenari de Lacuna testis.

Num.º 254.

Era 1114: año 1076: qpt. 102. b.º qal. 150. b.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego Beila Beilaz, et uxor mea Anderazu pro anime mee remedio donamus ad atrium Sancti Emiliani in villa Bozo nostras casas cum eras, hereditate, et pertinentio: et sunt casas latus casam de Johánne Citiz, de occidente monasterio de Legior. Et ego Johannes Beilaz, et meo filio Didaco Johannes et uxor sua Monnina donamus nostras casas cum ortis, et eras, hereditatem et pertinentio: et sunt casas latus de Johannes Albaroz de Ocidente casa de Fernando Sarracinez: et ipsas tres casas cum fuero de vicinos; set tamen de ipsas casas saion numquam donetur. Et ego Anderazu de Bozo dono unam terram in padule latus Petro Gonsalvez, de occidente Didaco Obekoz. Siquis autem ex nostris propinquis vel extraneis hanc nostram donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Jhu Christo excomunicatus et maledictus; et cum Juda et diabolis dampnatus, amen: et ad regis partem exolvat tres libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta in era millessima centessima quarta decima, regnante Sancio rege in Pampilona, Naiara, et Ponticurbo. Nos vero prescripti ad roborandum testes tradimus. Johannes Crespo testis. Domno Mikael testis. Nunnu Albaroz testis. Gonsalbo Obecoz testis. Albaro Beilaz testis.

Num.º 255.

Era 1114: año 1076, á 31. de mayo: qpt. 34. b.º qal. 45. b.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta confirmationis et corroborationis, quam ego Sancius, gratia Dei, Nagalensis rex cum coniuge mea Placentia regina libenti animo et spontanea voluntate facimus ad honorem sancti Emiliani presbiteri per remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum in abbatia Blasconi abbatis, de illis villis quas vocant Cardines minor et Cardenas maiore, et Villagundesalbo cum suis ingressibus sive regressibus, hominibus, terris, vineis, ortis montibus, vallibus, padulibus, fontibus, molendinis, cum aquarum productilibus, et pascuis iumentorum, et aquis ad bibendum et

ixxigandum, et cum omnibus suis pertinentiis confirmamus eas in Sancto Emiliano usque in perpetuum. Similiter confirmamus villa Terrero cum suis exitibus et introitibus, hominibus, terris, vineis, ortis, montibus, vallibus, fontibus, padulibus, molendinis, cum aquaxum, productilibus usque Naiela flumen, pascuis pecorum, et aquis ad bibendum et ixxigandum. Et insuper confirmamus ad honorem Sancti Emiliani illas sex Casas molinarias, quas usque hodie homines de Alesanco in termino de Terrero tenuerunt falsificatas: Ideoque vidimus bene, et iudicavimus per directum, ut quisque unus haberet suum proprium: et probavimus cum nostris hominibus, quod illi molini erant in termino de Terrero et Sancti Emiliani: proinde accepimus omicidium de Sancto Emiliano Ducentos solidos argenti pro homine, qui fuit mortuus in illis molinis, eoquod terminus erat de Terrero et Sancti Emiliani: et abstulimus molinos illos hominibus de Alesanco, quando de illis nobis Cartam, et viam recti dare non potuerunt. Confirmamus autem illos ad monasterium Sancti Emiliani per omnia secula. Si quis autem nostrorum vel extraneorum hoc nostrum factum disrumpere aut retemptare voluerit; sit ab omnipotenti Deo maledictus et a consortio Christianorum separatus, et post mortem cum Juda traditore in inferni baratro per cuncta secula sit submersus, amen: insuper ad partem regalem decem libras auri exolvat, et duplum ad regulam. Facta carta in era millesima centesima quarta decima, secundo Kalendas iunias, regnante Sancio rege in Pampilona et in Alaba, et Naiera: Adefonso rege in Burgis et in Gallecia. Munnius episcopus confirmans. Belasius episcopus confir. Fortunius episcopus confir. Abbate Belasio existente in Sancto Emiliano, sub eo praeposito Domno Gomesano. Ego namque Sancius rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum ✠ inieci, et testes ad roborandum tradidi. Raimundus infans confirmans. Senior Eximino Azenariz confir. Senior Fortunio Garceiz confir. Senior Fortunio Azenarez confir. Senior Lope Emecones confir. Senior Emeco Sangiz armiger regis confir. Senior Fortunio Garceiz confir.

Num.º 256.

Era 1114: año 1076: got. 102. gal. 151.

Impiissima fraude interfecto rege Sancio, Garsie strenuissimi regis filio; Ego Adefonsus filius Fredinandi regis, successit in regno. Cupiens ergo in pace subiugare michi illius regnum, salubre inveni consilium ab omnibus obtimatibus meis, ut antiquas leges et propria instituta revolverem ac renovarem, quibus duros mores regni predicti regis inhabitantium mitigarem, michique sic regnum subdere: petentibus illis qui terram Nagerensis regionis inhabitant, cum iuramento meorum militum antiquas leges quas habuerunt in diebus avi mei regis Sancii maioris, et avunculi mei Garsie regis, reddidi; ut more illarum legum antiquarum vivant, ut nichil michi necque successoribus meis amplius faciant. Mos erat tunc, ut pro omicidio centum solidi persolverentur, et non reddatur Saionia. Et si aliquis fuerit interfectus, et omicida usque ad septimum diem fuerit inventus et redditus, omicidium non requiratur: et si in via publica aliquis fuerit inventus occissus, omicidium non requiratur. Et si aliquis militum hominem occiderit et per fugam evaserit; omicidium ab interfectore requiratur, et nullo modo ab hominibus ville illius exigatur. Non erat illis mos veiculum in fossato dare; quem veiculum nullus audeat ab eis exquirere. Et miles civivatis illius nullum tributum exolvat, sed solummodo cum rege in exercitu pergat. Veniente rege ad illam civitatem, illa sola nocte homines illius civitatis dent paleam equitibus regis: et si rex ibi amplius moratus fuerit, nec palea nec quicquam ab hominibus civitatis illius requiratur. Et manneria clericorum, sive laicorum nullo modo requiratur. In pago ergo, in quo fuerint regis vinee, primitus vindimietur; et post cetere vinee vindimientur. In pago vero in quo rex vineas non habuerit, vindemient vineas suas quando eis placuerit. Nec quicquam operis in castello faciant nisi illud azore de foris, quod soliti facere erant. Nec quisquam ausus sit facere raptum virginis vel vidue. Et hoc similiter statuimus de lignis ad necessaria domus de monte deportati, ut nullus sine pretio audeat tollere. Et barrium Sancti Andree, quod vocatur Cornilior, super centum solidos quod debet dare; nichil ab eo amplius requiratur: et barrium istud non dent regi necque clavigerum neque saionem. Ego Aldefonsus rex hoc statuo et affirmo

vobis laicis et clericis Naggarensibus, presentibus meis obtimatibus, et interdictione ne amplius a vobis requirat aliquis de meis Successoribus, dedi vobis iuratores comitem Petrum, et comitem Gundisalbum, Senior Didaco Albarez et Martin Sanchez et Veremundo Gutierrez Era millessima centessima quarta decima.

Num.º 257.

Era 1114: año 1076: got. 35. b.º gal. 28: Cajon A. 13. titulo Camprobin. leg. 1.º n.º 1.º

In nomine scilicet patris nec non et eius prolis, pariterque Sancti flaminis. in unius potentia Deitatis. Hoc est privilegium concessionis et offertionis seu confirmationis, quam ego Senior Enneco Lopez gratia Dei totius Vizkahie comes, divina Succenssus flagratione facio ad honorem Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Dei, sive omnium Sanctorum ibidem sub sacris venerationibus quiescentium, et tibi reverendissimi Blasconi abbati ipsius monasterii rectori, et cuncte congregationi monachorum sub tuo regimine die noctuque in psalmis et orationibus Deo psalentium, pro anima uxoris mee domne Tote, et pro meorum peccatorum remissione, qualiter vestrorum et Sancti Emiliani precibus adiuti, periclitantis mundi pericula transire valeamus inlesi, et post gehenualis penas superare incendii, demumque cum angelicis cibibus polorum mereamur partipes fieri regni, amen. Igitur de bonis propriis, que Dominus nobis largitus est, offero ad atrium predicti confessoris Dei Emiliani villam pernominatam Camprobin ad integram donationem, sicut ego illam a Sancione rege comparavi, simul cum illa paria, que solebat ad Naielam pectare, cum suos exitus et introitus, montibus, vallibus, pratis, pascuis, fontibus et padulibus sive molendinis. Similiterque concedo, sicut Sancius rex dominus meus michi in comparatione mea concessit, Sanctum Emilianum de Deo cum toto suo sibi pertinente terris vineis possessionibus, pratis, pascuis molendinis. Et liberam ingenuitatem ad comparandum possessiones, sicut ego habui, habeatis, et ingenuas eas usque in perpetuum iure quieto possideatis. Ac si aliquis hominum in illa villa habitantium vos voluerit dimittere, et ad alium dominum se voluerit comutare; ut Kasas et omnes quas habuerit hereditates, ibi dimitat, et sine illis, ad quem voluerit, vadat. Ergo hec omnia sicut superius prenominata sunt, amodo et deinceps sint a potestate mei, et meorum filiorum,

vel omnium hominum alienata, et in vestro iure pro anima vxoris
mee domne Tote, et peccatorum meorum remissione per omne secu-
lum firmiter confirmata cum suos terminos: id est, de illa ferrera la-
tus soto sursum de dextera parte ad valle de invidia latus vineis, que
sunt de Camprobin et Balloria cum malleolo de Azenari Sancio; dein-
de ad illa terra de Didaco de Camprobin cum ipsas terras, et ad val-
leciello de Monio Gentule; deinde per sumo lumbo usque termino de
Letesma, et ad vadello de Scangurran, qui est inter Banios et Cam-
probin ad boca de Castreggon, et de alia parte de valle mediana in-
ter Camprobin et Mahabe a malleolo de confratres usque ad bacca-
rizuela, et illas vineas de rate, et ad illa terra quam comparave-
runt illos de Castreggon et ad illa capeza, que dicunt de domno San-
cio, et ad terra de Kasas usque ad sotiello de domna Vita latus
terras de Kirame de Fonteiz et ad illa terra de Monnio Orbita, et se-
mita vadit per medium ad valles usque ad illa guardia; deinde per
via mercatera usque ad termino de Letesma: Hec predicto per om-
nia secula serviat in sancto Emiliano. Verumtamen si aliquis
hominum regum, vel potestatum, filiorum meorum seu propin-
quorum aut extraneorum hanc meam donationem Deo et sanc-
to Emiliano oblatam invadere, disrumpere, auferre, diminuere
vel retemptare ausus fuerit, sit a corporis cruorisque Christi par-
ticipatione privatus, et a consortio christianorum abominatus;
postque cum Juda proditore in gehennalibus tormentis perenniter
male damnatus: quin insuper temporali damno aflictus sex libras
auri a parte regis se noscat soluturus. Facta carta donationis,
et offertionis seu confirmationis in era millessima centessima
quarta decima, regnante domino nostro Jhu Christo terra et polo, et
sub eius nutu regnum totius ispanie obtinente principe Adefon-
so. Ego igitur Senior et consul Enneco Lopez, qui hanc cartam
privilegii fieri precepi, propria manu signum credulitatis sic ✠.
depinxi, ac supositis testibus ad roborandum et confirmandum
tradere iussi. Senior Lope Ennecones filius eius, et Garcia Enneco-
nes, et Galindo Ennecones, et domna Mencia germani eius dando
et confirmando huius carte sunt testes. Munius episcopus confir-
mans. Comite domno Gunsalbo confir. Senior Didaco Albarez confir

= Senior Scemeno Fortuniones confix. Senior Maxtin Sangiz confix. Senior Petro Moxelle maiordomno confix = Enneco Azenarz meiro confix = Sundemarius exaravit.

Num°. 258.

Era IIIIS: año Vo77, á 14 de abril, Dia viernes: epot. 55. 6°: gal. 72. 2°

In nomine Chaisti redemptoxis nostri. Ego igitur Senior Didaco Albaxez una cum uxore mea Domna Sancia offeximus ad honorem sanctissimi Emiliani, xeobicexi Divisa, qui fuit de mea germana Xixaca, in qua Divisa, xofiliavit ad meo filio Petro Didaz in villa que dicitur Yaxicark, uno Casato populato, et duos Solaxes sibi patxi spirituali Belasconi abbati cum consociis fratxibus, cum populandi germitate, cum exitu et regxessu libexo ac perpetualiter ad predictum atrium offeximus et confirmamus per omnia secula, amen. Siquis vexo ex nostris propinquis vel exterancis, seu quilibet homo supex hanc nostram donationem inxuptionem in qualibet occassione facexe conavexit; sit a Domino Deo maledictus et a Chaisti comunione excomunicatus, demumque cum Juda traditoxe in infexno infexioxe, et cum demonibus obtineat, poxtione in secula seculoxum, amen: et ad parte xegale exolvat tres libxas auxi, et xetentu ad xegula duplatu. Facta carta sub era millesima centesima quinta, decimo octavo Kalendas maias, fexia sexta. Ego igitur senior Didaco Albaxez cum uxore mea Domna Sancia, qui hanc donationem fecimus, manibus nostris signos ✠.✠. impxessimus, et testes exadimus. Placencia xegina confirmans. Gonsalbo Gondisalbiz confirmans. Domno Ipaxicio confirmans. Senior Didaco Saudenteoz confix. Sancio Fortuniz cuius domus xoboxatus testis.

Num°. 259.

Era IIIIS: año Vo77: epot. 54: gal. 30.

Sub Chaisti nomine xedemptoxis nostri. Hec est carta scripture de comparationibus, quas fecexunt illi de sancto Emiliano in villa Vobatella. Ego quidem Munnio Blasco de Matuce talis michi venit voluntas, et cogenti necesitas, ut vendexem tibi emtoxi meo Garcia Sangiz frater Sancii Emiliani unum aguum iuxta domum vestram Sancia Cugoniam de Vobatiella, ad latus aguum de Tamami, de alia parte aguum de Salindo Salindez, et accepi pxetio de te

quod de tesuro Sancti Emiliani adduxisti, quantum placuit inter me et te et abbate Belasio de Sancti Emiliani et totis monachis, id est decem septem solidos argenti: quod ego totum acceptum et agrum illum in conspectu de meis vicinis in iure de Sancti Emiliani, pro mortuo confirmavi. Et qui voluerit vobis retemtari pariet a parte rex sexaginta solidos argenti. Inde ego Munnio Blasco dono fidiatores: Sancio Garceiz, et Johannes Monnioz, Lope Garceiz, Enneco Monnioz. Facta scriptura in era millessima centessima quinta decima.

Num.º 260.

Esta escrit.ª sin fecha, es del año 1077: qpt. 19: gal. 90.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei Alfonsus totius yspanie rex, pro remedio anime mee, facio confirmationem et corroborationem tibi Blasconi abbati et monachis omnibus sub tua gubernatione in Sancti Emiliani cenobio commorantibus, illarum villarum, quas avus meus Sancius rex obtulit Sancto Emiliano: de Sagrero silicet, et de Terrazas, et de Refoio. De Sagrero, quod tu habebas altercationem cum Roderico Munnionis fratre Fredinandi Munnionis, quia volebat ibi construere palatia cum non haberet ibi introitum, neque divisam, set emerat ibi duas terras, nescio á quo nefandissimo vel quo ingenio: et hac de causa volebat ibi hedificare edificium. Sed quia Blasius abbas completo iudicio, sicut iudicatum fuerat á iudicibus et á nostra curia, cum nullum haberet ibi introitum neque divisam Roderico Munnionis, exceptis duabus terris, amisit alium totum introitum. Nos vero, cum nullo alio mortali aliquam intentionem habeat abbas Sancti Emiliani, ita determinamus ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani in Sagrero centum viginti passus circumquaque, et sicut accipit in calle ferrera et vadit ad stratam, que vadit de Velforato ad Fresenum, usque ad capud vinee Verlangas, et inde, per transversum ad ripam fluminis tironis iuxta limitem terre Roderici Munnionis; et de calle ferrera usque ad summitatem ripe fluminis tironis. Et in Terrazas eccle

siam Sancti Emiliani centum viginti passus circumquaque. Ecclesiam Sancte Eolalie de Refoio similiter centum viginti passus circumquaque. Istas supradictas tres villas ita dono et confirmo, sicut fuerunt misse et corroborate sancto Emiliano á meo avuo rege Sancio, exceptis duabus terris de Sagrero, cum introitu scilicet et regressu, et cum montibus et fontibus, et pascuis, et sicut inventum est in pagina avi mei regis Sancii. Quicumque vero nostrorum vel extraneorum hunc nostrum pretextum infringere violare voluerit, eadem temporali et spirituali dampnatione dampnetur, que in donatione avi mei superius subscripto tenetur.

Num.º 261.

Era 1115: año 1077: got. 17. b.º gal. 90. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur gratia Dei prestante Adefonsus totius ispanie rex spontanea mea voluntate placuit michi, et pro remedio anime mee dono et confirmo ad honorem sancti Emiliani, et tibi Blasconi abbati illum populatorem, qui est in Terrazas cum sua domo et hereditate unam scilicet terram iuxta viam, que vadit de Sagrero ad Terrazas, et ex alia parte pagus vinearum, et unam vineam in illa custiera de Terrazas, et aliam terram iuxta viam, que vadit de Terrazas ad rivum de Tolsantos, et aliam terram iuxta viam que vadit de Terrazas ad Fraxinum, et omnem aliam hereditatem, que pertinet ad illum solarem populatoris de Terrazas cum omni integritate iure hereditario possidendam per eterna secula, amen. Siquis tamen ex nostris successoribus propinquis vel extraneis, miles vel rusticus, vel cives ausu temerario disrumpere hoc nostrum factum voluerit; vivens a fronte sua utraque careat lucerna; postque piceam non evadat inferni penam, set sit cum Juda in inferni gehenna: et dominantibus terre aureas quinque persolvat libras, et quod retemptavit ad regulam duplum. Facta carta in era millessima centessima quinta decima. Ego Aldefonsus rex, qui hoc testamentum fieri iussi, manu mea signum ✠. feci, et testes ad roborandum tradidi. Garsias comes in Nazara testis. Gomesanus comes in Borobia testis. Senior Didaco Sanghez testis. Senior Lope Sanghez testis. Senior Albaro Didaz testis. Garcia Albarez suus filius testis. Vita dompnus Tello merino testis.

Num.º 262.

Era 1115: año 1077: got. 90: gal. 67. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Alfonsus gratia Dei rex facio cartam ab honorem et atrio sancti Emiliani et et tibi presenti Blasio abbati cum sociis tuis monachis. Audivi ex vobis querimoniam de Gonsalbo Sarraciniz et Bellaio Sarraciniz, qui sunt in villa vestra Zufior, et vos dicitis, quia volunt se exaltare, et nolent ullum servitium nec per Casas nec per hereditatem ad Sancti Emiliani obedire; et quia dicunt illi genuos vel absolutos ab omni servitio debemus esse: Unde iussi merinos meos probare hec predicto. Illi quoque rebellanti, nec testes nec cartula potuerunt donare ut essent sollutos, solummodo equaliter cum vicinis. Unde iubeo pro mee anime remedium, ut si volunt cum vicinis equaliter servire, habeant suum; et si nolunt, tam Kasas, quam hereditatem, et totum mobile dimittant in Sancti Emiliani; et illi vadant, ubique volunt. Siquis autem ex regibus vel quilibet homo hanc meam confirmationem disrumpere retemtare voluerit, sit a Deo maledictus et excomunicatus: insuper ad regis parte, talenta auri conferat, et duplo ad regula. Comite domno Gonsalbo testis. Senior Albaro Salbatorez testis. Senior Didaco Albarez testis. Senior Monnio Telliz testis. Senior Martin Sangiz merino in Burgis et in Cereso testis. Alfonsus rex in Legione, in Castella, et Naiera. Facta carta in era millessima centessima quinta decima.

Adicion del mismo año 1077.

Contigit ut Gonsalbo Sarraciniz occisit merino de rex nomine Furtun Manco, et pro hoc debebat quingentos solidos in omicidio, et misit ad nostro collazo Furtun Furtuniz de Zufior fidiatore pro centum solidos, et ad placitum diem non habuit; et fecerunt se ducentos quinquaginta solidos in lucro, et pectavit fidiator, et Gonsalbo Sarraciniz non integravit illum: et nos de Sancti Emiliani querimoniam habemus semper. Era millessima centessima quinta decima.

Vease el apend. escrit.ª 735.

Num.º 263.

Era 1113: año 1077, 5.º de novibre, dia domingo; got. 33. b.º gal. 171.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Nos igitur omnes de Fontes Salinas tam viris quam mulieres, toto concilio pariter, placuit nobis pro redemptionem animarum nostrarum donamus et confirmamus vna ecclesia nomine Sancti Sabastiani in caput villa, et vna Serna ante illum altare inter ambas vias vsque ad ribo, et quinque vineas parte Sancti Sabastiani, et tres romas de eros deorsum via de Sancti Micael, vna iuxta ero de Monnio Sarraciniz, alia in illa costoia, alia in illo valle: et in illo molino de Egga Lacine die secunda feria die et nocte in quinque in quinque dies. Et ego Obeco Garcia dono in illo molino de las eras die quarta feria die et nocte. Et ego Petro dono vno ero iuxta de Latero: et ego Garcia dono vno ero in illo valle. Et illa predicta ecclesia cum illa Serna, et omnes qui ibi popularent; cum quantas sunt scriptas, ita afirmamus ad honorem Sancti Emiliani presbiteri, cum divisas in montes, in fontes, in exitus et introitus, in pratis, in pascuis equaliter cum vicinis de ville, ut in ipsos populatores non intret Saione de rege neque pro omicidio, neque pro furtum, neque pro fornicio; sed sit eorum consuetudo in caput anno, Casatum pariet quatuor argentos; viduas duo et duo argentos; et sint firmi in seculum seculi. Siquis homo ex nostris progenie vel aliquis homo voluerit iudicium pulsare pro ecclesia et hereditate, ut auferat ad Sancti Emiliani; sit maledictus a Deo omnipotenti, et habeat partem cum Juda traditore in inferno inferiori, amen: et ad rex parte solvat talenta auri et duplum ad regula. Facta carta confirmationis in era millessima centessima quinta decima, nonas* novembris, dominica die. Ego rex Alfonso notum fuit michi, et me rogante assensum prebui et confirmavi, presente Belasio abba: regnante rex Adefonso in Legione et in Naiera: Senior Didaco Sangiz in termino testis. Senior Martini Sangiz confirmans. Comite Gundesalbo Salvatorez confirmans.

* Scriptum K: id est Kalendas, pro nonas.

Num.º 264.

Era 1116: año 1078: got. 64: gal. 166 Vto

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Tota sic trado corpus et animam ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi Blasconi abbati, et pro remedium anime mee, et scelerum meorum ablutio dono et confirmo ad atrium Emiliani presbiteri in villa Nunno-falzahuri duos casatos populatos et tres solares. Et in villa-lomba de Leiba duas vineas vna maiore alia minore. Et in Trebingeto quarta parte, et quinque erias. Et in Octazu de Alaba octo collazos populatos. Et in illa ecclesia Sancti Adriani tertia parte. Et in illa Casa, qui stat iuxta illa ecclesia tertia parte: et deinceps in atrium serviant sancti Emiliani presbiteri: et istos alios serviant michi in vita mea: et postquam venerit obitum meum; istos collazos, et ista hereditate serviant in Sancti Emiliani. Era millessima centessima decima * sexta. Siquis istam hereditatem retemptaverit, sit excomunicatus et confusus a Deo, et reddat istam hereditatem duplatam in tali loco: et ad partem regis solvat tres libras auri. Adefonsus rex dominante tota spania: Martino Sangez in Nagera.

Num.º 265.

Era 1116: año 1078: got. 89. b.º gal. 160.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem domna Orobellito placens michi promta voluntate trado corpus et anima mea ab honore et atrio Sancti Emiliani, et tibi patri Blasio abbati, et dono in villa Ratecella vna serna in loco verezal, latus de regula de Ratecella, de alia pars vineas de Castriello: et vna vinea in illa costa, latus vinea de Sancti Micael, de alia pars vinea de domna Lumne: et alia vinea in termino de Sancti Mames, latus vinea de collatione, de alia pars defesa. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotenti maledictus; et a regis partem trescentos solidos, et duplo ad regulam retemtu, cum suis fructos. Facta carta in era millessima centessima decima sexta. Alfonsus rex in Spania.

Num.º 266.

Era 1116: año 1078: á 30. de abril: epacta 73: galic. 142.

Sub Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Garcia Fuxuniones una cum soror mea domna Sancia divino amore Successos, ac peccatorum nostrorum recordatos, dicimus pro remedium anime nostre concedimus et confirmamus ab honorem Sancti Emiliani presbiteri, et tibi Belasius abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, hereditates nostras, propias in Nasbinguelas, et in illa Molina nostro solare cum divisa. Et in Campo nostros solares cum divisas. In Cibatonga nostra portione. In Cobiella nostra portione cum divisa: In istis locis predictis cum exitus et introitus in montes et in fontes, et in omnibus locis cum pertinentiis ad integritatem. Insuper addimus illa hereditate de Cira Nanni et de Vitiella, et de ambobus una divisa in illas Binguelas, et in val de Azu in Rama, in Boxueba, et in omnibus locis ubi posueritis invenise de suas hereditates, cum divisas in omnibus locis pertinentibus, per cuncta secula serviant in Sancto Emiliano. Siquis vero ex nostris progenibus aut extraneis, vel quilibet homo hanc nostram donationem vel offertionem in aliquo disrumpere vel minuere voluerit; sit a Domino Ihu Christo maledictus et confusus, demumque cum diabolus et Judas traditore in inferno infertori submersus, amen: et a parte regali exolvat quinque libras de cocto auri, et quod retemtum, cum quale habuerit, duplatu. Facta carta in era millesima centessima decima sexta, secundo Kalendas maias, regnante Adfonsus rex in Spania tota. Ego igitur Senior Garcia Fuxuniones et germana mea domna Sancia, qui hanc scripta fieri iussimus, ad confirmandum testes tradimus. Senior Munio Fernandiz confirmans. Senior Gutier Fernandez confir. Senior Fernandi Ramiz confir. Senior Garcia Oxiolez confir. Senior Domno Telliz confir.

Num.º 267.

Era 1116: año 1078: epa. 83: gal. 122.

Sub nomine Christi. Ego igitur Senior Garcia Garceiz et uxor mea Goto, et Fernando Salbatorez, ut pro anime nostre remedium, una pariter placuit nobis, concedimus et confirmamus illa nostra hereditate, qui est in termino de Sancti Christofori in loco, que dicunt Valle de Paduleggas, et illo monasterio, quem tu Numno abbate sub nostra iussione in ipso loco hedificasti et ecclesia construxisti, cum montes

et in fontes et prezuras, cum exitu et introitu ab honore et atrio Sancti Emiliani, et tibi Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus; et tali tenore, ut quandiu nos vivituri sumus, et abbate Nunno, habeamus nos, et post nostrum obitum habeat sanctus Emilianus per cuncta secula, amen. Siquis autem ex nostris propinquis aut extraneis hanc nostram confirmationem in aliquo dirumpere voluerit, sit a Domino omnipotenti maledictus et confusus, et cum Juda traditore sortitus, amen: et a regali parte exolvat tres libras auri, et quod retentu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima decima sexta, Alfonsus rex in Spania. Ego senior Garcia Garceiz et uxor mea domna Toto, et ego senior Fernando Salbatorez, qui hec iussimus fieri, testes tradimus ad confirmandum. Munnio Albarez et Cita-Vita Salindez testes. Albaro Gondisalviz, et Foti Fortiz testes. Didaco Albarez testis. Munnio Martini Sangiz in Cereso.

Num.º 268.

Era 1116: año 1078: got. 110: gal. 230.

In Dei nomine Salvatoris nostri. Ego domna Xexaka filia Munnu Albarez pro anima mea dono ad Sancti Emiliani una divisa in villa Fituero, qui fuit de meo tio Munnio Albarez. Similiter mater mea domna Maria filia Gutier Alfonso donat uno solare in Fituero. Siquis ex nostris retemtare voluerit a parte rex tres libras auri solvat, et duplum ad regula. Ego domna Xexaka, et mater mea domna Maria roboramus et confirmamus. Comite Gonsalbez testis. Senior Didaco Albarez testis. Senior Didaco Gonsalbez testis. Iruila presbiter testis. Facta carta in era millessima centessima decima sexta. Alfonso rex.

Num.º 269.

Era 1116: año 1078: 26. de agosto, dia domingo: got. 57: gal. 56 b.º

Cajon A. 5.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est pagina concessionis et offertionis, quem fecit ego senior Fortun Albarez una cum uxore mea domna Toda ad laudem nominis Dei creatoris nostri, et ad hono-

rem patronis vnici Emiliani Sanctissimi offerimus locum nominatum Ascensio Monasterium, iuxta vicum Davalellum Situm, in manus domni mei patri Spirituali Belasconi abbatis, presentibus ac Succedentibus fratribus; qualiter per eorum obtentu consequi valeamus veniam delictorum, sicque cum iustis et electis in die novissimo magni iudicii mereamur ad dexteram iudicis iuste iudicantis inveniri, et voce illa, que iusti sunt audituri digni cum eis meramur audiri: venite benedicti patris mei: et Sequentia lucraturi, et ab audito malo exteri; vivere mereamur cum celicolis in Seculis Sempiternis, amen. Ab hinc autem Siquilibet homo tam ex consanguineis, idest, filiis, neptis, seu extraneis, idest, regibus, comitibus, potestatibus, infanzonibus, vel ex villanis plevibus super hanc nostram offertionem ausu temerario in quolibet casu convellere, infringere vel in modico conturbare conaverit; sit primitus a Domino Jhu Christo maledictus, et a Christi corpus et Sanguine excomunicatus, et a limine Sancte matris ecclesie sequestratus, vtrasque in fronte vivens careat lucernas, demumque cum diabolo et Juda traditore manarata anathema factus, cum demonibus penas eternas sustineat luiturus, amen: insuper temporali damno aflictus decem auri libras exolbat in fisco regali convictus: ad partem autem regule quot retemptaverit dupplatum et melioratum: donatum autem nostrum firmum maneat et incombulsum. Facta scribtura testamenti sub era millessima centessima decima sexta, septimo Kalendas Septembres, feria prima, luna quarta decima, regnante Domino nostro Jhu Christo, et sub eius presidio Alfonsus rex in Spania. Ego autem Senior Fortun Albarez et vxor mea domna Tota, qui hanc cartam fieri iussimus, et relegente audivimus, et manibus nostris signos ✠ ✠ impressimus, et testibus ad roborandum pro hunc monasterio, quem offerre curavimus, cum terris, vineis, pomaribus, exitu et regressu, ac pastu libero ad atrium beati Emiliani deserviendum concessimus, Stavilibimus, affirmavimus, ut supra taxatum est, testibus ad roborandum subscribsimus, tam pro eodem monasterio, quam pro nostro malleolo proprio, qui est iuxta via aquilonis plantatum. = Senior Didaco Albarez confirmans. Comes Lope Ennecones confirmans. Senior Albaro Didaz confir. Senior Gondisalbo Gondisalbiz confir = Senior Garcia

Sangiz testis. Senior Orbita Azenariz testis. Senior Sancio Fortunionis testis. Senior Lope Lopiz testis.= Senior Harramelli Sarraciniz testis. Senior Albaro Azenariz testis. Senior Garcia Albaroz testis. Senior Sancio Fortunionis testis. Senior Albaro Gondesalbiz testis.= Nomina filiorum eius, qui hic roboraverunt, Fortun Fortuniz confirmans. Lope Fortuniz confir. Garsea Fortuniz confir. Sancio Fortuniz confir. Sancio Fortuniz confir. Petro Fortuniz confir. Fortun Fortuniz confir.= Item ex eius militibus, Senior Fortun Lopiz de Reniana. Senior Garcia Hanniz. Senior Lope Hanniz. Senior Azenar Lopiz. Senior Gomiz Blasquiz. Senior Lope Harramelliz. Senior Fortun Sangiz. Senior Beila Gondesalbiz. Senior Gondesalbo Beilaz. Senior Beila Sarraciniz. Senior Gondesalbo Veilaz. Senior Albaro Veilaz: Omnes hii interfuerunt, et cum eorum seniore, et domna roboraverunt et subscribserunt = Munio scriba exarator et testis.

Noticia adicional y de otro puño. año 1080.

In era millessima centessima decima octava fuit ecclesia de monasterio Ascensio consecrata ab episcopo Munio Calagurritano, et posuit reliquias Sancti Thome apostoli, Sancti Petri apostoli, Sancti Johannis bautiste, Sancti Christofori martirum.

Num.º 270.

Era 1117: año 1079. á 14 de marzo: got. 49: gal. 119.

In Dei nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Ticlo filia de Senior Didaco Albarez, compuncta divino amoris, et per remissionem peccatorum, spontanea mea voluntate, cum consensu domno meo Comite Lope Ennecones concedo, et confirmo ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi Blasconi abbati cum omni collegio clericorum ibi Deo servientibus, meam rationem, que ad me pertinuit in Finiestra illos collazos cum suis hereditates ad integritate, et cum divisa. Similiter in villa Forniellos meas Kasas proprias, simul cum portione in ecclesia: et illa serna iuxta Sanctum Johannem, cum molendino et omne hereditate terris, vineis, pratis, aquis, cum introitu et exitu, iure perpetuo serviant Sancto Emiliano.

Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis hanc meam donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et a comunione Domini nostri Ihu Christi segregatus, et cum Juda traditore in infernum sit dimersus, amen: et ad regali parte, pariet sex libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millessima centessima decima septima, secundo idus martias. Ego domna Ticlo, qui hanc fieri iussi, roboravi, et testes tradidi. Simeon episcopus confirmans. Comite Gundisalbo confir. Senior Didaco Albarez pater meus confir. Martin Sangiz confir. Petro Johannes confir. Petro Morelle confir.

Num.º 271.

Era 1117: año 1079: got. 76: gal. 29.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Blasius abba Sancti Emiliani cum omnibus monachis feci cambium cum Sancio Rosco de Cannas et cum sua germana Urraca, placuit illis, quia necesitas ex illis fuit, et dederunt michi uno orto: et ego dedi eis una vinea, qui est in vallicornia, et est iuxta vinea de domno Salvator de Cannas: ex parte vero illius accepi uno orto, que erat vicino nobis, iungitque se ad nostro orto, que fuit de domno Salvator, et de alia parte orto de Blasco Scemenoz: cupiditate tamen utrique parte compulsi, eoquod sibi quisque vicinos fiebat possessioni, convenientiam fecimus cambii, in qua convenientia cambii ego Blasius abba duos almudes de tritici dedi: sicque utrique stavilitatem fecimus cambii, ut qui se deinceps penituerit, proximo suo duplo restituat, triginta exolvat solidos argenti. Facta carta in era millessima centessima decima septima, prima feria, regnante Alfonsus rex in Spania, et sub eius imperio Senior* Petro Johannes dominator Naiera: Senior Monnio Veilaz dominante Cannas. Et sunt fidiatores Sancio Stefane, et Albaro Scemenoz. Et testes sunt Sancio Blascoz et Lifuar de Faiola, et Sancio Blascoz de Villar de Torre. Ego namque Blasius abba testes ad roborandum tradidi: Prior domno Dominico, qui inter me et illos fuit

Este es yerno del Conde Dn. Lope Yñiguez.

confirmans. Petrus abba confir. Munnius presbiter confir. Gomesanus prepositus confir. Gomesanus presbiter confir: et omnes de capitulo confirmantes: Et toto concilio de Cannas presentes et confirmantes.

Num.º 272.

Era 1117: año 1079, a 24 de abril, dia miercoles: got. 63. b.º gal. 165. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Gondesalvo Albarez et uxor mea domna Leguntia Gondesalbiz commendamus corpus et animas nostras Deo et patroni nostro Emiliano Sanctissimo in manus domni nostri Belasconi abbatis, presentibus fratribus in Sancto Emiliano degentibus. Insuper ego domna Leguntia, conibente domno meo, et ego assensu prevente, offero corpus domini mei sepeliendum, ad memoriam predicti Dei confessoris, cum suo lecto et uno caballo: et in Cembrana duas vineas electas, solidos septuaginta valentes, pro remedio anime nostre sint confirmati. Siquis vero ex nostris vel extraneis hanc nostram offertionem in aliquo disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et cum Juda proditore pereat in inferno inferiore, amen: et retemtu duplatu, duas insuper libras pariet ex auro. Facta carta in era millessima centessima septima, octavo Kalendas maias, feria quarta, luna decima nona, regnante Alfonsus rex in Spania. Ego igitur domna Leguntia, qui pro iussione domni mei Senior Gondesalbo Albarez, testes ad roborandum subscripsi. Senior Fernando Gondisalbiz confirmans. Senior Lope Gondisalbiz confir. Senior Martin Gondesalbiz confir. Senior Eximino Gondesalbiz confir. Senior Didaco Gondesalbiz confir. Senior Nunno Gondesalbiz confir.

Num.º 273.

Era 1117: año 1079: got. 65. b.º gal. 158.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Gundisalbo Obecoz de Bozo una cum uxore mea Momaduenna nullius hominis moniti hortatione, neque ullius deviti compulsio opressione, previdentes remedium animarum, nostra sponte concedimus et damus ad atrium Sancti Emiliani nostras proprias casas in Bozo

ad latus, quarum sunt domus Vigila Gondisalboz, ex altera parte domus Garcie Sangiz, ad integritate, sine vllo iudicio, absque vllo devito, et sine homicidio, et regali saione, cum fuero de Bozo: ut nos et filii nostri, et qui ex illis orti fuerint, serviamus cum illis domibus sancto Emiliano; et si voluerimus alicubi ire sine illis domibus, eamus quo volumus. Siquis vero ex filiis nepotibus vel neptis seu filiabus propinquis vel extraneis, atque militibus hanc nostram donationem disrumpere conatus fuerit, sit a Deo, qui cuncta creavit, maledictus et confusus, et cum Judas traditore, et diabolus in inferno submersus, amen: et a regis parte reddat libram auri, et illas Kasas duplatas. Facta carta sub era millessima centessima decima septima, regnante Alfonsus rex in Spania. Ego Gondisalbo Obecoz et vxor mea, qui hanc cartam fecimus, testes tradimus. Albar Assuriz hic testis. Albar Veilaz testis. Monnio Albarez testis. Micael Albarez testis. Dueneiz testis. Azanari Didaz testis.

Num.º 274.

Era 1117: año 1079: gotico 55: galic. 66.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Fortun Azenariz cum in infirmitate positus, adesse cognovi ora mortis mee; sic quesivi qualiter adquisitam possessionem Deo et sanctis eius possim dimittere, et orationum servorum Dei misericordiam apud Deum pro peccatis valeam adquirere, et post regna celorum possim purgatus sorde facinorum conscendere: Idcirco in tali hora positus trado corpus et animam meam ad atrium sancti Emiliani, vbi ante in salute me comendaveram, cum omnibus ad me pertinentiis, in manibus tuis Blasii abbatis et omnium seniorum ibi Deo servientibus: id est in Vanios meo proprio palatio cum omnibus ad me pertinentiis, vel quicquid in vita mea in illa villa possedi: et in Vaniares vnum proprium meum collazo in meo solare populatum, et mea divisa. Istum et omnia, que rebus meis ibi, et in cunctis locis ad me pertinentiis invenire potueritis, inquirite, et ad potestatem vestram vsque in sempiternum confirmate: quia sic facio scire omnibus meis matri et germanis et propinquis, quia nolo alium habere possessorem de meis rebus tam mobilibus quam inmobilibus, nisi sanctum Emilianum, et omnes habitantes in eo. Siquis vero ex

meis progenibus aut extraneis hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda traditore in inferno dimersus, amen: insuper ad parte regali persolvat quinque libras auri, et retemtatu duplatum. Facta carta in era millessima centessima decima septima, regnante Alfonsus tota ispania. Ego namque Fortun Azenariz, qui hec fieri precepi, ab omnibus meis matre et germanis roborare iussi. Domna Blascita mater eius testis. Senior Azenar Scemenoz testis. Senior Enneco Oribel testis. Senior Enneco Azenariz frater eius testis. Domna Sancia soror matris eius testis. Senior Gonsalbo Gonsalbez et uxor eius domna Palla testes. Domno Nunno de Villalhovar testis. Gundemar exaravit.

Num.º 275.

Era 1117: año 1079, à 20. de julio, dia sabado: gpt. 41: gal. 103. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego namque Adefonsus gratia Dei totius ispanie rex, remissionem meorum previdens flagitiorum, et sufragia pro commissis facinoribus adiciens sanctorum, concedo et confirmo ad aulam sancti confessoris Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri venerande Blasio abbati, simulque tecum cunctis fratribus ibi Deo servientibus, monasterium sancti Johannis in cacumine tironis flumine super Fraxenetam vicum, ad summam integritatem, cum omnibus illi loco pertinentibus montibus, ac fontibus, erbis, defesis, ac pascuis, aquis, molendinis, ingressibus et regressibus: et ut licentia sit pastoribus sancti Emiliani ubicumque voluerint per silvas illas pecora depascere, tuguria figere, ac cum hominibus supradicte Fraxenete ville homines illius monasterii ubique in cunctis defensis sint participes. Tribuo licentiam regentibus illum monasterium in suis pertinentiis populandi homines sibi suiectos: Quin et ut omnibus sit notum, talem illi loco concedo libertatem, ut sit absque devito homicidii, vel fornicii, aut latrocinii, vel regalis saionis dominio, ac silvatici debito liber in perpetuum. Siquis autem meis propinquis aut extraneis regum, comes, princeps, vel potestas, aut rusticus hunc meum donatum invadere, aut disipare nisus fuerit; in primis sit a Deo omnipotenti male-

dictus et confusus, et a fide catholica separatus, demumque cum Juda traditore in inferno inferiori habeat portionem, et ad regalem partem exolvat decem libras auri, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima centessima decima septima, sabbato die, tertio decimo Kalendas augustias: regno Domino nostro Jhu Christo, et sub eius gratia ego Alfonsus totius ispanie. Ego Adefonsus, qui hec scripta iussi, sic esse iubens, manu propria signum ✠ feci, ac testibus tradidi. Senior Didaco Albarez, qui actenus illud rexit confirmans. Senior Comes Gundisalbo confir. Senior Comes Lope Ennecoz confir. Senior Gundisalbo Gundisalbiz confir. Senior Didaco Godestioz confir. Senior Beila Telluz confir. Senior Beila Gondesalbez confir. Senior Duen Eggavita confir. Senior Martin Sangiz confir. Senior Johannes Gutierrez confir. Alfonsus scripsit

---

Num.º 276.

Era 1117: año 1079: got. 99. b.º gal. 82. b.º

Hereditates sancti Martini de Barbarana:

Vna terra in Legarda super sancti Felicis latus serna de rex, de alia parte Fortun Didaz; et vno orto latus orto de rex, de alia pars Oggandi, et dedit Senior Fortun Lopez de Tetegga. Alia terra in via de villa MezKina, latus serna de Jraze, et dedit Monnio Lupo. Alia terra in arenale latus de Sarracin Monnioz, et dedit Garcia Monnioz. Alia terra exitu de Legarda in caput de defesa ante vinea de rex, et dedit Sancio rex ad sancti Martini: post morte eius, merino Petro Johannes iussit laborare ad illos de Sancti Martini. Alia terra in Alahubar latus aqua de alia pars serna de rex, et vna vinea latus aqua de alia pars via, et dedit Dominico Furtunionis. Alia vinea latus via iuxta villa, et dedit Scemeno Pastor. Alia terra ante penna latus serna de rex, et vna vinea latus via, que vadit ad Agonciello dextera parte. Alia vinea in Lacuniella latus strata, et dedit Dominico de Lacuna. Alia terra latus termino de Agonciello inter duos rivos, et dedit Garcia de Palatio. Et vna casa in Muriello ante Sancta Maria; et vna vinea iuxta pratu de Villiella desursum vinea de Senior Gomiz ZorraKini, et dedit Sabastiane de Muriello. Alia

vinea iuxta pratos de Villiella, de dextro vinea de domna Ermisenda, et dedit Senior Azenar Fuertes, et vxor sua domna Tota. Alia vinea in termino de Villoria in campo fonkero, de sinistro Garcia Micael, et tres vineas super Lancon: alia vinea in Moliniella, de sinistro vinea de Sancti Martini: alia terra in garganta de Valdesalce, de sinistro monte: alias terras in Cortezellas; alia terra super Lancon, et dedit Cita Hekilo de Leza. Ego Cita Meteri et vxor mea domna Sancia de Bucesta tradimus nos cum nostras Kasas et hereditate ad sancti Emiliani, et ad Blasio abba, vna vinea latus via de Kalagurra in quatuor calles; alia vinea in coscoggare, de sinistro de Sancti Martini; alia vinea in valdesalce, in medio vinea de Sancti Martini: et in molino de Lancone tertia parte vbi sunt peros. Ego infante Ranimirus dono pro me anime ad sancti Martini in molino de Villoria vices de quindecim in quindecim dies, tertia feria die et nocte. Cauto retemtu centum solidos, et duplo. Germana mea Ermisenda, et Senior Enneco Azenariz testes. Era millessima centessima decima septima.

Num.º 277.

Era 1117: año 1079: got. 30. b.º gal. 44. Vt.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Senior Fortunius Garciez ob remissionem peccatorum meorum, et spem regni celorum mea spontanea voluntate trado corpus meum ad monasterium sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasio abbati cum ceteris fratribus ibidem commorantibus, cum tota mea hereditate de Alesanco, id est, Casas, duas eras iuxta eas, et cum terris et vineis; id est vna terra ad illum portellum de ballota subtus strata de Francos per medium regerum aque, que ducit plubiam; alia terra in paduleggas, a parte orientis est via, que pergit ad valleota, de occidente terra de Garcia Munnioz; alia terra in padule, de oriente parte terra de domno Michael, de occidente semita, que pergit ad fascas; alia terra de Sancti Vincenti iuxta limite terra de Sancio Ennecones, de oriente parte terra de filios de Milian Eschierdo, de occidente similiter: De vineis, id est, vna vinea in sancti Vincenti, de occidente parte Eximino Sangiz, de oriente vinea de Sango Julianez: alia vinea subtus via, de oriente filios de Millan Schierdo, de occidente vinea de Veila Johannes:

alia vinea super via iuxta limite de Teillo Johannes, de occidente vinea de domno Sancio presbitero: alia vinea in illa dutella, de oriente vinea de Monnio Fortunez, de alia pars vinea de filios de Milla Schierdo, de occidente vinea de Eximino Sangiz. Hanc supra scripta in honore Sancti Emiliani fiat confirmatam, liberam et ingenuam sine omicidio, et sine aliqua facendera, et cum exitu et regressu, pascuis, montibus, et aquis perenniter maneat per secula infinita, amen. Siquis tamen ex meis germanis, filiis, neptis, propinquis, aut extraneis, vel quilibet homo conatus fuerit disrumpere, tollere, aut retemtare hanc meam offertionem, in primo sit maledictus a Domino nostro Jhu Christo, sit alienatus a cetu omnium Christianorum, et anathema perculsus in inferni voragine sit dimersus cum demonibus eterno igni mancipatus, amen: insuper ad parte regali pariet tres libras auri, et retemtu duplatum ad regula. Regnante Alfonsus rex tota Spania. Ego senior Fortun Garceiz, qui hanc fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Senior Lope Hanniz confirmans. Senior Garcia Hanniz confir. Et Zite Munnioz et domno Andres, et Furtun Lopiz, et Garcia Munnioz, et Sancio Munnioz, et domno Michael testes. Domno Juliano presbitero, et domno Furtunio presbitero testes. Toto Concilio de Alesanco testes et confirmantes in era millessima centessima decima septima.

Num.º 278.

Era 1117: año 1079, á 4 de septiembre: got. 53. b.º gal. 208.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta donationis, et confirmationis, quem fieri iussimus ego domna Tegridia, et filios meos Gundissalbus, Blascus, et Gutiar Lainiz ad honorem Domini nostri Jhu Christi, et ad obsequium eiusdem alumni beatissimi Emiliani presbiteri; offerimus vnam domum, et vnam divisam in villa Rubiales, cum exitu et regressu, et pasto libero, absque fossataria discursio, et sine annuali tributo, et absque vllo veredali tributo, absque homicidio vel fornicio; et omni omnino genuitatis adtributa perfectio: tali cum tenore offerimus hunc predictum munus ad atrium prefatum beatissimi Emiliani presbiteri, et tibi patri spirituali Blasconi abbati, presentibus ac succedentibus fratribus per eterna secula, amen: Qualiter [illegible] suffragia predicti patronis, et recitatio vestri clamoris merea-

mur obtinere veniam delictorum, et nostrorum quiescentium parentum obtatum refrigerium, amen. Siquis vero ex nostris successoribus tam nos quam nostri vel extranei hunc nostrum donatum in aliquo disrumpere voluerit; sit a Deo omnipotentis maledictus et confusus, et cum Juda proditore in inferno habeat mansionem, amen: in fisco vero regali exolbat duo talenta auri, et quod retemtatu restituat duplatum. Facta carta sub era millessima centessima decima septima, secundo nonas septembris, regnante rex Alfonsus in Spania. Ego domna Tegridia, qui hanc cartam fieri iussi, testes tradidi. Gondesalbo Lainiz confirmans. Blasco Lainiz confirmans. Gutiar Lainiz confir. Domna Apalla confir. Gondesalbo Didaz confir.= Sancione, et Godmiro testes. Ziti, et Didaco Bellitiz testes. Dominico Tain, et Blasco Tain testes. Johannes Gutiarrez, et Didaco Johannes testes. Monnio Zorraquiniz, et Gomiz Sangiz testes. et Bonas Mentes testis.

Num.º 279.

Era 1118: año 1080: got. 63. b.º gal. 165. b.º

Sub nomine Christi. Ego namque Munio Albarez de Ilharraza divino amore succenssus, per remedium anime mee offero ad atrium almi Dei confessoris Emiliani, et tibi presenti Blasio abbati unam vineam in Verantivilla ad integritate absque malo iudicio libera, ita tamen ut in vita mea habeam, et post obitum meum illam cum corpus meum deferatis ad sanctum Emilianum. Siquis ex meis propinquis aut extraneis super hanc meam donationem contemtor fuerit, fiat a Deo maledictus et excomunicatus, et a parte regali exolvat sexaginta solidos et vinea duplicata. Facta carta in era millessima centessima decima octava, regnante Alfonsus rex in Spania. Ego igitur Monnio Albarez pro confirmatione testes tradidi. Senior Gonsalbo Monnioz de Garra confirmans. Senior Nunno Obecoz de Harramelluri confirmans. Dominico Peregrino collector votorum Sancti Emiliani testis.

Num.º 280.

Era 1118: año 1080: got. 57. b.º galic. 55.

In Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta donationis et confirmationis, quam ego Senior Orbita Azenariz fieri facio ad honorem Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Dei, et tibi patri Albaroni abbati, omnibus servis Dei tuo sub regimine constitutis, ut vestrorum precibus adiutus a presentibus valeam liberari calamitatibus, et post perpetuis in celo perfruar premiis. Ergo de propria facultate tribuo ad atrium prefati Emiliani meam tertiam partem in monasterio, quod nuncupant Albiano cum tertia parte, que ibi est de terris, vineis, ortis, pomariis, fontis, rivis, solariis, molendinorum, et Kannaribus, piscaminum in illo flumine tirone: et cum tali usu, ut unus asinus aure curtus de illo monasterio vadat et veniat cotidie ad montes de Belibio ad ligna ducenda. Igitur cum tertia parte omnium, que ad illum monasterium pertinent, offertionem ad Sanctum Emilianum facio, ut ab odie illa tertia pars sit a meo iure, et meorum posterum alienata, et in iure Sancti Emiliani confirmata. Insuper tribuo in villa de Leniz ubi sal conficitur unam domum cum habitatore suo Mames, qui habet partem in salsa aqua, ut ipse, et qui postea fuerit, cum illa domo serviat in Sancto Emiliano. Siquis enim meorum filiorum nepotum propinquorum seu extraneorum hanc meam donationem disrumpere mutare imminuere voluerit, sit a Domino Christo maledictus et cum Juda Domini traditore in inferni antro dimersus, amen: insuper a parte regali pariet quatuor libras auri, et ad regula duplum. Facta carta in era millessima centessima decima octava, regnante Adefonso in tota ispania. Ego enim Orbita Azenariz super hanc donationem sic ✠ signum facio, et testes ad roborandum tradidi. Lope Veilaz filius eius confirmans. Enneco Veilaz frater eius confir. Senior Lope Ennecones confir. Senior Sancio Furtuniones de Maturana testis. Senior Garcia Ennecones et Domno Galindo Ennecones testes; Senior Sancio de Harbehe testis. Senior Nunnu Gunsalbez testis.

De los apeos antiguos consta se llamó S.n Miguel de Alviano

Adicion del 1086.

Ego Senior Sancio Furtunionis de Ozaeta dico, quia Senior Sancio Ortiz meo sobrino dedit sua tertia parte de Albianu a Sancto Emiliano in mea presentia et aliorum ante lite in Bataggoz, et comen-

davit me, ut ego dedissem. Et ego sicut dixi, dono et roboro; et super hoc facio iudicium rectum, quia verum est.

Num.º 281.

Era 1119: año 1081: got. 63: gal. 165.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego namque Garsea presbiter divino succenssus amore, previdens salubre anime mee consilium, de propriis possessionibus Deo et sanctis eius pro peccatorum meorum remissione aliquid tradere concedo et confirmo ad atrium Sancti Emiliani sex vineas in pernominatis locis in pago de vineas de Cembrana; id est, illa vinea de penniella ad integritate: et alia vinea so Quaternaza: et alias tres vineas iuxta Sanctum Marcellum: et alia vinea ad latus de Karrera. Igitur has predictas vineas, tali pacto offero ego Garsea presbiter ad Sanctum Emilianum, ut in diebus vite mee habeam, et teneam illas: et post obitum meum sine ulla voce mala et inquietatione serviant in Sancto Emiliano. Siquis vero (las imprec.s &c.). Facta carta in era millessima centessima decima nona, regnante tota in ispania Adefonso rex. Ego namq.e Garsea presbiter, qui hanc carta fieri feci, testes ad roborandum tradidi. Albaro Monnioz de Cembrana testis. Beila Gomiz de Sancta Cruce testis. Garcia de Poternaza testis. Monnio Izarra de Verganzo testis. Gundemarus exaravit.

Num.º 282.

Era 1119: año 1081: got. 90. b.º galic. 68.

In Dei nomine. Hec est conventio placiti cambii facta ante regem Adefonsum, quam fecerunt abba Albaro Sancti Emiliani laudantibus fratribus cum Egga domno Martino, sicut inter eos melius complacuit: id est ego Albaro abba Sancti Emiliani cum consensu meorum fratrum facio cambium tecum Egga domno Martino et dono tibi in Ratezella villa unam sernam in loco dicto Verezal, ad latus terra de regula de Rateziella, ex altera vero vineas de Castriello; et unam vineam, que dicitur de Costa ad latus vineam de Sancto Micaele, ex altero vinea de domna Lumne, aliam vineam in termino de Sancti Mames, ad latus vinea de colla-

tione, ex alia parte defesa. Ego vero Egga domno Martino simi-
liter dono vobis fratribus sancti Emiliani in eodem cambio in vil-
la dicta Vobatiella, terram, que fuit de Furtum Galindoz, et est iunc-
ta ad terram sancti Emiliani: et vineam, que fuit de Furtun Ga-
lindoz, et est iuncta similiter ad vineam sancti Emiliani. Igitur ego
Albaro abba sancti Emiliani, et ego Egga domno Martino hoc cam-
bium tali pacto volumus perenniter firmare; ut siquis nostrorum
successorum, fratrum, militum, rusticorum, propinquorum, aut
extraneorum hoc cambium commutare vel disturbare voluerit;
sit a Domino Christo maledictus, et a corporis cruorisque
Christi semotus, ac post cum Juda proditore in inferni antro per
cuncta secula submersus: insuper temporali convinctus iudicio,
libram auri restituat in regis tesauro. Facta carta in era mil-
lessima centessima decima nona, regnante Domino nostro Jhu
Christo terra et polo, et sub eius nutu tota in ispania rege Adefon-
so. Ego Albaro abba, et ego Egga domno Martino ambo sic feci-
mus. ✠. ✠. Signa credulitatis, et testibus ad confirmandum tradi-
mus subnotatis: Ex parte de Egga domno Martino, Dominico
Johannes merino de Cereso testis. Garcia Gutierrez super popula-
tores et peculiares testis. Dominico Sangiz Zabazok testis. Dom-
nus Martin, et Garcia Martinez alcaldes testes. Gonsalbo Mon-
nioz de Rateziella testis: Ex parte Sancti Emiliani, Sancio Gar-
ceiz de Matute merino in Vobatella testis. Monnio Blascoz al-
calde de Matute testis. Sancio Aiube de Vobatella testis. Blasco En-
dura Judez testis. Monnio scriba.

Num.º 283.

Era 1119: año 1081: got. 51: gal. 30. 31

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Johannes de Bo-
batella meis ingruentibus peccatis, et ob admissum [illegible] scelus
homicidii, sic vendo cum mea propria voluntate mea propria
vinea in pago de Bobatella in parte superiori semita discurren-
te vinearum, et in parte dextera vinea de Sancio Ferrero, in si-
nistra autem vinea de Leviti Tubiensi, ad tibi domna Maria de Ce-
reso, in precio quod nobis convenientia fuit sexaginta solidos

argenti: Sicque ab hodie in antea de meo exito iure, in vestra maneat potestate per infinita secula, amen: Roborato insuper retentationis post duplo quinque libras de auro. Sancio Garceiz, Lupe Garceiz, Blasco Munnioz, et omne Matutense concilio audientes et testificantes. Garsea Semproniz, et Fortun Vincentiz de Vanios et concilio testes. = Ego igitur domna Maria humilis Christi ancilla omnium vltima, tamen Dei omnipotentis amore accenssa, de bonis, quod michi et domno meo, ac marito Gomesano Dominus nobis comuniter benigne largitus est, pro memorado domini mei, peccatorum omnium suorum adipiscenda veniam, et meorum flagitiorum similiter adolenda peccamina, offero ad atrium Sanctissimi Emiliani presbiteri, et tibi presenti venerabili patri Albaroni abbati, vineam quam ego ex meo, dominique mei, sicut superius digestum est, comparavi pretio in Bobatella termino, cuius comparationis conscriptio huic scedule primitus feci, cum sua roboratione, vel testimonio, sit concessa. Siquis autem meorum successorum, vel quilibet hominum hanc meam donationem voluerit auferre vel disrumpere, sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et anathemate perculsus, cum Juda traditore in infernum habeat portionem, amen: et a parte regali solvat duas libras auri, et duplum. Facta carta sub era millessima centessima decima nona, feria prima. Ego igitur domna Maria de Cereso, qui hanc carta fieri iussi, roboravi signum ✠. feci, et testes tradidi. Domno Andres de Alesanco confirmans. Sancio Garceiz de Naggera confir. Sabastiani testis. Tamame testis. Et aliorum multorum testes.

Num.º 284.

Era 1119: en 14 de mayo del año 1081: got. 103. b.º gal. 223.

In Dei nomine. Ego domna Onnecha placuit michi mea spontanea voluntate, et vendo ad tibi domno Johannes media vinea in planos de Leiba, super ipsa de ipso peral de Sancti Martini; et de alia parte de Bermud Gutierrez, et alia parte de Johannes Teilloz, quantum placuit inter me et te, id est, triginta quinque solidos, et in resce sex panes, et uno tozino et quatuor Kamellas de vino: et de

ipso pretio aput te nichil remansit debitum: et de odierno die in tuo iure fiat confirmata ipsa vinea per infinita secula, amen. Siquis homo de mea generatione aut de filiis, aut neptis, aut propinquis aut extraneis voce inquietare voluerit, quomodo pariet a parte regis sexaginta solidos, et a tibi domno Johannes ipsa vinea duplata vel meliorata in tali simili loco pernominato in Nagera. Facta Carta comparationis die notum secundo idus maii. Ego domna Onnecha simul cum meo subrino domno Lupe donamus vobis fidiatores, Munio Nunez fidiator. Sancio Albarez fidiator. Domno Milian fidor. Fanni fidor. Garcia Sancioz hic testis. Domno Sancio de Leiba hic testis. Domno Paschual hic testis. Ego domna Onnecha, simul cum meo sobrino domno Lupe, cum istos fidiatores, et cum istos auditores roboramus et confirmamus ista cartula in tuas manus de domno Johannes: et cum manus nostras proprias signos ✠. ✠ iniecimus, ut sit confirmata ista vinea in secula seculorum, amen. Regnante Aldefonsus rex in Legione et in Castella et in Pampilona. Senior Bermud Gutierrez in Granione: merino Garcia Belascoz: et Saion Sarrazin: et Veila Saion et andator de illas villas: et merino in Nagera Peitro Johannes: et merino in Cereso Martin Sangez. Et cabazohc Dominico Sangez. Gundisalbus monachus exaravit hanc cartula era millessima centessima decima nona.

Num.º 285.

Era 1119: año 1081: gct. 96: gal. 78. 6.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur senior Enneco Lopiz placuit michi propria mea voluntate, ut pro me anime remedium trado corpus et animam meam ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et tibi patri Albaroni abbati, et cunctis monachis ibi Deo servientibus, cum illam casam et hereditatem, quam comparavi in villa, que dicitur Sancti Romani in Cambero ab omni integritate, et me pertinentem; liberam et genuam, cum pertinentio exitus et introitus vel pastu; per omnia secula serviat in Sancto Emiliano. Siquis autem homo ex meis propinquis aut extraneis hanc meam offertionem, que Deo et Sancto Emiliano dedi, in aliquo disrumpere

temerare vel auferre voluerit; sit a Deo patre maledictus et confusus, et cum diabolus et Judas traditore sortitus, amen: insuper ad regis parte exolvat talenta auri, et duplum ad regula. Ego igitur senior Enneco Lopiz, qui hec dedi, testes tradidi. Senior Eximino Furtunionis in Cumbero testis. Senior Didaco Albarez dominante Auka testis. Comite domno Lupe in Alaba testis. Martin Sangiz merino in Naiera et in Calahorra testis. Alfonsus rex in Leione, Castella et Naiera. Facta carta in era millessima centessima decima nona.

Num.º 286.

Era 1120: año 1082, 17. de agosto, dia miercoles: got. 39. gal. 185. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Lope Ennecones vnatim cum consotia mea domna Ticlo, Domini previdente clementia, qui cotidie gratis beneficium prestat indignis: inde nos ob nominis eius amorem, et Sanctorum eius considerantes honorem, nec non et pro nostrorum comissorum facinorum remissione offerimus, confirmamus ad honorem Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi Albaroni abbati cum ceteris fratribus sub regula beati Benedicti ibi Deo tecum servientibus, vnum monasterium reliquiis ferente Sancti Vincenti de Varthe in termino Bizkaie cum tres decanias, vna Ibargorocika, et alia decania, que vocitant Tuda cum sua medietate, et illa ecclesia Sancti Micaelis arcangeli in portu de Vermelio in ora maris cum suos morturos ad illa pertinente. Illo monasterio, quod supra diximus, cum suis decaniis, cum introitu et regressu, terris, ortis pomiferis, arboribus, montibus, et pascuis omnibus antiquo vsu determinatis, sautis cum glandiferis arbustis, et amentibus pratis, et cum suis defesis integris, et quicquid ad eum monasterium, vel ad suas decanias pertinuit, vel pertinere debebit, cum tota integritate et genuitate concedimus et stavilivimus, ita tamen ut non intret ibi mandamentum de comite terre illius, neque merinos neque saiones, neque vllum mandamentum de nullo homine, sed genuos semper firmiterque serviant in sancto Emiliano. Siquis autem filiis, neptis ex nostris progenitis,

vel extraneo hanc nostram donationem conatuerit disrumpere, aut
resonare, sit a cetu Christianorum confutus et maledictus, et a li-
mina sancte ecclesie seclusus, postque cum Juda proditore eterna
nas non evadat sulfureas penas, amen: insuper temporali dam-
no afflictus viginti auri libras exolvat in fisco regali convictus, et
ad regulam duplum. Facta carta testamenti era millesima cen-
tessima vigesima, decimo sexto Kalendas septembris, feria quarta,
Adefonso rege imperante totius yspanie. Ego Senior Lope Comecones
prolis de comite Cneco Lopuiz dominante Bizcahia et Ipuzcua
et Alaba, qui hanc scriptam fieri iussi, manu mea signum ✠
feci, et testes tradidi. Frater mei Garcia Cmecones, et Galindo
Cmecones confirmantes. Fortunius episcopus confirmans. Abbate
Domno Lupe de Alunkia confix. Abbate Domno Albaro de Abadia-
no confix. Abbate Domno Blasco de Cinauxiza confix. Abbate
Domno Monnio de Cygarno confix. Senior Garcia Sanqiz confix.
Frater eius Lope Sanqiz confix. Senior Lope Gondesalbez confix.
Senior Martin Gondesalbez confix. Senior Fernando Gondesalbez
confix. Senior Furtun Albarez confix. Senior Didaco Albarez con-
fix. Senior Lope Albarez confix. Senior Numo Gondesalbez con-
fix. Senior Garcia Gondesalbez confix. Senior Cneco Didaz con-
fix. Senior Arzenaxi Sanqiz confix. Blagga Czzeniz merino in
tota Bizcahia confix. Domno Beila presbitero tenente et confirman-
te.

Num.º 287.

Era 1120: año 1082: apt. 67.b: gal. 63.b

nota marginal en el gotico: Occisus est Vexemundus in Prueca Castro, Era Tc. xxi. xv. ff. pres à 23. de Sept.; 6 de agosto.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Senior Vexemun-
dus Gutiez et uxor domna Goiina placens nobis pronto corde spon-
tanea voluntate et pro anime nostre remedium concedimus et con-
firmamus ab honorem sancti Emiliani presbiteri, et tibi presenti Al-
baro abbati cum cetetis monachis ibi Deo servientibus in vivo de
Oia in villa Izahuri nostras compazationes solares et divisas in integrum,
et libero. In Villanova ponte vivo nostra tertia parte de villa et soto, et
de terris, vineis cum introitu et exitu libero. In Villanova de Ventosa
nostros solares cum divisas integro ac libero. In Castella vetula nostra

portione. In Sancta Maria de Ripa-rotunda nostras casas cum divisas in introitu et exitu, sano ac libero integro. Hec prescriptum post obitum meum habeat Sanctus Emilianus, nisi filiis propriis habuerimus ex ambobus. Siquis autem ex nostris propinquis aut extraneis (las imprec.s &c.a). Ego Veremundus Gutier, et uxor mea Gotina, qui hec dedimus, testes ad roborandum tradimus. Imperante Alfonsus rex Legione et Castella confirmans. Comite Gonzalvo Salvatoriz confirmans. Frater eius Albaro Salvatoriz confirmans. Senior Didaco Albaroz confirmans. Senior Petro Fredinandez confirmans. Senior Martini Sangiz merino in Burgis et Cereso confirmans. Era millessima centessima vigesima.

Num.º 288.

Era 1120: año 1082: got. 67: gal. 121.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego namque Adefonsus nutu gratia Dei totius ispanie rex, remissionem meorum previdens flagitiorum ac sufragia pro comissis facinoribus adiciens Sanctorum, concedo et confirmo ad aulam Sancti confessoris Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patre venerande Albaroni abbati, simulque tecum cunctis fratribus ibi Deo servientibus, illos palatios, quos fuerunt de Albazabab mauro, et sua uxor Barraka in Septe-finiestras cum ecclesia ibi sita atque vocata Sancti Salvatoris: et de via difusa usque ribo sano atque integro et libero serviat Sanctus Emilianus. Siquis autem meis propinquis vel extraneis regum, comes, princeps, vel potestas, aut rusticus hunc nostrum donatum invadere aut disipare nisus fuerit; in primitus sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et a fide catholica separatus, demumque cum Juda traditore inferno inferiori habeat portionem, et ad partem regalem exolvat sex libras auri, et illos palatios duplatos. Facta carta in era millessima centessima vigesima. Ego Alfonsus rex, qui hanc scripta fieri iussi, testes tradidi. Eximinus episcopus in Burgis confirmans. Domno Monnio episcopo in Valleposita confirmans. Comite Gondisalbo et frater eius Gonsalbo Salvatoriz confirmantes. Petro Johannes, qui hactenus illud rexit merino in Naiera confirmans. Martin Sangiz merino in Burgis confirmans.

Num.º 282.

Cza 1121: año 1083; (a 23 de enero) got. 75. 2.º gal. 124.

Nota marginal enel gotico: + occisi sunt in Iueca Cabro. Era Ic xxi.

In Dei nomine. Ego Monnio Feliz, et Beila Feliz vna paxiar pro remedium anime nostre concedimus et confirmamus ab honorem Sancti Emiliani presbiteri illas Kasas de Dominico Johannes et alias Kasas de Monnio Albarez in Iuen Kexuela cum divisas in omnibus locis ad eam villam pertinentibus ad integritatem: et cum hereditate, id est, vna vinea in valle de Amiugo, latus de Fellu Julianiz, de alia parte Domno Feila: alia vinea in illas de Abuela, latus de Alduara, de alia parte neptis de Didaco Ranistar: alia vinea de Monia Albarez in Perozo: alia vinea in Loncares latus de Albaro Assuarez: et vna sexna in Pozarezos de illum parte Vita Munno, decrum Petrus Nunnez: alia sexna in sancta Juliana latus de Garcia Munnioz: alia sexna in fontefrida: alia sexna in Fongares: alia sexna transfonte latus Fello Monnioz: vna vinea in valleseruo latus de Caxovica: alia vinea de Moxico latus Obeco: alia vinea in Folares latus vinea de Dominico Didaz: alia vinea in campo de Fellu Nunnez: alia vinea in Strata de Lozares: alia vinea in vallehoco de Saxxacino Didaz: vna sexna in padule de Valle: alia sexna in Munneca: vna vinea in barga de Amaia Saxxacinez: alia vinea de Alpze: alia sexna in illos gozares: vna zexra de Fello Albarez de Egio de Alpze: alia zexra in valle lacunas: in xiba duos campos: vna zexra et vna vinea latus Ega de Millan: alia vinea in Corxipoza latus Petrus Nunnez: alia vinea in Sancta cruce latus de Ama Saxxacinez: alia vinea de Gonsalbo Feliez de Cuxxipoza: alia zexra in valle de prados: alia vinea in barga de Sancio Garsia de sancto Andres: alia sexna in pennuela de Munnio Johannes: alia vinea de Vasun latus de Dominico Dominici: alias duas vineas parte ortos: alia vinea in Alpze cum toza costa: alia zexra in Ximendello latus de Obeco Garceiz: in era millessima centessima vigessima prima, decimo Kalendas februarias.

Num.º 283.

Cza 1121: año 1083, dia Domingo, 2. de abril: got. 64: gal. 166.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Gondisalbo Feliaz de Ozi, providente divina clementia, sana et integra mente

do me ad arcisterium Sancti Emiliani presbiteri, et ad tibi Albaroni abbati cum Sociis fratribus ilari voto, ardentique desiderio concedo et confirmo vobis pro remedium anime mee in Villavizana uno collazo cum suas casas Nunnu Obecoz nomine, ut ab odie de meo sit iure exito, et in vestra maneat potestate firmissimo per Secula, amen. Et in Villa Sumezo dono vobis uno collazo cum suas casas post meos dies Beila de Llaparte nomine: Et tertia pars de meo ganato: et si habuero uxorem parem cum beneditionem, et dederit michi Dominus ad eam filium aut filiam, aliam hereditatem dono ad meos filios: et si no habuero filium aut filiam de mulierem parem; totam meam hereditatem dono ad Sanctum Emilianum: id est in Villavizana meum palatium cum totam suam hereditatem: Et in villanova uno collazo cum suas casas Beila Gondisalboz nomine: Et in villa Anggastro uno collazo cum suas casas Monnio Blascoz nomine, et meam hereditatem, quod habeo in ipsa villa Anggastro. Illam hereditatem de Villavizana habui eam datam ad domno Munnio de Marthia cum fideiussores; sed postquam habui voluntatem, ut fecissem me servum de sanctum Emilianum, feci eum fideiussores solvere, et sic dedi eam integram ad Sanctum Emilianum sine ulla voce mala. Hec autem omnia sicut resonat, ita confirmo ad Sanctum Emilianum; extra si dederit michi Dominus filium aut filiam: et si non habuero totum integrum dono vobis post meos dies, et quantum de me potueritis invenire: et si filium habuero do illi meas lorigas; et si filiam non; sed cum corpus meum adducite ad Sanctum Emilianum, et sepelite me iuxta meo avunculo Senior Albaro Gondisalboz. Et siquis (las imprec.s ordinarias &c.a). Facta carta in era millessima centessima vigesima prima, prima feria, quarto nonas aprilis, regnante Alfonsus rex in Spania tota. Ego igitur Senior Gondisalbo Beilaz, qui hanc fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Senior Albaro Gondisalboz de Revendeca testis. Senior Gondisalbo Nunnoz testis. Senior Albaro Gondisalboz de Castella testis. Senior Furtun Garceiz testis. Garcia Annaiaz della Nave testis.

Num.º 291.

Era 1121: año 1083: got. 66: gal. 163.

In Dei nomine et eius gratia. Ego igitur Senior Didaco Sangiz

simul cum uxor mea domna Maiore divino succenssus amore, ac peccatorum nostrorum remissionem, idcirco offerimus et confirmamus ad atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri, et tibi patri Albaroni abbati cum ceteris fratribus ibi Deo servientibus, in Cereio uno solare cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentibus, libero et ienuo. Et in Taiolas donamus illas Kasas de Monnio Gomiz cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentibus, genuas ab integritate serviant Sancti Emiliani semper. Siquis autem homo ex nostris aut extraneis, vel quilibet homo hanc nostram offertionem in aliquo disrumpere voluerit, sit anathematizatus, et a christianorum cetu segregatus, et cum Juda traditore in varatro dimersus, amen: et a parte regis solbat duas libras auri, et quod retemtu duplatum ad regula. Facta carta in Era millessima centessima vigesima prima, imperante Alfonsus in Spania tota. Ego igitur senior Didaco Sangiz, et uxor mea, qui hanc cartam fieri iussimus, testes tradimus. Senior Beila Gonsalbez de Arcileto confirmans. Senior Didaco Albarez de Aiala confirmans. Senior Albaro Gonsalbez de Revendeca confirmans. Senior Albaro Assurez de Tuesta confirm.s

Num.º 292.

Era 1121: año 1083: got. 52 b.º gal. 66 b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego quidem Senior Furtun Gonsalbez de villa Herbias divino succenssus amore, et peccatorum meorum compulsus recordatione; statui de proprio, quod michi Dominus largitus est, concedere aliquid in eius honore: idcirco concedo, et confirmo ad honorem Sancti Emiliani confessoris Dei, et ad tibi abbati Albaroni cum ceteris fratribus ibidem commorantibus, id est in villa Herbias nostrum proprium palatium cum suo corrale, et illos solares, quod vocitant de Prueba cum sua hereditate ad integrum sine aliqua voce mala: et de illo palatio vetulo iuxta hunc palatium iam prescriptum, duas partes: et illas casas de Garcia Beilaz cum sua hereditate duas partes: et de illos solares de filio de Monnio Urrango cum sua hereditate duas partes: alio solare de Lifuar Christobale cum sua hereditate duas partes: et de illas casas de Pruina cum sua hereditate duas partes: Qualiter pro vestris orationibus sim adiutus, et habitare cum sanctis, amen. Hunc to-

tum, sicut in ista resonat pagina, dono et confirmo a parte sancti Emiliani, cum exitis et introitis in pascuis, in montibus, in fontibus, et in Ecclesiis: et absque anubtuba, seu fornitio, vel saionis ingressio. Siquis autem meorum propinquorum vel extraneorum, aut rusticorum hanc meam donationem disrumpere, invadere vel mutare voluerit sit a Domino Christo maledictus, et a cetu christianorum separatus et cum Juda Domino traditore in inferno per cuncta secula submersus, amen: insuper a parte regali exolvat quinque libras auri, et retemtatu ad regula duplatum. Facta carta in era millessima centessima vigesima prima, regnante rex Alfonsus tota in Spania: Ego Senior Albaro Didaz dominante Granione sub eius imperio. Ego namque Furtunio presbitero, qui hanc cartam fieri iussi, hoc ✠ signum inieci, et sic testes ad roborandum tradidi. Senior Furtunio Scemenoz confirmans. Senior Furtun Galindoz confir. Albaro Sangiz confir. Garcia Albaroz confir. Juliano Beilaz confir. Marin Martinez confir. Sancio Julianez confir. Albaro Munioz confir: isti de Herbias; Domna Maior mea tija confir. Domna Oria mea cognata confir. Domna Maria mea cognata confir. Domna Tota confir. Munio Scriba.

Num.º 293.

Era 1121: año 1083: got. 76: gal. 29. b.º

Sub Christi nomine. Hec est carta cambii, que fecimus nos de Sancti Emiliani. Ego Albarus abba cum consensu fratrum, omnesque monachis laudantes et benedicentes dedimus ad vos Senior Garcia Gundisalbez vno solare in Mutilori cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentem, et era cum orto. Et ego Garci Gonzalbez dedi ad vos Albaroni abbati pro hoc vno solare populatum in villa Berganzo cum divisa in omnibus locis ad eam villam pertinentem, cum era et orto: Vtrique confirmantes sicut nos placuit. Qui vero deinceps penituerit, duplum restituat. Facta carta in era millessima centessima vigesima prima, Alfonsus rex in Spania. Episcopus Fortunius in Alaba confirmans. Comite Lopez in Bizcahia, et Alaba confirans. Petrus abba confirmans.

Núm.º 224.

Era 1121: año 1083: got. 63: gal. 164. b.º

In Dei nomine, et eius gratia. Ego igitur Senior Fortum Sanciz divino amore succensus, et peccatorum meorum recordatus pro remedium anime mee dono et confirmo ad atrium Sanctissimi Emiliani, presbiteri, et tibi Albaroni abbati cum fratribus ibi Deo servientibus, in villa que dicitur Cembrana meos proprios palatios, cum collazos, et divisa, et ortos duos, et era: illos palatios iuxta sancti Vincenti cum quantum pertinet iuxta eos: Et una terra in Pipiella, et una vinea in vallesola: Cum fuero ad populandum, vel ad emendum, cum exitus et introitus in omnibus locis ad eam pertinentibus ab omni integritate possideatis post transitum meum usque in seculum: et dum sum vivens, ego ipsum sim in vestro servitio. Siquis vero meorum propinquorum aut extraneorum hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et cum Juda traditore in baratro dimersus, amen: et a parte regis terre ponat duo talenta auri, et quod repetierit ad regula duplatu. Facta carta in era millessima centessima vigesima prima. Alfonsus rex imperante tota ispania. Comite Lope Enneconez in Bizkahia et Alaba, et Ipuzcua. Ego Senior Fortum Sanciz, qui hanc cartam fieri iussi, testes tradidi. Episcopus Fortunio in Alaba confirmans. Comite Domno Lope confirmans. Senior Garcia Gonsalboz de Arzamendi confirmans. Senior Numno Gonsalboz de Armendeca confirmans. Senior Albaro Gonsalboz de Heaxi confirmans.

Núm.º 225.

Era 1121: año 1083: got. 53 b.º gal. 208.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Domna Gelbira superni regis amore accensa, placens michi, atque totis cordibus delectans ob Sancti Spiritus revelationem dono et confirmo ex toto corde totaque voluntate ad honorem Sanctissimi Emiliani presbiteri et confessoris, et tibi patri spirituali gloriozo Albaro abbati, omnibusque clericis fratribus ibi Deo servientibus, pro meorum commissorum facinorum, et pro requie de meo Domno ac marito Senior Rodrigo Ouemniez, et de meos filios Monnio Rodriz, et Fermudo Rodriz illo monasterium reliquiis sexonte Sancti Uramelis corre-

oratum, cum divisa et cum omnibus, que ad eum pertinere videntur, situm in villa Orta superiora: De hereditas, idest una terra in Sarri, iuxta limite defesa in eadem villa: alia terra in via de Cannales iuxta limite terra de Enneco Scemenoz: alia terra iuxta terra de Eximino Galindo, de alia pars terra de Cariella: alia terra iuxta terra de Galleni, et de alia pars rivulum: et uno linare; et tertia parte illa terra de Mindibiri: et tertia parte de illa terra de fontefrida: et iuxta ecclesia, ferraginem: et uno orto inter ambas aquas: et tota illa hereditate, que fuit de Jonti Galindo, idest ferragines et solares, et linares. Hec omnia offero ad honorem beati Emiliani absque ullo fuero malo, et cum exitu et regressu, et pascuis, montes, aquas, et glandiferas arbores; ingenuo ac libero serviat per secula, amen. Siquis tamen ex meis propinquis vel extraneis hanc meam donationem in aliquo conatus fuerit disrumpere aut retemtare de his, que supra dixi; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus, et a cetu totius Christianitatis separatus, et post cum Juda Domini traditore, et diabolis omnibus sit in inferni baratro per cuncta dimersus, amen: insuper in fisco regali persolvat quinque libras auri, et retemtatu restituat duplatum. Facta carta donationis in era millessima centessima vigesima prima, imperante Alfonsus rex tota ispania, et sub eius imperio senior Gonsalbo Nunnoz dominante Carazo et Lara, et Orta. Ego domna Gelbira, qui hanc cartam fieri iussi, confirmavi, et testes subscripsi. Meas filias domna Maria, et domna Orobellito, et domna Maiore testes et confirmantes. Et de Orta Galleni Munnioz, et Galindo Scemenoz, et Enneco Blascoz, et Monnio Blascoz, et Sancio Blascoz, et Gudumeri Galindo, et Obeco Nunno, et toto concilio de eadem villam testes et confirmantes.

Num.º 296.

Era 1122: año 1084: gotico 63. b.º galic.º 164.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est conventio placiti cambii facta ante regem Adefonsum, quam fecerunt abba Albaro sancti Emiliani laudantibus fratribus suis cum comite Lupe Ennecones, et uxor sua cometissa domna Ticlo, sicut inter eos melius placuit: id est, ego Albaro abba sancti Emiliani cum consensu

meorum fratrum facio cambium tecum comite domno Lupe, et uxor tua domna Ticlo cometissa, et donò vobis in Torsantos villa unam ferraginem iuxta caminum de Francos, et de alia parte rivulum eiusdem ville. Ego vero comite domno Lupe una cum uxore mea cometissa domna Ticlo donamus vobis fratribus sancti Emiliani in eodem cambio in villa dicta Zembrana unam vineam, que nos comparavimus de Senior Furtun Sangiz, et aliam vineam, et uno solare collazo populato cum orto et era in varrio de Senior Furtun Sangiz. Igitur ego Albaro abba sancti Emiliani, et ego comite Lope Ennecones una cum uxore mea domna Ticlo hoc cambium tali pacto volumus perenniter firmare, ut siquis nostrorum successorum fratrum, militum, rusticorum, propinquorum aut extraneorum hoc nostrum cambium commutare vel disturbare voluerit, sit a Domino Christo maledictus, et a corporis cruoris Christi semotus, ac post cum Juda traditore in inferni antro per cuncta secula submersus, amen: insuper in regis tesauro restituat duas libras auri. Facta carta in era millessima centessima vigesima secunda, regnante rex Alfonsus in ispania tota. Ego Albaro abba, et ego comite domno Lope ambo comunis sic fecimus ✠✠ signa credulitatis, et testes ad confirmandum tradimus: ex parte de comite domno Lope, cometissa domna Ticlo confirmans. Garcia Ennecones, et Galindo Ennecones germanos comitis laudantes et confirmantes. Senior Nunnio Gonsalbez confirmans. Senior Johannes Gonsalbez confirmans. Senior Beila Gonsalbez confirmans. Senior Garcia Sangiz confirmans. Senior Lope Sangiz confirmans: Ex parte sancti Emiliani, Petrus abba confirmans. Domno Gomiz, et domno Sancio prepositos confirmantes. Domno Sancio presbitero confirmans. Domno Vigila presbitero confir. Domno Johannes presbitero confir. Domno Gomesano priore confir. Domno Dominico presbitero confir. Omni congregationi sancti Emiliani maiores et minores testes et confirmantes. Munnio Scriba.

Num.º 297.

Era 1122: año 1084: got. 65: gal. 172.

In Dei nomine. Ego Senior Lain Martiniz pro remedio anime mee offero ad atrium sancti Emiliani presbiteri illas Kasas de

Mommio Lacinieni, populacas cum divisa in villa Duemeca ad integritate. Et in Valliocabo illas casas de Domiz Obecoz, et mea divisa, cum Sexnas: ita sicut tenui in faciem de meis germanis cum exitus et introitus, ab omni integritate, per omnia secula seculorum in Sancti Emiliani. Et in die de illa iuncta, que fecit Senior Didaco Sangiz in Villamaceane, roboravi. Siquis vero (las imprec. ordin.) Era ¶¶22: et presentes hic testes et confirmantes abbas Albaxus Sancti Emiliani, abbas Obeco de Onie, et Senior Didaco Alfonso merino regis, et multorum aliorum.

Num.º 298.

Era ¶¶22: año ¶084, á ¶¶ de noviembre: god. 54. b. gal. 65.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Didaco Oriolis divino amore compunctus, ac scelerum meorum recordatus placuit michi spontanea voluntate ut viverem sub regula et habitu Sancti Benedicti in cenobio Sancti Emiliani presbiterii: idcirco per remedium anime mee de facultatula, quod michi Dominus largitus est, concedo et confirmo ad predicti almi confessoris Emiliani et tibi patri Albazoni abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, in Vaniares meas Kasas, quas fecerunt Sancio Cerrero et Mommio frater eius, sitas dorium parte villa, cum divisa in omnibus locis in montes et in aquis et uno exo iuxta monasterio sancte Marie. Et in Castaniares una divisa, et uno exo iuxta calzata. Et in Vanioz una divisa. Et in Junqueza illoz solares cum divisa, qui sunt ad porta de Teillo Blascoz in media villa, et illa rotura, que accepi in fonte Petri inter Jun Keza et Sancii Amores. Et in Buscero mea divisa in omnibus locis: et in pratis ad pascendi pecora sicut de aliis infanzonibus. Et in Cinillas* iuxta Mercato de Cereso mea divisa in omnibus locis in pratis in pascuis in exitus et introitis. Et in Villa-alisco iuxta Cerezo illoz solares, qui sunt iuxta Kasa de Sancio Lifuarrez cum divisa in montibus in pratis et defesas. Hec predicti per in seculum seculi serviant sancti Emiliani. Siquis vero de meis propinquis aut extraneis hanc meam donationem auferre vel disrumpere voluerit, sit a Domino Deo omnipotenti maledictus et confusus, et cum Juda traditore in inferno inferiori habeat portionem, amen: insuper ad partem regalem exolbat decem libras auri, et quod recom-

y alicano: * Cubillas

tatu duplatum restituat. Facta carta sub era millessima centessima vigesima secunda, tertio idus novembris, imperante Alfonsus rex tota ispania. Senior Didaco Albarez dominanter Auka confirmans. Senior Albaro Didaz dominanter Granione confirmans. Et comite Garcia Ordonio in Naiera confirmans, et testis. Et Senior Enneco Orioliz frater meus confirmans.

Num.º 299.

Era 1123: año 1086: got. 76: gal. 184 vt.

galicano: * Hilgusco. } Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna * Higgusco prompto corde, spontanea voluntate placuit michi, ut pro mee anime remedio trado me ipsam ad atrium Sancti Emiliani presbiteri in presentia domno Albaro abba, et simul cum corpore meo concedo unum palatium cum orto et divisa in Villa Orecia in latere aque, et iuxta ecclesiam, liberum cum exitu et regressu, et pascua in omnibus locis, et sit per omnia secula in Sancto Emiliano. Siquis autem homo ex meis gentibus, vel alicuius homine huic mea offertionem Deo et sancto Emiliano concessa, minuere vel disturbare voluerit; in primis iram Domini sit super eum, sit confusus, sit maledictus, et cum diabolis sortitus, amen: insuper ad regis parte exolvat libra auri, et temtu ad regula duplum. Ego domna Higgusco, qui hec dedi testes tradidi, et confirmavi. Comite domno Lupe in Alaba testis. Comite domno Garcia in Nagera testis. Senior Sancio Furtunionis de Petrola testis. Senior Lupe Lupez de Maranione testis. Senior Scemenus Gonsalbez de Revendeca testis. Senior Garcia Gonzalbez Arcamendi testis. Fortunius episcopus Alabensis testis. Alfonsus rex in Spania. Facta carta in era millessima centessima vigessima tertia.

Num.º 300.

Era 1123: año 1085: got. 84. b.º gal. 62. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Juliana infima ab omnium servorum Dei, amore divino compuncta, ac scelerum meorum recordata, idcirco pro anime mee remedium placens michi concedo et confirmo ab honorem et atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri presenti glorio-

so Albaroni abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, unum monasterium in confinium Granioni in Villafarta sito, sancti Micaelis arcangeli vocato cum suis omnibus pertinentiis terris, vineis, ortis, pomiferis, arboris, montibus, defesis, fontibus, cum exitu et regressu, et cum divisa, ab omni integritate sit concesso in albergeria ad pauperes in sancti Emiliani per omnia secula, amen. Si quis autem ex meis propinquis aut extraneis, vel quilibet homo hanc meam donationem in aliquo disrumpere vel auferre voluerit sit a Domino Jhu Christo maledictus et excomunicatus, et oratio eius fiat in peccato, demumque cum Judas et diabolo in inferno submersus, amen: insuper ad regis parte persolvat quinque libras auri, et duplo ad regula quod retemtu restituat. Ego domna Juliana, qui hanc scriptam fieri iussi, in altari sancti Emiliani roboravi, et testes tradidi. Senior Didaco Albarez confirmans. Filio eius senior Albaro Didaz confir. Senior Azenari Gondisalbez confir. Comite Garcia Ordonio in Naiera confir: imperante Adefonso rege in Toleto in Leione et in Naiera. Facta carta in era millessima centessima vigesima tertia.

Num.º 301.

Nota. Era 1123 [illegible] Era 1124: año 1086: got..... gal. 188.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur comite domno Lope simul cum coniuge mea domna Ticlo placuit nobis prompta voluntate facimus memoriam et donationem ad honorem sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri domno Albaroni abbati et omni collegio monachorum ibi Deo servientibus de illo monasterio sancti Andree apostoli et vocato Stigarrivia inter Bizcahia et Ipuzcua sito, qui est ex parte regis; ut memores sitis nobis in vestris orationibus, et progenitis nostris, ut habeatis in illo in civo per piscamina: et nos aliquandium dicemus ad regem de hoc: et credimus quia non prohibet nostrum dictum vel factum; sed faciet firmamentum per omnia secula. Ego Albaro abba pro confirmatione sancti Andree, sicut placuit comite domno Lope, dedit ei mulam unam, qui fuit de Petro Petriz valente quinquentos solidos. *

Adicion del año 1091.

Deinde postea ego Blasio abba sancti Emiliani pro confirmatio-

ne huius monasterii sicut placuit comite domno Lope dedi una mulam valente quingentos solidos. Siquis autem ex nostris vel aliquis homo huic nostrum datum frangere voluerit sit a Deo maledictus et confusus, amen. Aldefonso rex in Toleto et in Castella. Et ego Blasio abba pro iussione domno Comite hec scripsum feci era millessima centessima vigesima * nona, decimo Kalendas Octobris.

Edicion tercera del §§08.

Pro iussione abbatis Sancti Emiliani fuit consecrata ecclesia sancti Andree apostoli Intrigaxiuia in fine Verzalie a Bernardo episcopo de Sancta Maria de Lapuide: et prior in eodem monasterio Petrus monachus, era millessima centessima quadragesima tercia.

Núm.º 302.

Era §§24: año 1086: god. 93: gal. 59.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Senior Enneco Oxiolez, et frater meus domno Didaco ad atrio Sancti Emiliani et tibi presenti patri Albaro abbate concedimus et confirmamus quanta nostra parte de illo monasterio Sancti Micael de Villaligo, et de sua decania, que est in Junkera; de terris, vineis, pomiferis, molinis, exitus et introitus nostra pertinentia ad integritate, cum filiolo nostro Garsiola, pro animas nostras seruiat in Sancti Emiliani. Siquis vero ex nostra progenie vel aliquis homo nostrum concessum minuere, disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotentis confusus et maledictus, et cum demonibus manciparus, amen: et ad regis parte quingue libras coctio auri, et duplo ad regula. Facta carta era millessima centessima vigesima quarta, Alfonsus rex in Toleto. Senior Didaco Albarez testis. Comite Garsia testis. Numno Gonsalboz et frater eius Albaro Gonsalbo testes.

Núm.º 303.

Era §§24: año 1086: god. §§2.º gal. §§5.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Albaro abba sancti Emiliani, pro consilio fratrum meorum, et maxime Petro Johannes, qui his diebus populavit Septempublica, dixit nobis: dum michi est potestate populandi; volo ut accipiatis unam seniam in Septempublica et dicemus rex; et firmavit illam ad Sancti

Emiliani. Unde placuit michi, et accepi Sernam illo valle, que dicunt de balsamo, de illa robereta usque illo lumbo, qui est inter balsamo, et Napares, deorsum parte terras de Blasco Mori; deinde sursum usque illo arbore, qui est in medio valle in ipsa directa de lumbo ad lumbo: et unam casam cum suo corrale in Napares latus aqua. Deinde post multis diebus, de quibusdam fuit querimonia de illa Serna; et vincit cupiditas: aliquantis diebus fuit ablata a Sancti Emiliani. Sed postea Senior Didaco Telliz dominante Septempublica cum aliis bonis testimoniis dixit ad rex in ribu de Spiritu apud Socobia de illa Serna, et rex absolvit et confirmavit Sernam et casam ad honorem Sancti Emiliani per omnia secula, amen. Cautu retemtu mille solidos argenti, et retemtu duplato. Alfonsus rex in Spania, era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 304.

Era 1124: año 1086: got. 113: gal. 155. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Albaro Beilaz de Kasaceto dono pro mea anima ad Sancti Emiliani in villa Stabello uno solare cum sua era et coba intrante villa, et una Serna deorsum villa. Uxor mea domna Musa et filios meos testes, et confirmantes, presente Albaro abbate. Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis hanc meam offertionem disrumpere voluerit, sit a Deo maledictus et confusus, et cautu retemtu ad rex parte libra cocto auri, et duplo ad regula. Toto concilio de Stabello testes. Episcopus domnus Furtunius Alabensis testis. Comite domno Lupe in Alaba et in Bizchahia testis. Alfonsus rex in Spania, era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 305.

Era 1124: año 1086: got. 86. b.º gal. 46. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem domna Juliana divino amore compuncta, ac scelerum meorum recordata, unde placuit michi, et pro me anime remedium concedo et confirmo ad honorem Sancti Emiliani presbiteri, et tibi Blasio abbati presenti cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, id est in villa nomine Tironciello latus ribo tirone de mea hereditate, inquantum

pertinentia mea est, media parte in terris, vineis, domibus, casa-
res, ortos, molinis, divisas, introitus et exitus ab omni integritate:
et tali tenore, ut quandiu viva sum, habeam ego, et post obitum
meum habeat Sanctus Emilianus. Siquis autem ex meis genibus,
aut quilibet homo hanc meam offertionem in aliquo disrumpere
voluerit, sit ab omnipotenti Deo maledictus et confusus, et cum
diabolus et Judas traditore sortitus, amen: insuper ad partem
regalem exolvat quinque libras auri, et quod retemtu ad regula
duplatum. Ego domna Juliana, qui hanc dedi, testes tradidi. Co-
mite Garsea in Naiera, comite Lope in Alaba et VizKaia testes.
Senior Albaro Didaz confirmans. Senior Nunno Gonsalbo con-
firmans. Senior Albaro Gonsalbo confirmans. Alfonsus rex in
ispania. Facta carta in era millessima centessima vigesima
quarta.

Num.º 306.

Era 1124: año 1086: got. 86: gal. 152. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Monnio Tel-
liz placuit michi, et pro me anime remedium, ac scelerum meorum
ablutio, unde concedo et confirmo ab honore Sancti Emiliani, et tibi pre-
senti Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus,
id est, una casa in Bozo in loco sub-penna cum orto et era, et
quantum ad illa casa pertinentia est, cum exitu et regressu,
amodo habeat Sanctus Emilianus. Et dono illa casa de Maurdo-
nes, qui est in valle, cum era et orto, in introitu et exitu, et
sua pertinentia. Similiter illa hereditate, quem habeo in Bozo
ex parte pater meus tam terris quam vineis, solaris, pomife-
ris, quantum pertinentia mea est. Et in villa Semelhio Me-
diano meas casas sitas in media villa cum terris vineis, po-
miferis et pertinentia exitu et introitu, integro. Et illa vinea
qui est in Pollas in loco, qui dicitur Corriellos. Et in Trepiana
meas casas cum divisas et solares, terris, vineis, et quantum
pertinentia mea est ad integritatem. Et tali tenore, ut quandiu
vivus sum, habeam ego, et post obitum meum habeat Sanctus Emi-

lianus. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis, qui hanc meam offertionem in aliquo demere disrumpere voluerit; in primis sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, demumque cum Judas traditore et demonibus participatus, et ad parte regale exolvat septem libras auri, et duplo ad regula. Ego vero Senior Monnio Telliz, qui huic dedi, testes tradidi. Comite Garsea Ordoni in Naiera confirmans. Comite Lope in Alaba et Bizkahia testis confirmans. Senior Albaro Didaz confirmans. Senior Enneco Oriolez confirmans. Senior Albaro Gonsalbo confirmans. Alfonsus rex in Toleto confirmans. Era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 307.

Era 1124: año 1086: got. 87: gal. 63. b.º

In Dei nomine. Ego Senior Veila Garceiz filio de Garcia Beilaz spontanea voluntate trado meipsum ab honore Sancti Emiliani presenti Blasio abbati cum casas meas, que sunt in villa nomine Tuesta, vel quas comparavi, cum divisa, et cum vinea in bobaggas, et est super vinea latus vinea de Monnio Obecoz, et uno ero in Cabareto latus de illa defesa, et uno orto latus rivo, ubi aqua preendent: et una vice in molino de Rotaniello dominico die, quando die quando nocte in quindecim in quindecim dies. Et taliter ut quandiu vivus sum, teneam; et post obitum meum Sanctus Emilianus. Et omnes qui ibi vivituri fuerint, donent in annum quartero de ordio, et quarta de vino, et duos panes. Siquis homo ex meis gen.s, vel extraneis hec meum scriptum disrumpere voluerit, et a parte regis exolvat libram auri, et duplo ad regula. Era millessima centessima vigesiquarta, Alfonsus rex. Alias nisi potuero in vita mea cum mea quinta venire ad Sancti Emiliani; post obitum meum inquirant mea quinta in quantum ad me pertinet.

Adicion del 1086.

Ego domna Sancia dono ab honore Sancti Emiliani uno collazo in Tuesta nomine Beila Gonzalbez cum hereditate et molinos omnia sua pertinentia integrum pro anima de meo Senior Obeco Lupez, et pro mea; quia illo collazo pro iudicium, que ha-

Tengase presente esta Clausula: pues hace ver el Señorio territorial, y Solariego de los Vecinos de una Villa cuando querian irse à otra parte, q.e perdian cuanto tenian dado por el Señor.

buit, illi defendit. Et taliter, ut si voluerit illo collazo exire de iuro Sancti Emiliani; ut sua hereditate ibi dimittat, et ille vadat sine casas. Et notum sit ab omnibus, quia ego Beila Gonsalbez ante multos tempus fuit clamato ad Sancti Emiliani. Era millessima. Era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 308.

Era 1124: año 1086: got. 85.b.º gal. 53.b.º

In Dei nomine. Hec est carta conventionis et confirmationis, que fecimus ego abba Blasio Sancti Emiliani cum cunctis monachis placentibus et laudantibus: id est, habemus casero in Calahurra vrbe nomine Vincenti, et in omnia re visum est nobis placentibus illi et fidelis. Ideoque nobis dolentibus formidamus tam nos quam illi; ut post nobis non sit proiectus ab alicuique abbate, quia volet tam in causas qua possedit, quam in causis aucmentare. Ideoque placet nobis et illi: ut in illo mulatare, qui prius fuit parrale sito extra vrbe iuxta ribo, ut faciat duas casas pares; et si fuerit ab alicuique homo proiecto, ut habeat vnam ex his in proprietate in vita sua. Et notum sit ab omnibus, quia posuit manu in regula, et volet esse serbus et fidelis per omnia vita sua sub sancti Emiliani. Siquis autem ex nostris superveniens hanc nostram conventionem et confirmationem disrumpere voluerit, sit a Domino omnipotentis maledictus et confusus per omnia secula, amen. Era millessima centessima vigesima quarta.

regula: es la escritura ó carta del presente asunto de convenio.

Num.º 309.

Era 1124: año 1086: got. 86.b.º gal. 63.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Hec est carta conventionis et confirmationis, quam fecimus ego domna Onneca simul mecum neptus mei Lope cum vobis domno abba Blasio Sancti Emiliani, et cunctis monachis, id est, pro illo monasterio Sancte Marie de Vaniares inquirere vobis iudicium; et tam pro iudicium quam pro (in)iurias, que debetis michi donare: fecimus inter nos convenientia, sicut michi placuit; id est, accipio ex vobis vno orto in Naiera, qui fuit de domno Ferro, latus ribo directi Sancti Johannis, et vno pultro, aut sexdecim solidos argenti, et

inquiro

pro iuras.

azudeiz de tritico, et azudeiz de ordio, et tali tenore, ut quantitas voces ad vos de Sancti Emiliani pro illo monasterio venerint, exceptis rex; ego sum auctore et referitore. Et pro confirmando hunc testamentum dono vobis fidiatores, hec sunt, Garcia Garceiz de Mazanares, Munio Beila, et Sancio Blasco de Villagonzalbo, et Sancio Fuertes de Naiera, Sancio Gomiz de Cannas, et Garcia Furtuniones ierno de Fortes de Letesma. Sic itaque confirmamus tam ego domna Onneca quam neptus mei Lope: et nos de Sancti Emiliani ita simus auctores ad tibi domna Onneca et ad Lope. Era millessima centessima vigesima quarta.

Num.º 310.

Era 1124: año 1086: got. 117: gal. 192.

Sub Christi nomine, et individue Trinitatis. Ego Scemena filia de Duen Didago* veniente nobis necessitate vendidi tibi Scemeno Gomessano et uxor tua Dota mea terra propria in loco, que dicitur Flectare anti Sancti Salvatore iuxta serna Sancti Emiliani, de sinistra parte via publica transit, habeas et teneas per secula, amen. Accepi enim ex te Scemeno precium, quod constitutum est, quanto bene complacuit, id est, quatuordecim solidos argenti; et raxe quatuordecim dineros, et de ipso pretio non remansit contra te debito. Et dedi tibi fidiatores, quorum nomina hec sunt per singulos adnotata, Enneco Garceiz, et Johannes Petriz fidiatores: et sunt auditores Sancio Scemeno, et Blasco Galindo, et Munnio Lifuarrez de Gallinero, et Blasco presbiter. Et creditur testificari uius rei ab omni concilio de Villar. Siquis hoc nostrum mercatum disrumpere voluerit filiis aut germanis aut neptis aut vicinos aut aliquis homo ad parte regis pactet sexaginta solidos argenti, et ad tibi Scemeno han terra duplata vel meliorata in tale loco. Facta carta in era millessima centessima vigesima quarta, regnante Adefonso rex in ispania, et ab eius imperium dominante Nagera et Calagurra comite Garsea Ordonioz: et discurrente iudicio in Nagera domno Kirame: et in Villare abbas Blasius sub Sanctus Emilianus: et iudice Scemeno Gomiz; et saione Gundisalbo.

* got. Don Didaco

Num.º 311.

Era 1124: año 1086: got. 74: gal. 133.

In nomine Sancte et individue Trinitatis patris et filii et Spiritus Sancti, quod corde credimus, ore profitemur patrem ingenitum, filium a patre genitum, Spiritum quoque Sanctum ab utroque procedentem, cuius bonitate et miseratione cuncta creata consistunt, et gubernantur, cui etiam omnia regna terrarum subiciuntur, et cunctaque in celis et in terris sunt, genuflectentes famulantur: qui in plenitudine temporum, miseratus humano generi, pro nostra salute, et totius mundi incarnari voluit, et ex utero Sanctissime et illibate virginis nasci, et crucem subire dignatus est; ut nos a potestate diaboli liberaret; et renatos aqua et Spiritu Sancto, concessa remissione peccatorum, heredes sui regni eficeret. Cuius fidem ego Fredinandus monachus integra mente et totu devotione mentis et corporis amplectentes; recordatus peccatorum meorum multitudinem, pro requie peccatorum meorum, et consolatione viventium statui edificare ecclesiam in ipsa Ripa-rotunda in honore Sancte Crucis, et domibus vel convenitioribus officii aptari in Dei servitio: quam consecratam legaliter a domno et vererabili Bernardo Toletane civitatis archiepiscopo, salubri eius consilio curavi ditare eam possessionibus et hereditatibus, quod Deo iuvante adquisivi; unde clericorum et peregrinorum vita sustentari debeatur; qualiter adiutus a Deo remissionem peccatorum meorum intercecentibus Sanctis adquirere valeam, et regni celorum particeps esse merear cum Christo. Ite itaque sunt possessiones predicte ecclesie determinate, notissimeque describte. In primis ecclesia sancti Antonini prima radix cum omnibus sibi pertinentibus: In ipsa villa Sancte Marie quinque divisas inter comparationes et ganantias, in introitu et exitu tam in montibus quam in fontibus, pratis, et pascuis cum omni pertinentia sua. In Zonneta solares, et una divisa, et de comparatione hereditates et ganantia, cum introitu et exitu tam in montibus quam in fontibus, pratis, pascuis, et omni sua pertinentia. In Fontefanone tres divisas et solares et collazos et hereditates de comparatione, cum ingressu tam in montibus, quam in fontibus, pratis et pascuis, et omni sua pertinentia. In Via de Valleggo

solares et una defesa de monte, et hereditates de comparatione, cum ingressu et regressu in montibus et in fontibus, in pratis et pascuis, cum omni pertinentia sua. In Vale de Rama in Sancto Barcolomeo quinque divisas, et solares et hereditates de comparatione et ganantia cum introitu et exitu in montibus et fontibus, et omni sua pertinentia. In Valle de Rama in vazzio de plano solares, et una divisa, et hereditates de ganantia, cum ingressu et regressu in montibus et fontibus, et pratis et pascuis, et omni sua pertinentia. In Valle de Rama in Sancta Culalia solares et una divisa et hereditates de comparatione, cum introitu et exitu in montibus et fontibus, et pratis et pascuis, et omni sua pertinentia. In Valle de Rama in vazzio de Petru Bermudez solares et una divisa et hereditates de comparatione, cum introitu et exitu in montibus et fontibus pratis et pascuis, et omni sua pertinentia. In illa Molina solares et tres divisas et hereditates de comparatione et ganantia, cum ingressu et regressu in montibus et fontibus pratis et pascuis et omni sua pertinentia. In illas Vineolas quinque divise et solares et collazos et hereditates de comparatione et ganantia cum introitibus et exitibus tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Campo villa solares et tres divise et hereditates de comparatione et ganantia cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Texoles tres partes de illa villa ab omni integritate quantum pertinet ad illam villam, et hereditates de comparatione cum introitibus et exitibus tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Villa Lobin medietas eiusdem ville cum omni hereditate sua ab omni integritate de comparatione, cum introitibus et exitibus tam in montibus quam in fontibus, in pratis in pascuis cum omni pertinentia sua; et eiusdem ville carrascore defense medietas. In Sancta Maxia de Burro medietas ipsius ville solares et hereditates, et de illas mixandellas medietas de comparatione cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Barcina Sancte Culalie solares et tres divise et hereditates de comparatione, cum introitu et exitu tam in montibus, quam in fontibus in pratis in pascuis cum omni per-

tinentia sua. In Citatonga villa solares iuxta ecclesiam et quinque divise et hereditates de ganantia et de comparatione, cum introitibus et exitibus tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Cobiella villa solares et collazos et hereditates et quinque divise de comparatione et ganantia cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Montagnana de suso solares et vna divisa et hereditates de comparatione cum introitu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Rate villa solares et collazos, et due divise et hereditates de comparatione et ganantia, cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua; et molendina et cannales in ibero flumene. In Tisuenzo villa solares et vna divisa et hereditates de comparatione, cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Junkerola villa due divise et duo palatia et solares et hereditates de comparatione cum introitu et exitu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Ventosa villa quinque divise et solares et hereditates de ganantia et comparatione, cum introitibus et exitibus tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. In Taiolas villa vna divisa et vnus solaris et hereditates de comparatione, cum ingressu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pratis in pascuis, cum omni pertinentia sua. His prescriptis possessionibus quod vsque odie adquisivi, vel deinceps cum Dei adiutorio in diebus vite mee adquirere vel augmentare potuero, et omnibus rebus mobilibus, et immobilibus ditata Ecclesia sancte crucis; commendo Deo et sanctissimo Emiliano iure perpetuo, amen. Siquis autem homo huius testamenti corruptor aut violator inventus fuerit, sit ab omni cetu Christianorum, et a sancta matre ecclesia anathematizatus et excomunicatus, maledictio Dei omnipotentis super eum, et cum Juda traditore perpetuas penas luiturus, amen: insuper ad regibus parte exolbat decem talenta auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Bernar-

dus Toletane ecclesie episcopus confirmans. Sancius Nagerensis episcopus confir. Gomesanus Burgensis episcopus confir. Furtunius Alavensis episcopus confir. Ismundus Astoricensis episcopus confir. Sabastianus Legionensis episcopus confir. Raimundus Palentine episcopus confir. Blasius abba sancti Emiliani confir. Ovecus Oniensis abba confir. Petrus Caradigna abba confir. Vincentius sancti Petri de Aslance abba confir. Furtunius Siliensi abba confir. Garsia comes in Naiera confir. Petro Johannes procurator Castelle confir. Domna Sancia Cometissa una cum filio suo domno Gomiz confir. Omnes reliqui provintiales testes. Facta scriptura testamenti era millessima centessima vigesima quarta, regnante domno imperatore Adefonso in Spania.

Num.º 312.

Era 1125: año 1087: got. 93: gal. 145.

Sub Christi nomine. Ego Garcia Garceiz dono ad atrio sancti Emiliani presbiteri et presenti Blasio abbati in Junkera et in Sancti Emiliani de Ecora meam de collazos et divisas cum terris, vineis, exitus et introitus meam pertinentiam ad integritatem, ita ut in vita mea teneam, et post obitum meum fiat in Sancto Emiliano semper. Siquis (las imprec.s &c.) Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta, Alfonsus rex in toleto. Comite Garsia in Naiera testis. Comite Lope in Alava testis ==

In Dei nomine. Ego domna Elo dono et confirmo ad atrio sancti Emiliani et tibi presenti Blasio abbati pro anima de meo seniore Nunnu Monnioz de Leiva in Maurdones duos casatos populatos, et sunt casas in media villa sitas, et uno ero in Ibarra inter vineas: Et in Ripiella unas casas in media villa. Et meas filias domna Oria et domna Maria confirmantes. Cauto retemtu ducentos solidos, et duplum ad regula. in era millessima centessima vigesima quinta ==

In Dei nomine. Ego Gonzalbo Monnioz de Marquiniz dono illa tertia parte de Monasterio sancti Michael de Casezeto de iuso cum pertinentio, pro anima de Gonzalbo Garceiz ad atrio sancti Emiliani, et presenti Blasio abbati. Cautu retemtu sexaginta solidos, et duplo ad regula. Era millessima centessima vigesima quinta.

Núm.º 313.

Era ꝺCCCXXV: año ꝺLXXXVII: goz. DII. bº: gal. 59. Vto

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Gundisalbo Nunnez una cum uxore mea Domna Goto, et mea cognata domna Urraka, et domna Ariel Nuniz placuit nobis, ut pro anime nostre remedium concedimus et confirmamus ad honorem et altio Sancti Emiliani et tibi presenti Blasio abba nostras duas tertias partes de monasterio Sancti Martini de Mamellare, cum hereditate et pertinentia seruiat Sancto Emiliano. Siquis autem ex nostris generibus, vel aliumque homo nostram donationem ausus fuerit disrumpere, sit a cetu Christianorum proiectus, et anathematizatus, et cum Iuda traditore habeat portionem, amen: et a parte regis exolbat quinque libras auri et duplo ad regula. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta, Adefonsus rex in Toleto in Legione et in Castella. Fomesanus episcopus Burgensis testis. Garsea Comes testis. Petro Johannes merino regis totius Castelle testis. Senior Albar Didaz testis. Senior Lope Sangiz testis. Fernando Periz testis. Sabastian Periz testis. Petrus abba de Canadigna testis.

Núm.º 314.

Era ꝺCCCXXV: año ꝺLXXXVII: goz. DI: gall. 46.

In Dei nomine. Ego igitur Domna Oximina Didaz placuit mihi, ut pro mee anime remedium concedo et confirmo ad altio Sancti Emiliani, presbiteri et tibi presenti patri Blasio abbati in villa nomine Ripella iuxta Torrentivo, casas populatas et solares germos cum diuisa et suis pertinentiis ex ipsis solares, et quantum in ipsa villa ad me pertinet totum et peculiare et unum vasum de argentum; de quantum in ipsa villa ad me pertinet: tali tenore, ut in vita mea teneam, et post obitum meum habeat Sancti Emiliani firmiter. Siquis autem homo ex meis propinquis aut extraneis hanc meam offertionem minuere aut disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum diabolus sortitus amen: et ad regem parte, persolbat quinque libras auri, et ad regula duplo. Adefonsus rex in Toleto. Comite Domno Lope in Alaba in Bizkaia testis. Albaro Didaz testis. Semeno Gonsalbo testis. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta.

Núm.º 345.

Era ⅌⅌25: año ⅌087: qot. 86: gal. ⅌53.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem domna Clo Telliz placuit michi spontanea voluntate, et pro me anime remedium dono et confirmo ad honore Sancti Emiliani presbiteri et tibi Blasio patre abbate cum cetis monachis ibi morantibus in Vozo meas casas in media villa iuxta fonte sitas de Albaro Christobal cum era et orto et pertinentia: et in illo monasterio de Zaballa mea quarta parte cum hereditate et pertenentia, intzoitu et exitu, integrum amodo sempex habeat Sancti Emiliani. Et in Semelhio illas casas de molino de Senior Tello Monnioz cum hereditate et pertenentia in molinoz, in mazanares, in omnia, que ad me pertinet integrum: et illa vinea de Hazzaz, meas tres partes. Iste dum viva sim, teneam; et post obitum meum Sancti Emiliani. Et illo monasterio de Orueñes, medio cum omni pertinentia terris, vineis, molendinis, exitu intzoitu integrum. Et in monasterio Sancti Juliani de Kesco mea quarta parte cum terris vineis et pertenentia integrum. Et tali tenore, si habuero filium, habeat istoz duoz masterios; et si non habuero Sanctus Emilianus sempex, amen. Siquis ex meis sanguineis vel extraneis hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit, sit a Domino Ihu Christo excommunicatus et ad limis ecclesie exterraneatus, et cum demoniis et Judas traditore in inferno submersus, amen: insuper ad regis parte persolvat talenta auxi, et duplo ad regula. Ego igitur domna Clo, qui huic in aula Sancti Emiliani fedi, testes tradidi. Alfonsus rex in Toleto et burgis confirmans. Garsea comitis in Nalera confirmans. Senior Didaco Albariz confix. Senior Nennu Gonsalbiz confix. Frater eius Albaro Gonsalbiz confix. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta. Et ad meum transitum inquirite uos de Sancti Emiliani mean tertia pars in pane et vino, caballos, pannos, mobile quantum pertinet ad me.

Núm.º 346.

Era ⅌⅌25: año ⅌087. qot. 95.º: gal. ⅌67.

Sub nomine Dei omnipotentis conditoris atque factoris mundi. Ego quamvis indigna atque peccatrix ancillam eiusdem creatoris Oxodulce nomine facio hanc cartam ad honorem Sancti Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri spirituali Blasoni ab-

batis cum ceteris fratribus tecum Deo et iam dicto patrono servientibus, scilicet pro diminutionem peccatorum meorum, regnique celorum adeptione offero meipsa cum filio meo ad honorem eiusdem patronis, ut quicquid de paupertula mea ibidem habitantibus potueritis invenire, habeatis atque possideatis tam presentibus quam futuris: dono vobis in Sancti Petri villa, que est posita super Villaoria, omnia que ibidem habeo meos palatios et hereditate, et collazos et mea divisa, et quantum michi in eadem villa pertinet. Similiter in villa Quintanella, que est posita iuxta Villafarta, meos collazos, et mea hereditate et mea divisa concedo vobis. In Villa Enguta dono vobis mea hereditate cum mea divisa et uno collazo. In villa dicta Montaniana de iuso dono vobis mea hereditate cum mea divisa, et cum totum quem michi ibi pertinet. In Pampilona in villa dicta Grano, que est posita iuxta Riezo dono vobis meos palatios cum tota mea hereditate et meo peculiare ad integritate. Hec omnia cum totum quod de mea parte pertinet vel pertinuit, seu etiam de ganantia habui vel comparavi, cum exitu et regressu tam in montibus quam in fontibus in pascuis in pratis in defesibus, sine aliqua mala voce offero et concedo Deo et sancto Emiliano omne per seculum: Quatinus meritis Sancti Emiliani et vestrarum precum merear elui a sorde facinorum, et cum celicolis possidere gaudium infinitum. Verumtamen siquislibet meorum propinquorum aut extraneorum hanc donationem meam Deo et Sancto Emiliano offertam, diminuere aut disrumpere voluerit, sit anathema maranata, percussus, postque cum Juda Domini proditore, et cum diabolis omnibus sit in baratri antra dimersus, et ibi penas eternas sustineat luiturus; post duplo reddito monasterii, in fisco regali tres libras pactet auri. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta, regnante serenissimo rege Adefonso in ispania: Comite domno Garsia dominante Naieram: comite domno Lope dominante Alavam et VizKahiam: prepositus regis totius Castelle Petrus Johannes. Ego Aurodulce, qui hanc cartam fieri iussi, assensum prebui, et testes ad roborandum tradidi. Comite domno Lope cum uxore sua cometissa domna Tecla confirmantes. Didaco Gonsalbez de Llascahona confirmans. Enneco Orio-

ler confirmans. Didaco Gonsalbez de Arzamendi confirmans. Exemino Gonsalbez, ^(ler Revendeca) confirmans. Munio Scriba testis.

Num.º 347.

Era 1125: año 1087: ^(a 6. de mayo:) gothico Do: gal. 68.

In Dei nomine et individue Sanctae Trinitatis. Hec est carta testamenti, quam ego Domna Legunthia Munnioz de Orsaes fieri iussi in honore Sanctae ^(Mariae) et sancti Micaelis et Sancti Jacobi apostoli et Sancti Martini et aliorum Sanctorum, quorum reliquie recondite sunt in monasterio sancta Maria de Orsaes cum perpetua felicitate, amen. Igitur ego iam nominata non coacta sed libenti animo pro remedio anime mee do illam hereditatem, que est in Cumendica, unam domum que stat Micael, cum suo orto et sua era, et tres aquoz cum suis divisis. Et in Ficinia unum aquum: Hec, prescripta concedo ad Sactam Mariam de Orsaes. Insuper sicut michi placuit huic monasterio predicto Sancta Maria vocato concedo et confirmo ad altrio almi confessoris Emiliani presbiteri, et tibi presenti Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, ut ibi serviat per cuncta secula, amen. Siquis ex generatione mea aliquando voluerit hanc meam oblationem tollere; in omni vita sua sit excommunicatus et segregatus a consortio Sanctorum ^(et) omnium Christianorum; habeat partem cum Satanas, et cum Judas traditore in infernо inferiori condemnatus, amen: et ad regis parte cauto talenta auri, et duplo ad regula. Facta carta donationis die Ascensionis Domini, *secundo nonas maias, era millesima centessima vigesima quinta, regnante rex Alfonsus in Toleto in Legione et in Gallecia: rex Sancius Ramirez in Aragone et in Pampilona: Episcopus Secundus in Alaba: episcopus Sancius in Naiera: episcopus Gomesanus in Burgis: episcopus Petrus in Pampilona: comes Lupus in Alaba: comes Garsea in Naiera. Ego domna Legunthia Munnioz, qui hec dedi, testes tradidi. Senior Numnu Gonsalbez fidiator. Senior Scen Veilaz de Saggas fidiator. Senior Semeno Garceiz de Burbusca fidiator. Senior Gonsalbo Munnioz de Margarita fidiator. Senior Sancio Didaz de Villafilda fidiator. Senior Didaco Arzenariz de Montieiza fidiator.

*Galicano. Kls.

Num.º 348.

Era 1125: año 1087, a 25. de julio: epc. 30: gal. 135. 6.º

In Christi nomine redemptoris nostri. Ego namque Adefonsus ab ipso constitutus imperator super omnes Spanie nationes, opitulante

michi eius clementia, tota mente, omnique diligentia, omnique affectu vel desiderio facio hanc cartam genuitatis tibi fideli meo Sxedilando presbitero, Sancti Emiliani monasterii monacho, scilicet de omnes hereditates vel divisas, quem hucusque de ganantia vel de compaxatione habuisti, et insuper de tua arte tuoque ingenio, tuoque labore habere vel emere potuisti de quilibet homine, seu etiam pro vivis ac defunctis acquisieris, mando ut non habeas super eam regali sanctione, neque fonsitio, neque anubduba, neque fossadera, neque in castellis faciendi aliqua opera, sed integram et sanam habeas, atq; possideas eam in diebus vite tue: et post obitum tuum, quod in tua fuerit dicione omnino, et absque aliqua voce mala serviat almifluo Emiliano totius ibexis rectori, pissimo, quem tu spopondisti ei cum acquisitis sive acquirendis cum omni celebritate servituxum omne per seculum, amen. Verumtamen siquislibet meorum propinquorum aut extraneorum hoc meum testamentum infringere, violare transmutare voluerit, sit ab omnipotenti Deo maledictus, et a limine sancte matris ecclesie segregatus, demumque cum Juda Domini proditore in profundo tartari luget penas per secula cuncta, amen: et ad regis partes pactum quingentos solidos argenti, et quod retemptum duplatum restituat. Facta, cxt, Carrtula ista in urbem Burgensem duodecimo Kalendas augustias, era millessima centessima vigesima quinta. Ego Adefonsus imperator hanc quam fieri iussi cartulam, libentex confirmavi, et inieci hunc + signum. Bernardus Toletane sedis archiepiscopus confirmam. Sancius Nagerensis episcopus confirmam. Domnanus Burgensis episcopus confir. Fuxuinius Alabensis episcopus confir. Blasius Emilianus abba confir. Obecus Oniensis abba confir. comite domno Garsea confir. comite domno Lupe confir. Lope Sanciz confir. Didaco Sanciz confir. Lope Gonsalbez confir. Rodrico Didaz confir. Petrus Johannes prepositus regis confir. Albaro Garsiaz armigex regis confir. Exmegildus Rudexiguiz maioxinius cum super mensam regis confir. Petro testis. Citi testis. Stephanus testis. Sancius* testis. Dominicus testis

* galic? Fanciis

Num.º 349.

Era 1125: año 1087: qo. 111.º gal. 153.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Gonsalbo Ulurriaz de Marchinez et uxor mea Domna Tota Blasquez pla-

cuit nobis et donamus per animas nostras a Sancto Emiliano Sancte Andres de Molinivar nostra pars cum sua divisa. Et in villa Porchera duos collazos. In Blascuri uno solar et una terra, et duas terras suo tertio. In Ripiella una vinea de Sarracin, altera de Gutier, altera ipsa est, quem fecit cambio cum domna Elo de Muga, et una terra de Didaco Albarez, altera terra so Pollas, et altera terra adhuc so Ripiella. Et ego Senior Didaco Gonsalbez et domna Urraka, et Senior Albaro Gonsalbez similiter donamus, portiones cum pertinentiam nostram, quam habemus in Sancti Andree ad integritate, terras et in montes, cum fontibus, padulis, pratis, molendinis, defesis, terminis, cum pertinentiis a senibus testificatis, exitus et introitus. Nos predictis laudamus et confirmamus per omnia secula serviat in Sancto Emiliano. Cauto retemtu talenta auri, et duplo. Senior Fortun Beilaz de Galareta, et Senior Garcia Gonsalbez de Sancti Martini, et Senior Beila Garceiz de Sulfurtegi, et Senior Garcia Beilaz de Pollas fidiatores. Et Senior Gonsalbo Didaz, et Senior Gonsalbo Garceiz de Harrama, et Senior Albaro Gonsalbez de Horriaha fidiatores. Comite domno Lope in Alaba in Bizkahia testis. Aldefonsus rex in Spania. Abba Blasio in Sancti Emiliani. era millessima centessima vigesima quinta.

Num.º 320.

Era 1125: año 1087: got. 89: gal. 64.

Nota. Esta escrit.ª es posterior á la siguiente.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego domna Goto divino amore compuncta, ac scelerum meorum recordata, unde placuit michi spontanea voluntate, ut pro mee anime remedium, atque pro anime de meo Seniore Albaro Didaz offero et confirmo ab honore et atrio Sancti Emiliani presbiteri, et tibi patri Blasio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, monasterio qui dicunt Sancta Maria de Rotezno, super villa sito, cum omni pertinentia terris, vineis, ortis, pratis, pascuis, fontibus, molendinis, exitus et introitus, atque montibus ab omni integritate: et una terra et ferragine iuxta monasterio Sancti Micael in Alaba inter Defesa et Gomegga latus via. Isti sano ac libero serviat Sancto Emiliano. Siquis autem ex meis propinquis vel extraneis, aut quilibet homo

hanc meam donationem in aliquo disrumpere voluerit; in primitus ira Dei sit super eum, et fiat maledictus et confusus, demumque cum demonibus et Judas traditore sortitus, amen: insuper ad partem regalem exolbat quinque libras auri et duplo ad regulam. Ego vero domna Goto, qui hec dedi, testes tradidi. Filios meos Monnio Albarez, et Sancio Albarez, Didaco Albarez, Furtun Albarez confirmantes. Senior Lope Gonsalbez testis. Senior Nunno Gonsalbo testis. Comite domno Lope BizKahie et Alabe testis. Alfonsus rex in Toleto, Castella atque Nalera. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta.

Num.º 321.

Era 1125: año 1087: got. 114. b.º gal. 106. Cajon V. 12. rol. 1.º n.º 2.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego namque Aldefonsus nutu gratia Dei totius ispanie rex, remissionem meorum previdens flagitiorum, ac sufragia pro comissis facinoribus adiciens sanctorum, concedo et confirmo ad aulam sancti confessoris Emiliani presbiteri et confessoris Christi, et tibi patri venerande Blasio abbati, simulque tecum cunctis fratribus ibi Deo servientibus, unum monasterium sancti Sabastiani in valle qui dicitur Ogga-castro inter villas Valganon et villa Monnio-ZorraKin, cum omnibus suis pertinentibus terris, vineis, pomariis, ortis, pascuis, cum adiacentiis terminis, et defesam in proprio iure et molendinis cum aquarum productilibus, et cum omnibus suis pertinentiis intra domum vel extra domum: et cum proprio suo loco in Oggobarte cum domibus et hereditatibus sibi pertinentiis: Et in illa villa habeatis solutione de presuras pro terris et vineis, et pro quo volueritis; et in illo flumine piscaria et molendina facere. Et confirmo vobis illum locum heremum in summitate fluminis Oggensis positum cum omnibus suis pertinentiis in montibus et terminis a senibus testificantes. Et nullus homo potestas, aut miles, aut rusticus, vel prefecti regis habeat potestate in predictis locis, sed liberos et ingenuos habeatis licentia populandi homines sibi suiectos: Concedo libertatem, ut sint absque debito homicidii, vel fornicii, aut latrocinii, vel silvastici debito, liber in perpetum, amen. Siquis (las imprec.s ordin.s). Senior Didaco Albarez, qui actenus illud rexit, confirmans. Munius episcopus confirmans. Fur-

Elrio hoja

tunius episcopus confir. Sancius episcopus confir. Gomesanus episcopus confir. Comes domno Garcia confir. Comes Lupe Ennecones confir. Senior Albaro Didaz confir. Senior Lope Sangez confir. Senior Didaco Sangez confir. Senior Gonsalbo Nunnez confir. Senior Petro Johannes prefectus regis confir. Facta carta in era millessima centessima vigesima quinta *.

Num.º 322.

Era 1126: año 1088: got. 92. b.º gal. 59.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur domna Tota Furtunionis de Cilleghieta placuit michi spontanea voluntate, prompto corde, affectu animo, ut pro mee anime remedium, quam pro anima de meo seniore et virum quem habui Senior Furtun Sangiz, et pro animas de domna Oria et filiis suis, et pro anima de Garcia Sangiz et filiis suis dono et confirmo ad honorem et sacro altario beati Emiliani presbiteri, et tibi presenti patri Blasio abbati, et cunctis monachis tecum ibi Deo servientibus, illo monasterio vocato Sancti Justi et Pastoris, qui est in villa Cripanes, ab omni integritate, cum sua pertinentia, et defensa, idest de oriente per sumo lumbo, et per peniellas et ad illa ripiella super area, et ad fontem; et per semitam de illa costa usque ad ruiniellas, cum terris vineis orto pomiferis, et molino in Soto de Sancta Maria de Okon, montibus pratis, exitus et introitus, et uno malleolo in Sancta Eufimia pro anima mea et de meo seniore Furtun Sangiz. Hec totum libero ac genio per in seculum seculi serviat in sancto Emiliano. Siquis autem homo ex meis gentibus, vel alicumque hominum hac mea offertionem Deo et Sancto Emiliano concessam, minuere vel disturbare voluerit; in primitus iram Dei sit super eum, sit confusus, sit maledictus, et cum diabolis sortitus, amen. Insuper ad regis parte exolbat talenta auri, et retemtum ad regula duplum. Facta carta in era millessima centessima vigesima sexta. Ego domna Tota, qui hec dedi, testes tradidi et confirmavi. Comite domno Garsia in Naiera testis. Comite domno Lope in Alaba in Biz-Ka-

ia testis. Senior Lope Lopez Dominator Maxangone testis. Senior Sancio Fuxtunionis de Serralaca testis. Senior Don Salbez de Faxi testis. Senior Lope Albarez de Moxeta testis. Senior Cmeco Azenariz testis. Alfonsus rex in Spania.

Num.º 323.

Era 1126: año 1088: got. 72: gal. 58. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem Senior Nunnu Gonsalbez de Revendeca, pro me anime remedium simul cum corpore meo sub habitu beati Benedicti dono ad honorem et altio Sancti Emiliani, de Villa-alva media cum divisa, et meo palatio, et duas sexnas, una iusta Sancta Maria, alia iuxta malleolo de Garcia Fuxtuniones, et uno orto iuxta fonte latus via. Et in Goreka una kasa populata cum sua corte et orto et pertinentio, et tres terras iuxta Goreka et Hortzui; duas deorsum via usque vivo et de oriente ecclesia latus terra, tertia deorsum via: et alia quarta terra in na padul longa latus via, et alia via per medio. Et in Texnexo duos casatos populatos, et duos exmos, cum divisa, et una sexna deorsum villa, de oriente et deorsum parte via, et de suxum vinea de Domna Tota: et alia sexna in aiuga deorsum parte via vadit: et tertia sexna in defesa de Sagga: et tres vineas, una ex his deorsum via, qui vadit ad Cmnes, alia vinea inter Texnexo et Moxico latus via, tertia vinea in Chandaviggia latus vinea de domna Tota, et semita per medio. Hec predicta presentem Blasio abbate habeat Sancto Emiliano usque in seculum. Siquis autem homo ex meis propinquis aut extraneis, vel aliquique hec meam offertionem minuere vel disrumpere voluerit; sit ex Deo maledictus, et iram Domini super eum, et cum diabolo manicipatus, amen: et a parte regis auxi libras quinque, et restemtum ad regula duplatum. Facta carta in Era millessima centessima vigesima sexta. Ego Nunnu Gonsalbez, qui hec feci, testes tradidi. Genitrice mea Domna Tota testis. Fratres mei Albaro Gonsalbez, et Eximino Gonsalbez testes. Senior Cmeco Oxiolez testis. Comite Domno Lopez in Alaba in Biskahia testis. Comite Domno Garsie in Naiera testis. Alfonsus rex in Spania.

Num.º 324.

Era 1127: año 1089: got. 94. b.º gal. 71.

Sub nomine Triplo, simploque divino. Ego igitur Senior Gonsalbo Nunnez placuit michi, et pro me anime remedium dono et confirmo ad honorem et atrio Sancti Emiliani presbiteri, et tibi presenti patre Blasio abbati et cunctis monachis ibi Deo servientibus, idest unum monasteriolo nomine Sancti Emiliani vocato in villa vocata Revendeca notato cum terris, ortis, fontes, pratis, pascuis cum ingressus et regressus, et pertinentio ab omni integritate, et usu antiquo a Senibus testificato, ac libero, cum suis decanias, per omnia secula serviat Sancto Emiliano. Siquis vero homo tam nostris, quam extraneis, vel quilibet hanc donationem conturbare, disrumpere voluerit, sit a Deo omnipotenti maledictus et confusus, et a Sanctam ecclesiam proiectus, et cum diabolus et Judas sortitus, amen: insuper ad regis parte exolbat talenta auri, et duplum ad regula. Facta carta in era millessima centessima vigesima septima. Ego igitur Gonsalbo Nunniz dominante Lara, qui actenus rexi, roboravi. Ego igitur Alfonsus rex imperante Legione, Toleto, atque Spania huic donationi interfui, subscribsi, et confirmavi. Episcopus Gomesanus testis et confirmat. Senior Albaro Didaz dominator Auca testis. Comite domno Garcia dominator Naiera testis.

Num.º 325.

Era 1127: año 1089; a 20. de mayo: got. 93: gal. 60.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Gartia Gonsalbez spontanea voluntate pro me anime remedium dono ad atrium sanctissime Emiliani presbiteri et tibi Blasio abbati et cunctis monachis, unum monasterium Lassarte reliquias ferente Sancti..... ..... et illos collazos, qui sunt in ipsa villa Victoriano, et in Alzaharriza, et sunt duodecim casatos populatos, et una decania Ohoro de illo monasterio in Zufia, et alia decania in Altube. Et in Torrentillo meum pertinentium integrum: et tali tenore, ut si filio non habuero, ora qua obitum meum evenerit, hec prescriptum sit in Sancti Emiliani semper. Siquis ex mea gente, vel alquis homo hec mea donatione retemtaverit; sit a Domino

Deo maledictus, et cauto duas libras auri cocto ad rex, et duplo ad regula. Et de mea gente, qui hec disrumpere voluerit, in nulla causa de mea pertinentia non habeat. Et sunt fidiatores Gonsalbo Beilaz, et Garcia Monnioz de Habavncia, et Albaro Gonsalboz de Gasteiz, et Scemeno Garceiz de Villanoba, et Furtun Gonsalbez, et Garcia Ollez de Podaka, et Marcelle, et Garcia Gonsalbez de Gamarra, et Lope de Durana, et Beila de Sagarzaheta filio de Didaco Monnioz: in era millessima centessima vigesima septima, in pasca de Pentecosten.

Num.º 326.

Era 1127: año 1089: got. 95. b.º gal. 77. b.º

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Eximina Didaz placuit michi spontanea mea voluntate ut pro me anime remedium trado corpus et anima mea ad atrium Sancti Emiliani, et tibi presenti Blasio abbati et cunctis monachis ibi Deo servientibus cum propria mea hereditate: id est en Bascuri villa meas casas cum divisa cum terris vineis et pertinentio integro. Et in Abellanosa meas casas cum hereditate et pertinentio. Et in Villaporquera vnas casas cum hereditate et divisa. Et in Junchera medias meas casas cum hereditate et divisa. Hec totum sit in Sancti Emiliani firmi per omnia secula, amen. Siquis autem homo ex meis propinquis vel extraneis aut quislibet ex meam offertionem in aliquo disrumpere minuere voluerit, sit maledictus et confusus a Deo patem omnipotentem, et cum Judas traditore et diabolus in inferno mancipatus, amen: insuper ad regis partem quatuor libras cocto auri, et retemtu duplatum ad regula. Facta carta in era millessima centessima vigesima septima. Ego Eximina, quod dedit testes tradidi. Domna Palla testis. Domno Johannes testis; Domno Petro testis. Garsea Sangiz de Granione testis. Domno Didaco Oriolez testis. Comite domno Garsea dominator Naiera et Granione testis. Alfonsus rex.

Num.º 327.

Era 1127: año 1089: gotico 115. b.º gal. 27. b.º

De probatione inter Matute et Colia villas si debent equaliter pascere, et homicidium in vnum pectare.

Inclito et honorato a Deo et hominibus, et sub gratia Dei et Alfonsi regis, domno comite Garsea, et novilissima et novilior orta domna Vrraka comitissa dominantibus Naggera: De illo iudicio, quod ego Bla-

sius abba et tota congregatio sancti Emiliani habuimus cum tota Matute et de Tubia, per illos nostros homines de Cogga, mandastes vos, pro vestro magno arbitrio et vestra mercede a domno Quiramno et a Sancio Garceiz de Naggera et a Munnio Veilaz de Nagera prescrutare illa villa Cogga si debeat dare homicidio cum Matute et Tubia pro illo homine, qui fuit mortuus in termino de Matute; et isti probatores, qui ante superius diximus; et de Matute fuerunt Lope Garceiz, et Johannes Munnioz et Munnio Petriz et Munio Romanez; et de Ankidanos Garcia Sangez et Gomiz Pascual, et Sancio Scemeno; et de Villanoba Scemeno Munnioz; et de Villadolquite Sancio Juliane et Scemeno Fortune; et de Matrice Sempronio Telluz, et Enneco Cellarario de palacio: isti omnes provaverunt et testificarunt, quod Colia varrio erat de Tubia et in solo homicidio debeant dare cum illis, et guardia tenebant cum illis. Et similiter commune habere in defesa et in erbas et terminos pascere et iacere cum illis: Deinde in alio die aplicuerunt totas ipsas plebes, et miserunt illos in quinnone de solo homicidio et guarda tenere in Tubia. In ipso die quando hoc fuit statutum, ibi fuerunt pernominatos qui tunc erant in obedientiis sancti Emiliani: Domnus Sancius prepositus ibi fuit. Domnus Gomesanus cellararius ibi fuit. Domnus Blasius maior opere ibi fuit. * Era millessima centessima vigesima septima.

Adicion q^e debio estar al margen como noticia anterior

In merenitate de Petro Johannes et in abbatia de domno Albaro comederunt illos de Tubia una bacca de Cogga et peictaverunt la bacca el capital et viginti argentos por calonia: et alia ora comederunt unum porcum illos de Tubia de Cogga, et peictaverunt porcu captale et viginti argenzos por calonia. Domno Gomesano et Sancio Garceiz acceperunt istum peictum de Cogga, por provamentum de Peitro Johannes, et de veraciter

---

Num.^o 328.

Era 1127: año 1089, á 25. de nobre: got. 90: gal. 7.

In nomine ingeniti, prolisque, ac procedentis conexi unius semper natura Deitatis. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, ac tamen gratia Dei Alfonsus rex superni regis nutu, cum proprio mentis affectu inspirante, placens michi, animoque delectans ob spiritus sancti revelationem, toto corde spontanea

voluntate ad atrium beati Emiliani presbiteri et sublimis confessoris Dei, presenti venerabili patri Blasconi abbati, omnibus tecum vnanimiter iugum Christi decenter portantibus presentibus ac succedentibus fratribus, pro adipiscenda predicti confessoris Dei magnitudinis gratia, nec non pro mee anime remedio caritatem offerens Deo, idest, Sonipes duo, et homines duo facio genuitatem ad Sancti Emiliani, que solebant ad regem Naierensem in fossato donare. Contigit ut * abus meus Garsea regis Pampilonensem olim abbate Sancti Emiliani inquisivit amicitiam et adiutorium, ut dedissent duos mulos per in fossato, et dederunt semel, et secunda, atque tertiam vicem: insuper seculari cupiditate inflamatus per suam nimiam violentiam in sua fecit stare potestate. Post hec vero transactis temporibus, pavens prefatorum Sanctorum confusionem, et fratrum ibidem degentium maledictionem, prudentem elegi consilium illis predictis fratribus quotiens me obsecrantem; sicut iam dixi volui eos ienuare. Ideoque absolvo eos amodo deinceps vsque in perpetuum perhenniter, ut illos duos mulos ad vocem fossato neque rex neque comes neque dux qui Naieram imperaverit inquirat, sed cenobium Sancti Emiliani ienum et liberum permaneat vsque in seculum. Siquis autem nostrorum posterum regum, aut principum, comitum, vel aliquorum hominum hanc meam genuitatem, quam Deo et Sancto Emiliano dedi, et abbas consenserit, inquirere voluerit; in primo sit ab omnipotenti Deo confusus, et a cetu totius christianitatis separatus, et post cum Domini traditore in inferni baratro per cuncta secula submersus, amen: insuper ad partem regalem persolvat quinque libras auri. Ego igitur Alfonsus rex, quando exivi cum exercitum ad pugnam a Juceph Caldei, qui venerat vltra maris cum exercitibus suis ad depopulandam terram christianorum; et illa ora qua fui in Alaieth, ille in fuga est versus. Et ego in meam reverssionem hanc scedulam rovoravi in campo de Gingilla * in Monte-aragon. coram hos testibus: Infante Garsea prolis Sancio Naierense in Toleto sedentem confirmans. Episcopus Petrus Naierensis testis. Episcopus Gomesanus Burgensis testis. Episcopus Raimundus Palentie testis. Senior Comite Garsea Naierense testis. Comite domno Lope Bizkahie testis. Senior Scemeno Turtunionis de Camero testis. Senior Albaro Didaz de Oka

* abus: pro abunculus

galicano * Chinchiella

+ al margen en el gotico = Ego Didaco Oxiolez frater S. Emiliani, qui huic valle labora vi, quesivi, et impetravi, testis.

testis. Senior Gonsalbo Nunnez de Laxa testis. Senior Lope Sanqiz et frater suus Didaco Sanqiz de Viala testes. Facta carta in era millessima centessima vigesima sogesima, septimo Kalendas decembris.

Num.º 329.

Era 1128: año 90 Do: goz. 93. b.º gal. 122. b.º

Num.º 357.

Era ⅌⅌44: año ⅌⅌06: ept. ⅌⅌3.b.º gal. 204.b.º

In era millesima centesima quadragesima quarta iussit Aldefonsus rex Garsie comiti populari Garsiate: eodem anno in die sancti Michaelis babtizavit comes Garsia suum filium in Sancti Emiliani Ecclesia, et Blasius abbas eadem ora peribit Sanctam Mariam de Tera; Ysporndit ei, et dixit Garsia comes sancto Emiliano. Et in secundo

anno in die Sancti Dionisi intravit domnus Munnius prepositus in Sanctam Ecclesiam, et fecit signa: Deinde merinus regis nomine Sancius Garsia pro iussione comitis fuit ad regem, et dixit omnia facta; quo audito placuit regi, laudavit et confirmavit: et pro iussione regis predictum merinum missit ad abbatem Sancti Emiliani, et prepositum domnum Munnium in Sancta Maria de Tera, et dedit terminos: idest de Sancta Maria Sursum usque ad ribulo zelatiella, et a penniellas de Cozmonte, et a Gardiatiello: de alia parte inter Rebollare et de Lubia usque flumen razon, et deorsum per Stepare ad ribolum Sarranzano, deinde ad Sancta Maria, cum aqua et molendinis, et productilibus: ut nullus faciat in eo termino molendinum preter homines Sancte Marie: montes erbas exitus et introitus cum omni libertate et genuitate ut serviat in Sancto Emiliano per omnia secula, amen. Petrus episcopus Calagurritanus cum omni clero sui episcopatus testes. Et omnis populus civium Garrensium testes: imperante Aldefonso rege de Calagurra usque ad Cuenca. Garsia comite dominante Calagurra et Naiera testis. Senior Enneco Scemenones dominante Meltria testis. Albaro Didaz dominante Auca testis. Johannes abba Oniensis testis. Nunnus abba Siliensis testis. Ennecus abba Vallevenarie testis.

Num.º 358.

Era 1144: año 1106: gpt. 134. b.º gal. 205. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Adefonsus rex, divina inspirante clementia, superni amoris ardore accenssus, ac peccatorum meorum multitudine perterritus, confirmo ad atrium Sanctorum Emiliani et Felicis confessorum Christi et tibi Blasio religioso abbati omnibusque tecum fratribus ibidem Deo servientibus ecclesiam Sancte Marie de Thera in termino de Garrahe possitam, quam Garsea rex, qui sceptrum gerebat in Pampilona, Sancto Emiliano obtulit. Huic regie donationi et mee confirmationi, idest, Sancte Marie, terminos dedi: idest de Sancta Maria Sursum usque ad ribullum Zelatiella et a pennuellas de Cozmonte et a Gardiatello: de alia parte inter Rebollare et de Lubina usque flumen razon, et deorsum por Stepare

Lubia

ad ribulum Serranzano, deinde ad Sanctam Mariam; cum aqua et molendinis et productilibus, ut nullus faciat in eo termino molendinum preter homines Sancte Marie: montes, erbas, exitus et introitus cum omni libertate et genuitate, ut serviant in Sancto Emiliano per omnia secula, amen. Siquis autem (las imprec.s ordinar.s &c.a). Ego Aldefonsus rex, qui hanc confirmationem feci, manu mea signum ✠ impressi, et testes ad roborandum tradidi. Petrus Calagurritanus episcopus cum omni clero sui episcopatus testes: et omnis populus civium Garrensium testes. Regnante Aldefonso rege de Calagurra usque ad Concam. Garsia comite dominante in Nagera et in Calagurra testis. Senior Enneco Scemenones dominante Meltria testis. Albaro Didaz dominante Auca testis. Johannes abbas Oniensis testis. Nunnus abbas Siliensis testis. Ennecus abbas Vallisvenarie testis. Facta Carta in Era millesima centesima quadragesima quarta.

Num.º 359.

Era 1144: año 1106: got. 118. b.º gal. 184. b.º

In Dei nomine. Ego igitur domnus Nunnus magister de Sancti Mikael de Alaba comparavi uno solare cum sua divisa in villa, que dicitur Berroztegieta in uno Kaballo et uno mulo ad te Senior Albaro Munnioz de Sanmeiano: et sunt fidiatores Senior Munnio Gonsalbez et Senior Didaco Johannes de Zuazo; Obeko Zuria, et Dominico Luengo, et Dominico de Legarda, et domno Orbita de Harreizzalheta testes. Regnante rege Aldefonso in tota Spania, Senior Lope Gonzalbez dominante Estivalez, et merino domno Garsia de Abegoko, Senior Didaco Sangez dominante Divina. Era millesima centesima quadragesima quarta. Garcia Scriba.

Num.º 360.

Era 1144: año 1106: got. 26. b.º gal. 99. b.º

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego igitur Blasio molinero pro remedio anime mee et parentum meorum dono et confirmo unam ferraginem et unam vineam ad atrium Sancti Michaelis arcangeli in loco qui dicitur Summaripa, ante ecclesiam de Radiciella

est illa ferragine, et est vinea in vineis de Occhizzani super limitem, et subter ecclesiam Sancti Christofori, ut serviant in Sancto Mikaele iure perpetuo. Si autem aliquis homo ex mea proienie vel extranea vocem levaverit super istam ferraginem vel super istam vineam, sit confusus, et anatematizatus, et cum Juda traditore in inferno dimersus, et ad partem regis pariet centum solidos de argento, et hereditate duplata in tali loco ad regulam et ista ferragine et istam vineam robo eas et confirmo in manus Blasconi abbatis. Facta carta in era millesima centesima quadragesima quarta, regnante rege Aldefonso in Toleto et in tota Castella; comite Garsia in Naiera et in Calagurra, comite Gomesano in Cereso et in Ponticurbo et Petralata. Ego Blasius, qui hanc cartam fieri iussi, et roboravi, testes possui. Blasco Didaz testis. Romanus Johannes testis. Didacus Johannes testis. Munnio Gomiz testis. Domna Tota testis. Domna Blaschita testis. Domna Ocenda testis. Tellu Munnionis scriba testis.

Num.º 361.

Era 1144: año 1106: got. 26. b.º gal. 100.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis, scilicet, patris et filii et Spiritus Sancti. Ego dompna Urraka mitto pro remedio anime mee ex mea spontanea voluntate ad atrium confessorum Dei Felicis et Emiliani unum meum solarem in Junkera cum sua divisa iuxta domum de Gonsalvo Monnioz de una parte, et de alia pars domum de Sancte Mikaele de Petrojo, et via est per medium: dono et confirmo illam ad Sancti Emiliani sine ulla voce mala. Siquis autem aliquis homo de gens mea propinqus aut extraneus (sigp. las imprec. &a). Facta carta in era millesima centesima quadragesima quarta, regnante rege Alfonso in Toleto et in tota Castella, comite Garsia dominante Naiara et Kalagurra, comite Gomesano dominante Cereso et Ponticurbo et tota Petralata. Et ego dompna Urraka fieri iussi, confirmavi et roboravi, et testes possui. Dompno Sancio presbiter et magistro meo testis. Senior Gonsalbo Mun-

noz testis. Senior Garsia Vitacoz testis. Senior Sancio Ennecoz testis. Dompna Tota testis. Munnio Gomiz testis. Domna Belaschita sua soror testis. Dompna Ozenda testis. Teillo Munnionis scriba.

Num.º 362.

Era 1144: año 1106: got. 22: gal. 93. b.º

In nomine Dei. Ego Senior Sancio Enneкoz simul cum sorore mea domna Tota placuit nobis ex nostra spontanea voluntate mittimus in Junkera unum solare ad atrium Sancti Emiliani presbiteri et confessoris et omnibus ibi servientibus et tibi Blachoni abbati, ut serviat ibi pro animabus nostris, et est ipsut solare ante portam de domo sancti Mikaelis de Petroso: donamus et confirmamus illum in Sancto Emiliano sine ulla voce mala, et placet nobis ut serviat in Sancto Mikaele de Petroso, quia convenit ipsum solare esse de ipso Monasterio. Siquis retemptaverit ipsum solare, sit a Domino Deo maledictus, et in inferno dimerssus, et ad partem regis persolvat septuaginta solidos. Facta carta in era millesima centesima quadragesima quarta, regnante rege Aldefonso in Toleto et in Legione, comite Garsia in Naiara, comite Gomesano in Borovia. Senior Lope Enneкoz testis. Senior Petro Blasкez testis. Senior Garcia Vitachoz testis.

Num.º 363.

Era 1144: año 1106: got. 28: gal. 37.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego domna Sancia filia Sancii Mezeratez, licet Domini servicio indigna, tamen ipsius pietate dono non diffidens, omniumque peccatorum meorum recordata et mei non fructante semper hac vita, pro anima mea et pro anima Sancionis Albaronis mei primi cogermani offero Deo et Sancto Emiliano et tibi patri spirituali Blasio abbati cum subiectis fratribus ibi Deo servientibus illam hereditatem quam michi ille dedit, scilicet meam propriam turrem in Naiera subpinna cum omni hereditate, id est terris, vineis, ortis, molendinis, cum genuitate et sua pertinentia. Et dono pro anima mea illas

fruito

casas, quas comparavi de dompno Sancio Scribano, que sunt sub-
pinna cum suo orto. Similiter et pro remissione peccatorum
meorum dono ipsos molendinos de prato cum sua vinea et he-
reditate, que est ibi ad integritatem. Offero autem et meos palatios
proprios in villa Mezchina cum omni hereditate, id est terris,
vineis, ortis, molendinis, cum exitu et regressu, et omnia, que ibi potui
adquirere, quia mater mea dedit michi hanc hereditatem, et hos pala-
tios ut tenerem eos in vita mea; et si non habuissem filios, iussit ut
post obitum meum una cum corpore meo redderem sancto Emiliano.
Ego autem iussionis illius rememorata et scelere peccatorum pres-
sa, et timore Domini perculsa, dono eos in vita mea pro mea et
matris mee anima ad integritate. Offero similiter et meos proprios col-
lazos in Irahuri huic supra nominato altario sancti Emiliani pro re-
medio anime mee. Siquis autem ex meis germanis, neptis, subrinis,
propinquis aut extraneis hanc meam offertionem disrumpere aut
retemptare voluerit; sit a Domino Deo maledictus, et a cetu chris-
tianorum segregatus, careatque utrisque lucernis in fronte, et cum
Juda traditore in inferno inferiori habeat portionem, regi autem ex-
solbat duo talenta auri, et sanco Emiliano reddat istam hereditatem
duplatam. Regante rege Aldefonso in Toleto et in tota ispania; et
sub eius imperio comite ~~comite~~ Garsea dominante Naiara et Cala-
hurra; comite Gomizo dominante Petralata, et Ponticurbo; et rege
Aldefonso iuniore regnante in Pampilona et in Aragona. Facta
carta in era millesima centesima quadragesima quarta. Comite
Garsea testis. Senior Lope Gundisalbez testis. Senior Lope Lopez
testis. Petrus episcopus Calagurritanus testis. Raimundus prior
sancte Marie testis. Senior Garsea Garseiz testis. Senior Garsea
Fortunionis testis. Et omnis populus Naggarense civitatis sunt
testes.

Adicion del 1110.

Et ego Comite Sancio illa hereditate in Naiara et in villa Mezki-
na, quam dedit mea germana domna Sancia a Sancto Emiliano,

sicut in hac carta resonat, ita firmo et roboro eam tam pro anima mea quam pro meo congermano per omnia secula, amen: imediato maio in capitulo sancti Emiliani, era millesima centesima quadragesima octava.

Num.º 364.

Era 1145: año 1107: got. 96. b.º gal. 79.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Sancio Oriolez de Montaniana coactus necesitate, et etiam bona voluntate vendo in quinquaginta solidos, et dono et roboro Deo et Sancto Emiliano et Sancto Felice, et tibi Blasio abbati et omnibus monachis ibi Deo servientibus meam casam propriam et cum sua divisa, cum exitu et regressu tam in montibus quam in fontibus, cum omni pertinentia. Siquis autem filiis neptis, propinquis vel aliquis homo hanc meam donationem et etiam venundationem disrumpere aut retemtare voluerit sit a Domino Deo maledictus et confusus et cum Juda traditore habeat portionem, et regi reddat tres libras auri cocto et Sancto Emiliano ipsas casas duplatas. Munnio Didaz fidiator et testis. Munnio Sanchez fidiator et testis. Johannes Didaz fidiator, et Scemeno fidiator. Omne concilium de Montaniana auditores et testes. Facta carta in era millesima centesima quadragesima quinta.

Num.º 365.

Era 1146: año 1108: got. 132: gal. 88.

Hec est carta donationis, quam facio ego Aldefonsus rex totius Castelle tibi Blasi abba in monasterio Sancti Emiliani commoranti de una domo, que est sita in Sancto Michaele de Petroso, que habet nomen La-ripa, quam contrariaverat domnus Albarus Didaz in vita sua: modo ego Aldefonsus rex dono et persolvo eam tibi, quia Sancti Michaelis fuerat cum omni hereditate sibi pertinenti, scilicet illam terram que est subtus casa usque ad illam pinnam, que est ante vineam regis, et cum aliis hereditatibus, que sunt in valle Jobit tibi et successoribus tuis: Propter quod dedisti michi unum equum valentem centum aureos. Regnante rege Aldefonso in Castella et in Nagera: maximus

regis Roman Johannes testis. Senior Didaco Sanchez testis. Senior Lop Sanchez testis. Era millesima centesima quadragesima sexta.

Num.º 366.

Era 1148: año 1110: á 6 de junio: got. 120: gal. ...

In Dei nomine. Ego Urraka gratia Dei ispania regina, filia Aldefonsi regis, placuit michi bono animo et bona voluntate ut faciam vobis Didaco Lopez cartam, quod de isto die usque in perpetuum non intret Saion in vestras hereditates non pro omicidio non pro fornitio non pro furto non pro abnuda, non pro ulla facienda mala neque bona. Quod si aliquis homo contra hoc meum factum infringere voluerit, sit excomunicatus, et cum Juda traditore Domini dimerssus. Regnante domna Urraka in toto regni patris sui regis domni Aldefonsi. Et hanc cartam quam feci, testes ad roborandum tradidi. Comite Gomesano Gonsalbez confirmans. Comite Ruderico Munnioz confirmans. Comite Petro Gundisalbez confirmans. Albaro Fanez confirmans. Senior Enneco Scemenones confir. Rudericus Veilaz confir. Pelagius Julianez confir. Ferrandus Garciez confir. Didacus Munioz confir. Munnio Gutierrez confir. Sancio Furtuniones confir. Citiello iudex confir. Vilidi testis. Ferrandus notarius, quod scripsit confir. Et ego domna Urraka regina coram hos presentes laudavi et confirmavi, et signum +++ depinxi. Era millesima centesima quadragesima octava, notum die sexto Kalendas iulii.

Num.º 367.

Era 1148: año 1110: got. 114. b.º gal. 207.

In Dei nomine. Ego Urraka gratia Dei totius ispanie regina, vobis abbati domno Johanni et omni Congregationi Sancti Emiliani, salutem in Christo, amen. Placuit michi bono animo et bona voluntate et pro amore Dei et Sancti Emiliani, et ut michi superveniat Sanctus Emilianus ubicumque invocabero nomen eius, ut faciam vobis supradictis abbati domno Johanni et fratribus vestris, qui serviunt Sancto Emiliano cartam de illo foro quod solebant facere, et ipsa matera quod portabant per vim ad palatios de Naggera vestre ville pernominate Villagonsalbo, Cordovin, Terrero, Villajuniz et Ventosa; ut omnino ingenue permaneant in vestra potestate, sicut fuerunt temporibus regum

a quibus concesse nojcuntur deserviendas in Sancto Emiliano: Quod de isto die in antea ille ville de sancto Emiliano sint solute, quod non serviant nec faciant ullum forum, nec facendera ad palatium regis, sed sint libere de toto foro quod solebant facere: Et hoc facio pro anima patris mei regis Domni Aldefonsi. Quod si aliquis homo contra hoc factum meum venerit, et hanc cartam, quam vobis facio infringere voluerit aut abbas vel aliquis homo ex parte sancti Emiliani consenserit, sit excomunicatus, et cum Juda traditore dimersus, et habeat partem cum diabolo et amicis eius: et insuper pariat auri libras mille. Ego domna Urraka regnans in tota ispania hanc cartam, quam vobis supradicto domno Johanni et fratribus sancti Emiliani facio, quod non serviant ille ville de sancto Emiliano ad palatium regale de Naggera, Urraka regina confirmans. Raimundus filius Sancionis regis confirmans. Petrus Assurez comes Carrionensium confirmans. Gomiz Gonsalbez comes castellanorum confir. Petrus Gonsalbez comes de Metina confir. Rudericus Munnioz comes de Asturias confir. Sancius comes Pampilonensis confir. Didacus Lopiz senior in Nagera confir. Senior Enneco Semenones dominator Kalagurra confir. Garsea Lopiz in Maranione confir. Sancius episcopus Naggarensis confir. Garsea episcopus Burgensis confir. Prior Sancte Marie domnus Effredus confir. Totum concilium de Nagera et christiani, et mauri, et iudei testes. Munio Gutierrez testis. Fernando Garciez testis. Petrus Dominicus testis. Senio Garcea Gartiez de Alesanco merino in Nagera confir. Fernandus Petriz notarius de illa regina, quod scripsit, confir. Regina exivi cum suo exercitu per a Zesaragustam medio agusto. Omnes congregati in Nagera, roboraverunt istam cartam, era millesima centesima quadragesima octava.

Num.º 368.

Era 1140: año 1111. á 2 de sepbre. Archivo de Oña.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Adefonsus totius hispanie rex una cum coniuge mea Urraca regina vobis abbati Joanni Sancti Salvatoris Onie et monachis ibidem in presenti et in futuro deservientibus, in Domino Deo eternam salutem, amen. Cum huiusmodi honor et imperium quamvis diu diutinoque tempore manere videatur, tamen quan-

tum ad futurum Dei donum et gloriam transitura revera iudicantur. Quapropter ego Adefonsus totius hispanie rex vna cum coniuge mea Vrracha regina et ad illum verum honorem et imperium pervenire valeamus, facimus cartam et testamentum pro animabus parentum nostrorum, et pro animabus nostris Sancto Salvatori de Onia et vobis abbati domno Joanni et monachis ibi sanctam vitam ducentibus, de villa que nominatur Artable cum totis suis directis sicut regali iuri pertinet, id est, cum solaribus tam illis in quibus homines habitant quam illa solaria in quibus homines non habitant, et cum suis hereditatibus, cum molendinis cum pratis cum pascuis cum montibus cum aquis, cum introitibus et exitibus atque ecclesia et cum quanto prode ad illam villam pertinet, et illa hereditas predicte ville Artable determinatur: quomodo in illis duobus pratibus incipit de Villanova vnum, quorum est super carreram, aliud vero est subtus carreram, sicut vadit contra ipsam villam Artable. Et etiam donamus vobis supradictis vineam illam, que vocatur de Valle juncaria, et illam iam sepe factam villam Artablem cum ecclesia et vinea iam dicta donamus, et concedimus vobis, sicut nos in presenti possidemus, et antecesor noster Adefonsus bone memorie rex cum suo regali iure et foro possedit. Ob istiusmodi causam supradictam accepimus de munere Sancti Salvatoris vas aureum valente duo millia solidos Jacenses, et vnam copam pesante quatuordecim marchos, et vnum mesorium triginta marchos pesante in labore Salamonico, et septem coqlearia vnumquodque eorum pesante marcho. Istud vero dicendum est, quoniam sic donamus et facimus vobis testamentum de ista villa, ut nullus saio intret in ea in mala voluntate, ut aliquid contrarietatis ibi dicat vel faciat, et non detis inde homicidium neque ahnutubam, neque fossatariam, sed sic legaliter damus vobis illam villam per hoc testamentum, sicut abii nostri dederunt Sancto Salvatori ceterisque virtutibus villas quas in antiquis testamentis vestris in presentiarum obtinetis. Et siquis homo hoc nostrum regale donum frangere ausus fuerit, quod fieri minime credimus, quisquis fuerit exolvat ad partem regalem centum libras auri, et sit excomunicatus, et cum Juda

Domini predicare penas inferni subtineat, et hoc nostrum regale donum semper maneat inconcussum. Facto testamento in Burgos sub era millesima centesima quadragesima nona, et quinto nonas septembris, regnante rege Adefonso in Yspania et in omnibus finibus Castelle. Ecclesiam Oscensis ecclesie episcopus confirmans. Lupus Sanciez vexillifer regis confir. Sancius Joannes confir. Lupus Sanciez confir. Fortunio Chesar confir. Guaiez Fernandez confir. Comes Rudericus confir. Comes Petrus confir. Gomez Eliaez confir. Comes Petrus confir. Comes Fernandus confir. Martinus Munnioz confir. Didacus Yeminiz confir. Sancio Burgensis episcopus confir. Abbas Caradine Petrus confir. Abbe Peslancie abbas confir. Joannes Sancti Emiliani abbas confir. Cidi testis. Belidi testis. Cita testis. Vida testis. Martinus ecclesie apostoli Jacobi Canonicus et eo tempore notarius, quod propria manu scripsit, confir.

Núm.º 869.

Cta ∫∫45: año ∫∫13: gob. ∫∫6.to: gal. 393.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Petrus Fortuniones compunctus amore, et pertimuisse incendio eterni supplicii; concedo et confirmo Deo et sancto Emiliano et sancto Felici et tibi Johannes abbati et omnibus senioribus ibi Deo secum servientibus sub regula sancti Benedicti meam partem quam habui in sancto Felici de Dabalo, pro remedio animarum meorum, et pro anima uxoris mee, videlicet domum terras vineas arbores pomiferas, pascuas, sicuti cohereles mei habent ad integritatem, ut serviat ipsis sanctis et vobis imperpetuo, ut intercessionibus ipsorum sanctorum Emiliani et Felicis, et vobis precum vestrorum evadere possimus tormenta infernorum, et pervenire mereamur cum sanctis ad regna celorum. Et siquis deinceps propinquorum, videlicet frater, aut filius, aut nepos, aut alienus extraneus (cas impresc. exim.ta). Facta carta in era millesima centesima quadragesima prima. Ego Petrus Fortuniones qui hanc cartam fieri iussi, manum meam signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Senior Fortun Fortuniones frater meus testis. Senior Sancio Fortuniones frater meus testis. Senior Didaco Lopez dominante Castri Buradoni, Alabe et Vizchaie testis. Senior Munnio Albarez de Sozana testis. Senior Orimino Gonsalbez de Revenga testis.

Senior Eximino Beilaz de Galharreta testis.

Num.º 370.

Era 1152: año 1114: ggt. 136: gal. 1826.º

Nomine sub patris, nati, et spiritus almi. Ego Senior Didaco Lopez de Lis-
zarzu non coactus potestate ullius hominis nec imperio, sed compunctus
divini amoris, et amore celestis patrie, et ob remissionem scelerum meorum
offero Deo et sancto Emiliano et sancto Felici et tibi Johanni abbati et
omnibus senioribus tecum sub regula Sancti Benedicti Deo servientibus
unum monasterium Sancte Cecilie et Sancti Clementis, nomine Obal-
dia, situm in territorio de Aiala, cum omnibus suis hereditatibus
cum terris et arboribus pomiferis cum fontibus, cum ribis et molendinis,
et montibus et pratis, et pastum comune cum Salvatone, et Aquin-
naga et cum omnibus suis hereditatibus ad se pertinentibus, et ut per in-
terventu istorum Sanctorum Emiliani et Felicis et votis precum ves-
trorum evadere merear penas infernorum, et consequi valeam regna
celorum. Sic etiam ut in vita mea habeam et possideam, et post obitum
meum habeat Sanctus Emilianus, sicuti supra diximus, et mater
mea sit ibi dum vixerit in hoc seculo. Siquis autem deinceps paren-
tum meorum scilicet frater aut filius aut nepos aut propinquus aut
aliquis extraneus hanc meam offertionem in aliquo disrumpere
aut retemtare voluerit sit a Deo maledictus et anatematizatus, et
a cetu Christianorum segregatus, et cum Juda traditore in inferno
sociatus solvat penas impiis deputatas, amen: insuper et in cau-
tum solvat duas libras auri et ipsum monasterium duplatum
in tali loco. Facta carta in era millesima centesima quinquagesi-
ma secunda. Ego autem Senior Didaco Lopez qui hanc cartam
fieri iussi manu mea signum feci, et testes ad roborandum tradidi.
Senior Sancio Ennecoz de Menegarai testis et fidiator. Senior Beila
Albarez de Menedo testis et fidiator. Albaro Monnioz de Munica-
Harriaga testis et fidiator. Beila Monnioz de Huliarte testis et
fidiator. Munio Albarez de Aquinnaga Harriaga testis et fidiator.
Didaco Albarez de Aquinnaga fidiator. Fortun Albarez suo germa-
no fidiator. Beila Vermudez de Salvaton fidiator. Sancio Garceiz

de Obaltia fidiator. Munnio Lopez de Llanteno fidiator. Sancio Albarez de Salvanton fidiator. Lope Garceiz de Aguimaga fidiator. Tellu Munnioz de Salvanton fidiator. Albaro Lopez de Ulenoio fidiator. Sancio Lopez suo germano fidiator. Isti fidiatores sic sunt de manifesto, ut ipsam domum de Obaltia cum omni sua hereditate dedi eam sancto Emiliano, et quod sit auctor inde senior Didaco Lopez.

Num.° 373.

Era ¶¶52. anno ¶¶¶4. á 15 de febro: opt. ¶17. gal. ¶25. 1to.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Uraca gratia Dei regina Adefonsi imperatoris filia, facio cartam tibi Gonzalbo Didaz et coniux tua Costanza Nunnez, placuit michi bono animo et spontanea mea voluntate, propter quia fecistis michi bona servitia, et adhuc habeo spem, quod facietis deinceps, dono vobis in villa qui dicitur Balluexkenes de iure, la medietate de ipsa villa illa, parte quantum tenuit Gutier Fernandez, ab omni integritate: dono vobis cum totos suos terminos, et suos directos cum domos solares, terras vineas cum toto suo aliez, quod ad illa pertinet media parte, dono vobis sicut melius exe poterius. Et est ipsa Villa in alfoce de Santecurbo. Et de die hoc in denante ipsa hereditate de iure meo abeasa, et in vestro dominio sit tradita atque concessa, ut faciatis de ea tota vestra voluntate, cui vos volueritis dare perhenni evo. Et si aliquid homo contra hoc meum factum venerit ex parte Dei omnipotentis sit confusus et maledictus et excomunicatus et extraneus sit ab omni cetu christianorum per infinita secula cuncta, amen. Facta in Semna-fidele notum die quinto decimo Kalendas martias, in era millesima centesima quinquagesima secunda. Et ego Uraca regina dominante ispania, et hanc cartam quam tibi Gonzalbo Didaz, et uxori tue facio, manu mea confirmo et signo Uraca Signum ✠ feci et roboravi. Infans Sancia Sororis regine confirmans. Petrus Gonzalbez comes confirmans. Petrus Alluez comes confir. Bertrandus comes confir. Albar Fannez de Zoita confir. Gutier Fernandez maiordomus regine confir. Fernan Garciez, Pellica confir. Martin Periz de Uerdesellas confir. Didaco Munnioz de

Avia confix. Gonzalbo Gomez filius comitis confix. De Ycola regine Semen Lopez confix. Didaco Rodriz de Bachilliello confix. Garcia Didaz pozestas confix. Gonzalo Didaz de Bouego confix. Semeno Gonzalbez confix. Cize Bellitc confix. Maximus orotaxius regine, quod scripsit, signavit ✠.

Addicion

Ce ego Gonzalbo Didaz Domino Deo michi consiliante in ora mortis mee sopondi et promisi atque condonavi simili tenore donatione, confirmationeque, sicut fecit michi domna Vazaca regina, tanto modo dono et confirmo de illa parte, quod ad me convenit, medietas ofero ad atrium Sancti Emiliani cum suis pertinentiis sicuti ego habui, ut seviat ibi per infinita secula, amen. Siquis vero homo rex, aut comes, propinquis, vel extraneis, filiis, aut neptis hanc meam offertionem in aliquo dirumpere aut inquietare voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Iuda traditore habeat portionem in inferno, amen: et in cauto paria duas libras auri, et ipsam partem, quam ego offero, duplatam reddat Sancto Emiliano. Ego Gonzalbo Didaz, qui hanc cartam fieri iussi, manum meam signum feci. ✠. et testes ad roborandum tradidi, regnante regina domna Vazaca in Burgis et in Castella. Didaco Lopez dominante Burgadon et Alaba et Bizkahia testis* Senior Grimino Gundisalbez de Cebendeka testis. Senior Ximmio Albarez de Bozana testis. Senior Semen Beilaz de Galharreta testis. Domna Astrancza uxor mea testis. Domna Tota Nunnez mea* germana testis. Domna Sancia Nunnez testis. Era millesima centesima quinquagesima sexta.

*El gotico al margen las testigos q siguen.

*hace confirmans.

*hace: sua

quarta sextia *

Num.° 372.

Era 1153: año 1115: got. 188: gal. 43.

In Dei nomine. Ego igitur domno Orbita de Arroya trado corpus meum et anima mea ad atrium Sancti Emiliani et tibi Johanne abbati et omni congregatione tibi subiecta dono et confirmo meam propriam hereditatem quam habeo in Arroya, ut seviat in Sancto Emiliano ad omni integritate usque in finem seculi. Regnante rege Alfonso in Naiara et in Pampilona et in Aragone. Siquis hanc meam donationem dirumpere voluerit, fiat a Deo maledictus et cum Iuda, traditore habeat portionem in inferno, amen, et in cauto, pretiolum duas libras auri, et duplum ad regula. Era millesima centesima quinquagesima sextia.

---

* Su fecha era MC XXXVIIII. Sin fundamento alguno.

Num.º 373.

Era 1154: año 1116, en agosto: gpt. ..... gal. 233. b.º

Sub nomine Sancte Trinitatis patris et filii et Spiritus Sancti, amen. Ego enim Alfonsus gratia Dei imperator facio hanc cartam donationis Domino Deo, et Sancte Marie de Vallevenara non coactus nec ulla necessitate compulsus, sed placuit michi libenti animo obtimo corde bona mente et spontanea voluntate, et propter remedium anime mee sive omnium parentum meorum dono Domino Deo Jhu Christi et ecclesie beatissime virginis Marie de Valledevenera et abbati domno Enneco eiusdem ecclesie, sive omnibus ibidem Deo servientibus tam presentibus quam futuris quondam monasterium Sancti Martini, quod est situm inter Villa Dulquit et Matriz, et dicitur monasterium Sancti Martini de Soto cum omnibus suis terminis, et cum tota sua hereditate, et cum omnibus suis directuris, quod ipsi monasterio pertinent, vel pertinere debent in montibus de Madriz in pascuis et in omnibus locis eremis vel populatis, et quod habeat totos suos fueros directos et complitos quales unquam meliores habui quando ante fuit populato, et erat sub iure regali; dono etiam et concedo vobis ipso termino Sancti Martini una mea propria serna cum suo soto, et cum suas noqueras, et cum totos suos fueros proibitionis in Soto, quod ad me regalem personam ibi pertinent, vel pertinere debent. Hoc vero donativum superius nominatum laudo et confirmo, ut sit ad servitium Dei et Sanctissime Marie de Valledevenera, et omnibus ibidem servientibus tam presentibus quam futuris per cuncta secula seculorum, amen. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta donationis era millesima centesima quinquagesima quarta, in mense augusto in ipso castello novo ante Tarum, quando Didacus Lopiz erat in guerra cum rege iam dicto Adefonso. Ego enim Adefonsus predictus imperator, qui hanc cartam fieri mandavi, propriis manibus corroboravi, necnon etiam ad confirmandum subscriptis testibus tradidi. Episcopus Stephanus de Osca confirmans. Episcopus Raimundus de Barbastro confir. Episcopus Guillelmus de Irunia confir. Episcopus Sancius de Naiera confir. Petrus Palentinus episcopus confir. Senior Azenar Azenarez de Funes confir. Senior Lope Lopiz de Calaforra confir. Sennor Franco Garceiz de Naiera confir. Sennor Enneco Fragones de Cereso confir. Petro Monniz de Marannon confir. Sennor Frago Galindez de Manzana-

xes confir. Semnus Orimino Fxagones de Funicastro confix. Semnus Sancio Azenariz de Stanco confix. Galindo Garceiz maiordomus xegis confix. Lope Johannes armiger xegis confix. Froimundus cancellarius confix. Azenar Sanchiz Stabulanius confix. Ego vero Sancius iussu domini mei xegis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum ✠ feci.

Num.º 374.

Era ¶¶56: año ¶¶18: ept. ..... gal. 238 b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Aldefonsus Dei gratia rex Stxagonensis ob remissionem peccatorum meorum et pro animabus parentum meorum dono et confirmo Deo et beato Emiliano Christi confessori, et tibi Petro spirituali abbati, fratribusque tecum in monasterio Sancti Emiliani Deo servientibus ecclesiam Sancti Adriani* que est in valle-Jaer in termino de Soria. cum omnibus que tam pro vivis quam pro defunctis ad honorem Sancti Emiliani in supra dicta ecclesia adquisite potuerint, ut serviat Sancto Emiliano iure hereditario in perpetuum. Siquis autem ex meis successoribus vero aut comes aut princeps hanc meam donationem tempore vel violare tentaverit; sit a Deo omnipotenti maledictus, et cum Juda traditore habeat portionem, amen. Ego rex Alfonsus, qui hanc cartam fieri iussi, testes ad roborandum tradidi, et hoc ✠ feci. Michael Tirasonensis episcopus confirmans. Sancius Calagurritanus episcopus confix. Sancius Pampilonensis episcopus confix. Senior Ennecco Lopez dominans Soxie confirmans. Senior Fortun Lopez confix. Fortun Carrax confix. Carrax maiordomus regis confix. Regnante rege Alfonso in Stxagona et in Nagera, sub eius imperio dominante Soxia Senior Ennecco Lopez. Facta carta era millesima centesima quinquagesima tertia.

era escrit.ª es la ultima del precisso beatus gallicano: y tasta este fol. Sonya de Mijo 53.

* Stxiani; pro Andree

Num.º 375.

Era ¶¶59: año ¶¶21: epd. 25: gal. 98 b.º

In Dei nomine. Ego Teles Garciez mea spontanea voluntate trado corpus meum et animam meam ad atrium Sancti Michaelis archangeli, et tibi, patri spirituali Domno Martino presbitero, trado itaque mecum vnam vineam in valle de Albin in costa de parte

de la mesa, et vnam terram bonam in valle Savarigo cum duabus furciis, ut terra et vinea serviant in Sancto Mikaele absque vlla conditione meorum parentum, per omnia secula, amen. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Regnante rege Aldefonso Aragonensi in Castro et in Burgis et in tota Navarra et in Aragone, Era millesima centesima quinquagesima nona. Roman Johannes testis. Don Gassion testis. Petro Munnioz testis. Gonzalo Albarez testis. Didago Gonzalez testis. Ferrando Gonzalez testis. Petrus Dominici testis.

Num.º 376.

Era 1159: año 1121: got. . . . gal. 50.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Petrus abbas Sancti Emiliani vna cum sociis meis facio cartam de foro vobis venientibus populatoribus apud Sanctum Martinum de Barbarana, et qui voluerit ibi populare, habeat forum tale: ut vnusquisque donet singulos panes et singulos carabitos de vino, et singulos panales de ordio in cebada, et inter omnes donent vnum carnerum, et laborent in anno tres dies ad monasterium. Et non habeant mannaria neque fosateram, neque alium forum malum. Et qui voluerit vendere suam hereditatem, vendat eam, cui voluerit; tamen ille qui comparaverit ut serviat Sancto Martino, et sit in servitio Sancti Emiliani, et Sancti Martini. Et non habeant Saionem, qui pignoret eos pro qualibet ocasione, nisi suo domino cum suo merino. Et pascat suo ganato cum ganato de monasterio Sancti Martini in bedados in exididios et in omnibus terminis; et exeant et intrent cum ganato Sancti Martini. Et qui fecerit dampnum in mesibus, tantum pariet ganatum de populatoribus, quantum ganato de monasterio Sancti Martini, qui fecerit dampnum. Et qui fecerit homicidium, pariet ad dominum Sancti Martini centum solidos. Era millesima centesima quinquagesima nona, regnante rege Adefonso in Aragona, et in Pampilona, et in Nagera, et sub eo Petro Tizon tenente Marannon et Stella Civitate, et Sancio episcopo existente in Pampilona: et Orti Ortiz dominante in Helubar: Domnus Blasius

prior Sancti Martini testis. Dompnus Petrus prior in Sancti Emiliani testis. Dompnus Gundisalbus Sacrista testis. Dompnus Falcon celerarius testis. Dompnus Martinus presentius testis. Dompnus Vincentius refectorarius testis. Omnis conventu Sancti Emiliani sunt auditores et testes. Et ego Petrus abba, qui hoc fieri iussi, sum teste. Siquis vero nostrorum subsequentium hoc factum voluerit extirpare, sit a Deo confusus et maledictus atque cum Juda traditore in inferno inferiori sit particeps, et perdictus in secula seculorum amen.

Num.º 377.

Era 1160: año 1122: got... gal. 205. b.º

Cajon V. 12: rollo 3.º n.º 1.º

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta, quam facio ego Mikael, Dei gratia Tirasonensis episcopus, auctoritate et assensu Petri abbatis monasterii Sancti Emiliani et omnium monachorum ibidem Deo regulariter servientium, quorum donatione et concessione teneo Sanctam Mariam de Thera in prestimonio, vobis totis populatoribus de Thera: do vobis vnum molendinum, quem habeatis inter totos: dono et vnicuique domui suum ortum: concedo quoque vobis, quod in illa nostra defesa caballi vestri pascant cum ganato nostro ab introitu mensis martii vsque ad festum Sancti Mikaelis: postea pastus defese sit comunis nobis et vobis; sed nunquam sit vobis licitum incidere lignum aliquod in defesa sine mandato nostro. Dono etiam vobis singulas terras frankas et ingenuas, cum exitu et introitu in villa. Hoc autem totum, quod vobis dono, habeatis vos et filii vestri, et omnis generatio vestra in perpetuum. Siquis autem habitatorum ville voluerit vendere hereditatem suam, et discedere a villa et ire alibi, vendat eam vel parentibus suis vel vicinis ville, et non aliis extra villam habitantibus. Vos autem et quicumque habitaverint in aldea ista, detis omnes vestras decimas ab integro fideliter Sancte Marie. Et in vnoquoque anno veniatis cum totis vestris bovibus ad laborem agrorum Sancte Marie tribus vicibus per forum, vna scilicet in rumpere, alia in binare, alia in seminare. Dominus autem Sancte Marie donet vobis sic laborantibus panem et carnem tantum sufficienter. De calumpnis vero; si homines de

Soria pectaverint calumpnias ad partem regis, vos pectare ad palatii Sancte Marie. Siquis vero hoc nostrum factum in aliquo disrumpere voluerit, sit in profundo inferni submersus, amen. Facta carta in era millesima centesima sexagesima, regnante rege Aldefonso in Aragona et in Pampilona in Sobarbe et in Ribacorzha et in Castella. Senior Enneco Lopez dominans Sorie testis. Senior Enneco Simeonis dominans Secobie et Septempublice et toti Stremature testis. Fortunius Garciez Cassar dominans Naiare testis. Signum domini Michaelis episcopi ✠. Signum domini Sancii ✠ archidiaconi et populatoris istius loci. Ennecus scriptor monachus Sancti Johannis de Penna, et capellanus episcopi testis. Dompnus Ennecus de Janguas testis. Dompnus Johannes de Villa Uslhada testis. Sancius Enneconis maiordomus episcopi testis. Dompnus Calbetus de Petrafita testis. Paschasius Sancii de Fenoiosa testis.

Num.º 378.

Era 1160: año 1122: got. 120: gal. 28. b.

In Dei nomine. Ego Sancius, gratia, Dei, Kalagurritanus episcopus, meorum antecessorum exempla sequens, ipsorumque donationes seu recta privilegia vel eorum confirmationes laudans, simulque et confirmans, pro adquisitione sume beatitudinis concedo domino meo beatissimo Emiliano in presentia domni Petri abbatis tertiam partem omnium decimarum ville, que dicitur Camprovin, ut perhenniter obtineat eam, et a nemine nostrorum amplius requiratur. Et ut nostre donationis decretum fixum ataque inmovile perseveret, hoc agimus consilio et comuni assensu nostrorum archidiaconorum aliorumque clericorum rata auctoritate, quorum nomina hec sunt. Garsea Andreas Alabensis archidiaconus. Petrus Calagurritanus archidiaconus. Raimundus Nazarensis archidiaconus. Facta carta apud Sanctum Emilianum era millesima centesima sexagesima, regnante Ildefonso rege in Aragone, simul et in Pampilona, et in Castella, in Cesaraugusta, in Tutela. Seniore Fortunio Garsia dominante in Nazara.

Num.º 379.

Era 1164: año 1126: got. 22: gal. 94.

Sub Christi nomine. Ego Didacus filius Dominici Johannis de Refoio mea propria voluntate trado corpus meum cum tota mea hereditate, que est de meo patrimonio in Refoio; scilicet duas vineas in valle de assur, et duas vineas in vinea flosa, et terras ubicumque sunt, ad atrium Sancti Mikaelis, et tibi dompno Martino preposito, ut serviant ibi per secula amen. Siquis autem ex meis propinquis aut extraneis hanc meam donationem disrumpere voluerit aut violare, sit a Deo maledictus, et cum Juda traditore et diabolo in inferno sit dampnatus, et ad partem regis exolvat duas marchas auri, et duplet hereditatem. Facta carta era millesima centesima sexagesima quarta, regnante rege Aladefonso Aragonensi in Aragone, et in Pampilona, et in Naiara, in Burgis, et in Castro. Martinus testis. Johannes testis. Sancius testis. Gomiz testis. Garsia testis. Munnio testis

---

Num.º 380.

Era 1165: año 1127: got. 120. b.º gal. 203. b.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Dominico Sabastian de Septempublica spontanea voluntate, et nulla coactus necessitate, simulque scelerum meorum veniam consequi volens, trado ad atrium beatissimorum Felicis et Emiliani corpus meum cum omni hereditate quicquid possideo, scilicet, cum domibus istius ville, et cum tota mea aldea; ita ut quando placuerit senioribus Sancti Emiliani, fiam illorum monachus, et promissionem facio monacho, et si mea voluntas non fuerit, ut fiam monachus usque dum sim senex, et fuerit mea voluntas revertendi ad villam causa morandi; ita ut veniam cum licentia illorum, quasi ipsi darent michi suam obedientiam; habeam et teneam illam in vita mea; et post mortem meam ut serviat libera Sancto Emiliano absque nulla occasione meorum parentum. Era millesima centesima sexagesima quinta. Et de ista causa sunt testes et auditores. Johannes abba Sancti Salvatoris testis. Abbas Johanes de Torre testis. Blasco Munnico testis. Johannes Lacenti testis. Johannes Falcon testis. Domnus Fortunius, et domnus Stephanus Clerici Sancti Jacobi testes. Toto Concilio Sancti Salvatoris auditores.

Num.º 381.

Era 1165: año 1127: got. 125: gal. 180. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Garsea Lopez et mea coniuge domna Teresa offerimus Deo et Sancto Emiliano pro remissione omnium peccatorum nostrorum illo monasterio, que dicitur Sancta Cruce de Frexeneto cum omnia pertinentia ad integritate, sicuti ego habui sana et libera ab omni foro malo, terris vineis, cum exitu et regressu cum pascuis et montibus et ribulis, et absque homicidio, et sine fornitio et absque imperio regali de qualicumque more, et sub iuro Sancti Emiliani, ut serviat ad Sancta Maria de Antuzanos pro nostris animabus et pro animabus parentum nostrorum, ut serviat Deo et Sancta Maria supradicta usque in finem seculi, ut per eius precibus et omnium Sanctorum pervenire mereamur ad regna celorum. Siquis (las imprec.s ordin.s &c.a). Et ego Garsea Lopez simulcum coniuge mea Teresa, qui hanc cartam fieri iussimus, et testes ad robrandum tradimus et confirmamus. Mea mater domna Elvira testis. Et Senior Enneco Lopez de Fides testis. Et Petro Andres testis. Et Gonzalbo Fernandez testis. Et domno Sancio de Lordone testis. Petro Martinez de Torres hic testis. Facta carta in era millesima centesima sexagesima quinta, regnante rege Aldefonso in Aragona, et Nagera. Senior Enneco Lopez dominante Lhodio et castella vetula.

Num.º 382.

Era 1166: año 1128: got. 125. b.º gal. 192. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Fernan Nunnez de Revendeca concedo et offero Deo et Sancto Emiliano pro remedio scelerum meorum in Sagibahia una serna prope villa. Et in Paduluenga una terra cum sua divisa. Et in Sancta Eufimia duas vineas et uno solare tras casa de Beila Amatez cum suas divisas; ut serviant in Sancto Emiliano usque in seculum seculi. Tota Nunnez mea germana, et Maria Nunnez et Sancia Nunnez sunt testes. Domna Elvira Antolinez testis. Blasco Tellez testis. Fuencea testis, et suos germanos testes. Nunno Beilaz de Sagga testis. Sancio Monnioz testis. Munnio Albarez testis. Didaco Albarez de Revendeca et Dominico Blaskez sunt testes. Siquis hanc meam donationem disrumpere voluerit, fiat a Domino Deo

maledictus et confusus, et cum Juda traditore sit dimersus in inferno, amen. Aldefonsus rex in Naiera et in Pampilona et in Aragona. Era millesima centesima sexagesima sexta.

Num.º 383.

Era 1166: año 1128: got. 117. b.º gal. 193. b.º

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur senior Sancio Fortuniones de Villa Escuerna concedo et offero Deo et Sancto Emiliano meam partem, quam habui in Sancto Felici de Dabalos pro remedio scelerum meorum, sicuti ego habui ad integritatem, scilicet, domum, terras, vineas, arbores pomiferas, pascuas, exitus et introitus, sicuti habent coheredes mei, ut serviat Sancto Emiliano iure perpetuo pro anima mea. Et in villa Cenisero dono vnas casas cum tota sua hereditate et pertinentia et pascuis exitus et introitus, sicuti ego habui ad integritate, ut sint Sancto Emiliano iure perpetuo. Et siquis deinceps propinquorum meorum, scilicet, frater aut filius aut nepos, aut aliquis extraneus vel consanguineus hanc meam donationem in aliquo disrumpere aut retemptare voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, careatque vtrisque lucernis anime et corporis, et segregatus sit a cetu omnium Christianorum et a sancta comunione; sit dimersus in inferno inferiori et societur Jude traditori, et in cauto duas libras auri et ipsam partem quam ego offero, duplatam reddat Sancto Emiliano. Facta carta in era millesima centesima sexagesima sexta. Ego senior Sancio Fortuniones, qui hanc cartam fieri iussi, manum meam signum feci ✠ et testes ad roborandum tradidi. Senior Fortun Fortuniones frater meus testis. Lope Lopez meo sobrino testis. Gonzalbo Beilaz suo sobrino de Artesona testis. Sancio Fortuniones testis. Eximino Fortuniones frater eius testis. Domno Gomesano abbate de Sancto Felice testis. Omne concilium de Dabalos auditores et testes. Et si aliquos omnes ista hereditate abstraxerint de Cenisero per iudicio paken meos filios et mea vxor ad Sancti Emiliani in tali loco tanto in alio.

Num.º 384.

Era 1166: año 1128: ggt. 125. b.º gal. 226. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Albaro Obekoz, et mea coniuge domna Marina offerimus Deo et Sancto Emiliano pro remissione omnium peccatorum nostrorum nostras Kasas in Olmedo cum suo orto ad latus de sancti Stephani, et nostros malleclos: et nostra aldea dellos Armazislos akende ribo cum omnia pertinentia ad integritate, sicuti nos habuimus, ut serviat Deo et Sancto Emiliano pro animabus nostris, ut per eius precibus et omnium Sanctorum pervenire mereamur ad regna celorum. Siquis autem nostrorum propinquorum vel aliquorum hominum hanc nostram donationem disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus et cum Juda traditore in infernum sit dimersus: insuper a parte regis pariet centum almoravitinos, et ad cenobio Sancti Emiliani illas Kasas cum illo, que supra diximus, duplatas et melioratas in tale simili loco. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Burgis et in tota Castella: sua germana domna Sancia in Olmedo. Era millesima centesima sexagesima sexta.

Num.º 385.

Aqui la del n.º 729. del apendice.

Era 1167: año 1129: ggt. 120. b.º gal. 203. b.º

In nomine Domini sancte et individue Trinitatis. Ego domna Maria matre de Dominico Sabastiano mitto me pro Dei amorem in Sancto Emiliano cum toto meo avere et mea hereditate tota usque in perpetuum. Et si aliquis de meis vel alienis voluerit abstraere ista hereditate vel ipso avere de Sancto Emiliano, ut pariat in cauto quingentos solidos, et duplet ipsa hereditate vel ipso avere. Testimonias de hoc factum isti sunt Johannes de Torre, Johannes Flacenti, Blasco Monnico; toto Concilio de Septempublica teste. Dominante Septempublica Ordon Petrez, iudice Sancion, saion Mikael Gallego. Regnante rege Adefonso, era millesima centesima sexagesima septima.

En el año de 1131. D.n Alonso VII. conquisto el castillo de Castroxeriz, q.e tenian los aragones bien pertrechado: habiendo conquistado antes à Burgos en el de 1127. à 30. de Abril; y con estas conquistas, quedo dho D.n Alonso Señor hasta Belorado.

Num.º 386.

Era 1171: año 1133; á 10 de enero, dia martes: got. 136. b.º gal. 230.

Sub Christi nomine. Ego Adefonsus Dei gatia totius ispanie imperator facio cartam donationis tibi Albaro presbitero de quadam villam, que vocatur Gavinea, et est ipsa villa in territorio de Ordunia, cum omnia sua pertinentia hereditates et ecclesia, terras, et pomiferos montes et fontes, pratis et pascuis, rivis et molinis, exitis et introitis, cum totos suos terminos ab omni integritate. Sic dono tibi Albaro presbitero iam supra dictam villam, ut habeas eam et possideas, et facias de illa, que tua fuerit voluntas in perpetuum tu, et omnis posteritas tua. Si vero aliquis homo hoc meum factum disrumpere temptaverit, pectet tibi, vel voci tue ipsam hereditatem duplatam, et mille solidos de medietatem ad partem regis. Et hec carta semper sit firma. Facta carta donationis in ecclesia Sancti Salvatoris de Onia era millesima centesima septuagesima tertia, die noto tertia feria, quarto idus ianuarii. Ego Aldefonsus imperator, quod fieri iussi, confirmavi. Comes Petrus de Saldania confirmans. Comes Rodericus confirmans. Comes Rodericus Martinez confirmans. Comes Bertlan confirm. Lope Sancio confir. Martin Martinez confir. Lope Sancioz confir. Lop Garciez confir. Petro Martinez confir. Christovalus abbas confir. Cidi, et Bellidi testes. Anaia testis. Pelagius testis, presente domno G. F. imperatoris notario.

Num.º 387.

Era 1172: año 1134, á 12 de mayo: galicano 20.
Cajon E. 15. titulo S. Martin de Villanueva de Judios, Pancorvo, cuebagallegos, y S. Mames. leg. 1.º n.º 5.º

In nomine Domini. Ego Adefonsus Dei gratia imperator ispaniarum vna cum vxore mea regina dompna Berengaria dono et confirmo atque roboro Deo et monasterio Sancti Emiliani et tibi Petro abbati sub cuius regimine et gubernatione regula beati Benedicti ibidem videtur custodiri, et monachis omnibus ibidem Deo regulariter servientibus presentibus et futuris, meos palatios in Matrice cum omni hereditate sua. Et villulam hermam Valles cum suo termino,

et sua hereditate et sua pertinentia. Dono et in Fontelactis duas ecclesiolas cum suis cimiteris, en in duobus locis eiusdem ville duos solares heremos pernominatos solares de Quintana, et solares de Poblador, cum sua hereditate. Dono in Cardinas illos solares realengos cum sua hereditate. Dono in Ballarta illos solares realengos cum sua hereditate. Dono in Ballorchanos vnam ecclesiam sancti Martini cum suo proprio cimiterio, et cum omni hereditate sibi pertinente. Dono quoque in Villanova vnam ecclesiam sancti Martini cum suo Cimiterio, et cum omni hereditate sibi pertinenti, et illos solares realengos qui sunt in Villanova cum omni hereditate regali eiusdem ville. Dono et corroboro in Cova de gallegos totam illam partem, que est realenga, cum omni sua hereditate, et termino et pascuis et padulibus et aquis et introitibus et exitibus, et cum omnibus his, que ad villam de gallegos pertinere noscuntur. Similiter confirmo et corroboro monasterio sancti Emiliani illa tria monasteria que comparavit domina Sancia de Sancio rege in tria millia et quingentis solidis argenti, videlicet sanctam Mariam de Arce, et sanctum Mametem, et sanctum Martinum de Cova de gallegos cum propria villa sua, et tertiam partem ville sancti Emiliani de Ecora. Hec omnia confirmo supra dicto monasterio, cum omnibus suis pertinentiis et terminis, adiacentibus, defesis, montibus, et padulibus, cum terris, vineis, ortis et cum aquarum productilibus patefactis, et cum suis exitibus et introitibus. Dono et aliam ecclesiam in Ballorchanos de iuso cum suo cimiterio. Dono quoque vnam sernam in Sancto Mikaele de Petrojo, qui fuit vinea regis cum suo orto. Preterea omnes hereditates et villas et monasteria et possessiones sive donativa, que predecessores nostri ispaniarum reges Domino Deo et prefato monasterio sancti Emiliani, cuncta libera et ingenua atque francha esse iubemus. et spontanea voluntate et corde sincero monasterio predicto et fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris donamus et corroboramus, et presenti pagina, ut ea in perpetuum habeant, sancimus. Sane siquis in posterum ex nostra sive ex alterius progenie hanc cartam donationis nostre, et corro-

rationis temerario ausu infringere, violare vel disrumpere temptaverit; Stigiales penas in inferno inferiori cum Juda Domini traditore perpetualiter luat, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, in baratri claustro perehmiter socius fiat. Facta carta in era millesima centesima septuagesima (tertia secunda) quarto idus maii. Adefonso imperatore imperante in Toleto regia urbe et in Legione et in Castella, atque Naiara, in anno quo mortuus fuit rex Aragonensis. Ego Adefonsus Dei gratia imperator ispaniarum una cum uxore mea dompna Berengaria hanc cartam confirmo, et propria manu corroboro, feria tertia post Pentecosten, in quo sumpsi primam coronam regni. Bernardus Seguntinus episcopus confirmans. Sancius Naiarensis episcopus confirmans. Bertlanus Oxomensis episcopus confirmans. = Signum imperatoris Adefonsi = Amalaricus alferiz testis. Lupus Lupi maiordomus testis = Comes Rodericus Gonzalbez testis. Comes Petrus Lopez testis. Comes Gomez Nunnez testis. Lupus Didaci Bizcafinus testis. Sancius Didaci frater eius testis. Garsia Fortunionis testis = Gutier Petrez Laorcha testis. Didacus Munnioz testis. Garsia Garsiez testis. Gutier Fernandez testis. Rodericus Ferrandez testis. Rodericus Munnioz de Gozman testis. Melendus Bofini testis. Ordonius Petrez testis. Rodericus Gonsalvez de Olea testis = Ego Berengarius archidiaconus et imperatoris notarius hanc cartam iussu domini mei imperatoris scripsi.

Num.º 388.

Era 1172: año 1134, a 10. de noviembre: got. 127. b.º gal....

Cajon E. 4: titulo Fonzaleche, legajo 1.º n.º 1.º

In nomine Domini nostri Jhu Christi. Ego Adefonsus Dei gratia ispaniarum imperator una cum coniuge mea domina Beregaria, bono animo et spontanea voluntate pro remedio anime mee, et parentum meorum facio Deo et ecclesie Sancti Emiliani et vobis domino Petro eiusdem ecclesie abbati et omnibus vestris in eo loco successoribus et ceteris fratribus in eadem ecclesia Deo servientibus, cartam donationis et confirmationis de una villa, que dicitur Fuentecelleti; Hanc villam ego dono et ecclesias ibidem cum suis cimiteriis to-

tam ad integritatem cum tota hereditate ad supra dictam villam pertinente, scilicet cum casis et collaceis cum terris populatis, et non populatis, cum vineis cultis et incultis, cum arboribus fructosis, cum aquis et rivis et fontibus, cum pratis et defesis, et montibus et vallibus, cum exitibus et intratibus, preterea cum omnibus pertinentiis suis. Ita dono prefatam villam quatinus ecclesia beati Emiliani et eiusdem ecclesie abbates et ceteri fratres ibidem Deo servientibus eam liberam et quietam iure hereditario habeant et in perpetum ecclesiastice possideant. Et habitatores supradicte ville laborent et libere pascant omni tempore cum omnibus ganatis suis infra moliones scilicet usque ad pontem sancti Jacobi, et inde usque ad summum daguanar, et exinde ad ripacoba, et de ripacoba ad pennas de haro, et inde ad calzatam de valleolleros, et deinde ad portellum de Hochola, et deinde ad summum sancti Christofori, insuper etiam usque ad padulem de Junqueruela. Preterea omnes hereditates vel possessiones sive donativa, quod predecessores nostri ispaniarum reges donaverunt Domino Deo et prefato monasterio sancti Emiliani liberas et ingenuas et francas esse iubemus: et simili modo spontanea et sincero corde fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris donamus et concedimus et presenti pagina, ut in perpetuum habeant, sancimus. Siquis (las impreos ordins 2a). Dono etiam aliam ecclesiam in Vallorchanos de iuso cum suo cimiterio. Dono etiam aliam sernam in sancto Micaele de Petrojo, qui fuit vinea regis cum suo orto. Facta carta era millesima centesima septuagesima secunda, quarto idus novembris, imperante dompno Adefonso in Toleto regia urbe, Legione et Castella et Nagera, in anno quo mortuus fuit rex Aragonensis. Ego Adefonsus Dei gratia imperator ispaniarum una cum uxore mea dompna Berengaria hanc cartam confirmo et propria manu corroboro. Bernardus Segontinus episcopus confirms. Sancius Nagarensis episcopus confirmans. Bertrandus Oxomensis episcopus confirmans. Lope Diaz confir. Gutier Petrez Laorca confir.

Didaco Monioz confir. Garcia Garciez confir. Almaricus Alferiz confir. Lupus Lupi maiordomus confir. Comes Rodericus Gonzalbez confir. Comes Petrus Lopez confir. Comes Gomez Nunnez confir. Melendus Bofini confir. Hordonius Petrez confir. Rodricus Gonzalez de Olea confir. Gutier Fernandez confir. Rodricus Munnioz de Guzman confir. * Eustachius scripsit hanc cartam iusu imperatoris. Magister Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

Num.º 389.

Era 1173: año 1135, en enero: gpt..... gal. 241.

Caso O. 9. titulo Valle de S. Vicente leg. 1.º n.º 1.º

In Dei nomine. Ego Adefonsus Dei gratia hispaniarum imperator una cum coniuge mea regina domna Berengaria pro remedio anime mee et parentum meorum dono altaribus Sanctorum confessorum Felicis et Emiliani valle sancti Vincentii ecclesiam sancti Michaelis de valle Sancti Vincentii cum omnibus suis decaniis, videlicet, cum terris vineis, ortis cum fructiferis, molendinis, aquis, pascuis, introitibus et regressibus, ut regali potestati servire solebat, ita serviat Sancto Emiliano et Felici. Et aliam ecclesiam, que vocatur Sanctus Vincentius sicuti dedi Urrace retruse cum tali pacto, ut predictam ecclesiam sancti Michaelis concedo et confirmo. Et insuper etiam quandam villulam, que vocatur Spinosiella, cum rusticis et domibus cum montibus et pascuis cum introitibus et regressibus, cum molendinis et cum deffesis, et cum omnibus pertinentiis suis, absque ullo foro malo sine omicidio, et sine fornitio cum usualibus pactis sicut regi solebant, ita serviant Sancto Emiliano. Et etiam si volueritis populare, licentiam habeatis cum omni libertate. Et unam sernam Aderetuzzi sub Espinosiella et super tiron enna Solana. Hec omnia dono supradicte ecclesie Sanctorum confessorum Emiliani et Felicis iure hereditario in sempiternum. Siquis vero ex meis propinquis vel extraneis hanc donationem disrumpere ac retemtare voluerit, Dei et angelorum consortio segregatus, cum Juda traditore in inferno hereditetur, et a parte regis tria talenta auri persolvat, et retemtatum duplum ad monasterium red

dat. Facta carta in mense ianuario, era millesima centesima septuagesima tertia, imperante domno Adefonso rege in Toleto, Sarragoza, Legione, Nazara. Ego Adefonsus Dei gratia imperator hispaniarum hanc cartam confirmo et propria manu corroboro Signum ✠ imperatoris regis. Huius donationis sunt testes. Armengot Urgellensis comes testis. Petrus Lopez comes testis. Almaricus alferiz testis. Melendo Bolfino testis. Goter Ferrandez testis. Rodric Vermudez testis. Diec Munnoz testis. Ferrant Goterrez testis. Lop Diez testis. Garcia Furtuniones testis. Ego Berengarius archidiaconus et regis notarius istam cartam iussu domini mei regis feci.

Num.º 390.

Era 1173: año 1135; á 2 de junio: gal. 99.

In Dei nomine. Ego Aldefonsus Dei gratia imperator ispaniarum, una cum uxore mea imperatrice dompna Berengaria facio tibi abbati Sancti Emiliani Petro, simulque senioribus ibi Deo servientibus cartam donationis confirmationis de illa serna, que est ante Sanctum Mikaelem de Petrojo, que fuit vinea regis cum suo orto, ad integritatem; et de illa Kasa, que fuit de piscatoribus meis in Sancto Mikaele de Petroso, cum exitu et regressu et cum omnibus suis pertinentiis. Sernam itaque supra moninatam et ortum et domum do et concedo vobis servienda Sancto Mikaeli de Petrojo, ut habeatis et possideatis ea iure hereditario in perpetuum. Quicumque autem de mea proienie, aut de aliena cartam istam disrumpere voluerit, sit dampnatus in inferno inferiori cum Juda Christi traditore, et cum Datan et Abiron quos terra vivos absorbuit, penis deputatus amarissimis. Facta carta secundo die iunii octavo die pos Pentecostem, quando imperator sumpsit primam coronam regni, era millesima centesima septuagesima tertia, imperatore tenente Toletum, Galliciam, Legionem, Castellam et Zharagozam. Ego Aldefonsus imperator, qui hanc cartam fieri iussi, factam manu propria confirmavi et roboravi et signum ✠ feci, et testes adhibui. Berengarius archidiaconus et imperatoris cancellarius testis. Comes Rodericus Gomez testis. Comes Petrus Lopez testis. Amalricus alferiz testis. Gutier Ferrandez maiordomus testis. Lope Lopez de Carrion testis. Martinus Monnioz de Eschalona testis.

Num.º 391.

Era 1174: año 1136; a 1. de Septbre. Cajon V. 12. rollo 2.º n.º 1.º

Quoniam ea, que a regibus sunt data atque concessa, ne oblivioni sint tradita, litteris sunt annotata. Idcirco ego Adefonsus Dei gratia hispanie imperator vna cum coniuge mea, regina domna Berengaria facio cartam donationis vobis Petro Guncalvici de illa villa Magazos, istam villam do vobis cum toto suo directuro, videlicet cum terris cum terris vineis pratis pascuis aquis piscariis molendinis montibus fontibus exitibus et regressibus et per omnes suos terminos anticos per vbicumque eas invenire potueritis sicut ad regale ius pertinet vel pertinere debet. Sic dono atque concedo vobis Petro Guncalvici pro bono servicio quod michi fecistis, ut habeatis et possideatis eas vos et omnis vestra generationi, et quicquid de eis facere volueritis vsque in perpetuum faciatis. Si vero aliquis tam de mea gente quam de extranea hoc meum donum frangere temptaverit, quicumque fuerit, sit excomunicatus, et cum Juda traditore Domini in inferno dampnatus: et insuper exolvat ad partem regis centum libras auri, et quod invaserit, duplet; et hoc meum donum semper sit firmum evo perhenni et secula cuncta. Facta carta in Castro-Seriz era millesima centesima septuagesima quarta, et qst Kalendas Sebtembris. Ego Adefonsus Dei gratia hispanie imperator, quod fieri iussi, proprio robore confirmo *†.* Comes Rudericus Gomez confirmans. Comes Petrus Lopici confir. Comes Rudericus Martiniz confir. Comes Suarius confir. Comes Goncalbus Pelaiz confir. Comes Rudericus Velaz confir. Didacus Gomez confir= Ramirus Frolaci confir. Didacus Frolaci confir. Guterre Fernandiz confir. Petrus Guterrici confir. Guterre Orca confir. Rudericus Gucalviz confir= Lopo Lopici maiordomus regis confir. Petrus Garciaci alferece regis confir. Bernaldus regis cancellarius confir. Martinus Petriz capellanus regis confir. Martinus Pelaiz clericus regis confir.= Cidi testis. Velidi testis. Anaia testis. Pelagius Araias notarius regis per manum domni Bernaldi scripsit et confirmavit.

Era M.CLXXIIII.

---

* Signum † imperatoris.

Num.º 392.

Era 1175: año 1137. got. 130: gal. 183.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Petrus abbas Sancti Emiliani vna cum sociis meis facio Kambium vobiscum Senior Garcia Lopez de Araminnon: vos tatis nobis vestra parte de Sancti Jacobi de Langreriz cum omnia que pertinet ad illum monasterium de mea parte, et illa mea parte de Korquera de Losa et de Taiolas, et de Ordunia: et nos seniores de Sancti Emiliani damus vobis illa terra della Nave, que iacet inter ambas las sernas de senior Lope Sangez de Araminnon; et illa serna que est in Comunion illa, que fuit de senior Albar Gonzalbez de Ginea: et illa era, que est in Estaviello: et illa vinea, que est in ripa Johannis, que misit Don Garcia clerico in Sancti Emiliani. Ego Petrus abbas et omnes seniores Sancti Emiliani sunt auditores et testes. Aldefonsus imperatore dominante Castella et Galletia et tota ispania Facta Carta mense novembrio sub era millesima centesima trigesima quinta.

Num.º 393.

Era 1175: año 1137, á 2 de nobre: got. 132. b.º gal. 228.

In nomine Domini nostri Jeshu Christi. Ego Adefonsus Dei gratia ispaniarum imperator vna cum coniuge mea domna Berengaria bono animo et spontanea voluntate pro remedio anime mee et parentum meorum offero et concedo ad atrium Sanctissimi Emiliani presbiteri et tibi patri spirituali Petro abbati, omnibusque tecum vnanimiter ibi Deo servientibus, vnam villam quam vocitant Bilvertes cum suis pertinentiis cum exitu et regressu, cum arboribus frutuosis et infructuosis, cum aquis, rivis, fontibus, pascuis, motibus pratis, molendinis, ortis, divisis, et cum omni libertate eam liberam et quietam iure hereditario habeat Sanctus Emilianus vsque in perpetuum. Siquis (las imprec.s ordin.s &c.a). Facta carta in Sancto Emiliano in die consecrationis, quarto nonas novembris, era millesima centesima septuagesima quinta, Adefonso imperatore regnante in Toleto et in Legione, in Cesaragusta, et Naxera, in Castella, et Gallicia. Ego Adefonsus imperator hanc

cartam fieri iussi, et factam propria manu roboravi ✠. Sancius Naiarensis episcopus confirmans. Berengarius Salmanticensis episcopus confir. Bertranus Oxomensis episcopus confir. Eximinus Burgensis episcopus confir. Comes Rodericus Martini confir. Comes Rodericus Gomez confir. Comes Lupus Didaci confir. Comes Latron confir. Gutier Ferrandez maiordomus confir. Rodericus Ferrandez frater eius confir. Didacus Floclez alferiz confir. Egidius frater comitis Lupi confir. Michael Felicis merinus testis. Didaco Monnioz merinus testis. Eustachius Carnotensis scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

Num.º 394.

Era 1175: año 1137. a 2 de nobre: got. 126: gal. 18. b.º

Cajon J. 9: titulo Valle: legajo 1.º n.º 5.º

In nomine Domini nostri Ihu Christi. Ego Adefonsus Dei gratia hispaniarum imperator vna cum coniuge mea domna Berengaria bono animo et spontanea voluntate pro remedio anime mee et parentum meorum facio Deo et ecclesie sancti Emiliani, et vobis domno Petro eiusdem ecclesie abbati, et omnibus vestris in eo loco successoribus et ceteris fratribus in eadem ecclesia Deo servientibus cartam donationis et confirmationis de vna villa, que dicitur Madriz: Hanc villam dono ego totam in dotem in sacratione ecclesie sancti Emiliani cum tota hereditate ad supra dictam villam pertinente, scilicet cum casis et collaziis, cum terris populatis et non populatis, cum vineis cultis et incultis cum arboribus fructuosis et infructuosis, cum aquis, et rivis, et fontibus, cum pratis et montibus et vallibus, cum vacaricis et defesis, et molendinis, cum exitibus et intratibus, preterea cum omnibus pertinentijs suis. Ita dono prefatam villam quatinus ecclesia sancti Emiliani et eiusdem ecclesie abbates et ceteri fratres ibidem Deo servientes eam liberam et quietam iure hereditario habeant et in perpetuum ecclesiastice possideant. Siquis autem de mea gente vel de aliena hoc meum donum infringerit sit cum Juda Christi traditore damp-

natus, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit immisericorditer in inferno condempnatus: insuper imperatori terre mille morabitinos pectet, et ecclesie Sancti Emiliani hereditatem duplet. Facta carta in Sancto Emiliano die sacrationis, quarto nonas novembris, era millesima centesima septuagesima quinta, Adefonso imperatore regente in Toleto et Legione in Saragoza et Nagera in Castella et Gallizia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu roboravi tertio anno postquam primum in Legione coronam imperii suscepi. Signum ✠ imperatoris.

* Ego Sancius Calagurritanus atque Nagarensis episcopus, qui sacrationi ecclesie Sancti Emiliani cum novilissimo ispaniarum imperatore Adefonso interfui, adque consacravi, donationem regis laudavi et pontificali auctoritate cum communi assensu archidiaconorum meorum, videlicet, Petri Calagurrensis, Garsie Nagarensis, et magistri Petri Calavensis, Raimundi Berbericensis, atq. clericorum meorum Blasii calagurrensis, et Petri de Granione, Petri Nebot Albaidensis, et Sancii Graniosensis, Brocardi Albaidensis, Roderici Nagarensis, et Petri Marnes Capellani de Arcos, Petri Diaz, et Petri Belasclez, partes ecclesiarum prefate ville Matrice, scilicet tertias partes decimarum primiciarum atque omnia episcopalia iura eidem ville pertinentia, rogatu ipsius Adefonsi imperatoris, et dompni Berengarii Salmantini episcopi et comitum et omnium Baronum in sacratione presencium toto animo sinceraque voluntate perpetue in dote roboravi. Siquis ergo huic pontificali donationi resistere presumpserit, a Domino Deo sit maledictus, et cum Juda Domini proditore in inferno perpetuo dampnatus, et monasterio duplum componat, et regali fisco duo talenta auri reddat. Sancius Calagurrensis episcopus confirmans. Berengarius Salmatinus episcopus confir. Bernardus Oxomensis episcopus confir. Eximinus Burgensis episcopus confir.* Comes Rodericus [illegible] Gomiz confir. Comes [illegible] confir. Rudericus [illegible] confir. Gilo frater comitis [illegible] no contie- [illegible] erros, y en [illegible] la donac.n [illegible] nen.

*En el original en vez de Bernardus dice Bertranus.

** Marina fol. 72. en las Cortes q.e en Palencia tubo el Emperador Alonso 7.o expidio un privilegio en cuya data se expresa esta noticia: facta Carta Palentie XIII calendas martii era MCLXXXVI. quando prefatus imperator habuit ibi colloquium cum episcopis et Baronibus sui regni de vocatione domini Pape ad concilium. Esp. Sagr. tom. XXXVI. Apend. LXXX.

natus, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit immisericorditer in infernum condempnatus: insuper imperatorii terre mille morabitinos pecet, et ecclesie Sancti Emiliani hereditatem duplet. Facta carta in Sancto Emiliano die sacrationis, quarto nonas novembris, era millesima centesima septuagesima quinta, Adefonso imperatore regnante in Toleto et Legione in Saragoza et Nagera in Castella et Gallizia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu roboravi tertio anno postquam primum in Legione coronam imperii suscepi. Signum ✠ imperatoris.

* Ego Sancius Calaguritanus atque Nagarensis episcopus, qui sacrationi ecclesie Sancti Emiliani cum novissimo ispaniarum imperatore Adefonso interfui, atque consacravi, donationem regis laudavi et pontificali auctoritate cum communi assensu archidiaconorum meorum, videlicet, Petri Calaguritanensis, Garsie Nagarensis, et magistri Petri Calagurritanensis, Raimundi Berbeitanensis, aut clericorum meorum Blasii calaguritanensis, et Petri de Granione, Petri Nebot Albaidensis, et Sancii Granionensis, Brocardi Albaidensis, Rodexici Nagarensis, et Petri Martines Capellani de Arcos, Petri Diaz, et Petri Belasclez, partes ecclesiarum prefate ville Matrice, scilicet tertias partes decimarum primiciarum atque omnia episcopalia iura eidem ville pertinentia, rogatu ipsius Adefonsi imperatoris, et domni Berengarii Salmantini episcopi et comitum et omnium Baronum in sacratione presencium toto animo sincerague voluntate perpetue in dote roboravi. Siquis ergo huic pontificali donationi resistere presumpserit, a Domino Deo sit maledictus, et cum Juda Domini proditore in infernum perpetuo dampnatus, et monasterio duplum componat, et regali fisco duo talenta auri reddat. Sancius Calaguritanensis episcopus confirmavi. Berengarius Salmantinus episcopus confir. Bernardus Ordemensis episcopus confir. Primimus Burgensis episcopus confir. Comes Rodexicus Martinez confir. Comes Rodericus Garciz confir. Comes Lop Diez confir. Iuliez Fernandez maiordomus confir. Rudericus Fernandez frater eius confir. Didacus Froilez confir. Pelo frater comitis

*En el original en vez de Bernardus dice Bertranus.

{todo que se contiene de asterico á asterico no contiene la donacion extendida en ambos becerros, y en los presentes suprimieron las imprecs de la donacn del emperador, y q. lo otro becerros tienen.}

Lop Diez confir. Michael Felices merinus testis. Didaco Munioz merinus testis. Eustachius Carnotensis scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis tunc temporis Cancellari imperatoris.

Num.º 395.

Era 1177: año 1139, en Septiembre: got. 28; y 120: gal. 120

In Dei nomine. Ego igitur Aldefonsus gratia Dei ispaniarum imperator, pro animabus parentum nostrorum et mee facio confirmationem et corroborationem tibi Sancti Emiliani abbati Petro, simulque monachis ibi tecum iugum Christi portantibus presentibus ac futuris hereditatum illarum villarum, quas misit proavus meus Sancius rex in Sancto Emiliano, scilicet, de Refoio, et de Sagrero, et de Terrazas et de Radiciella, pro quibus habebatis altercationem cum hominibus illarum villarum, qui morantur in Belforato, et nolentes dare illos redditus, quos semper fuerunt soliti parentes illorum dare a tempore proavi mei regis Sancii maioris, qui misit supra dictas villas, et alias multo plures in Sancto Emiliano. Et modo precipio ita, et confirmo: ut quicumque hominum supra dictarum villarum noluerit dare illos redditus, sicut scriptum continetur in cartula proavi mei regis Sancii, quando misit illas in Sancto Emiliano, careat omnem hereditatem, et nullus mortalium, qui voluerit manutenere hanc rationem contra monachos Sancti Emiliani, ad partem regis persolvat quinque libras auri, et hereditatem duplatam in simili loco, et cum diabolo et Juda traditore in inferno maneat per cuncta secula, amen: Facta carta mense Septembrio die quinta feria apud Belforatum, era millesima centesima septuagesima septima*. Ego Aldefonsus imperator qui hanc confirmationem fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Petrus Burgensis episcopus testis. Rodericus comes qui tenebat Belforatum testis. Garcia Gomiz de Aza testis. Martin Garciez de Arconada merino testis. Almaricus comes testis. Ordon Godestioz testis. Martinus de Arconada testis. Don Gutier testis. Sancius Nagarensis episcopus testis. Pe-

* El becerro gotico, fol. 28. es su era de la de 1177. q.e es año 1139.

tro Nigro Saion testis.

Num.º 396.

Era 1179: año 1141: got. 131. b.º gal. 23. b.º Cajon A. 6.
titulo Badaran. leg. 1. n.º 2.

In nomine Domini nostri Ihu Christi. Ego Adefonsus Dei gratia hispaniarum imperator vna cum coniuge mea domna Berengaria bono animo et spontanea voluntate pro remedio anime mee et parentum meorum, facio Deo et Ecclesie Sancti Emiliani et vobis domno Petro eiusdem ecclesie abbati et omnibus vestris in eo loco successoribus et ceteris fratribus in eadem ecclesia Deo servientibus cartam donationis et confirmationis de vna villa, que dicitur Villa Dolquith: Hanc villam dono ego totam ecclesie Sancti Emiliani, cum tota hereditate ad supradictam villam pertinente, scilicet cum casis et collaciis, cum terris populatis et non populatis, cum vineis cultis et incultis, cum arboribus fructuosis et infructuosis, cum aquis et rivis et fontibus, cum pratis et montibus et vallibus, cum vaccaricis et defesis et molendinis cum exitibus et intratibus, preterea cum omnibus pertinentiis. Ita dono prefatam villam quatinus ecclesia beati Emiliani et eiusdem ecclesie abbates et ceteri fratres ibidem Deo servientes eam liberam et quietam iure hereditario habeant, et in perpetum ecclesiastice possideant. Siquis autem de mea gente vel aliena hoc meum donum infringerit, sit cum Juda Christi traditore dampnatus, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, inmisericorditer in inferno condempnatus: insuper imperatori terre mille morabotinos pectet, et ecclesia Sancti Emiliani hereditatem duplet. Facta carta donationis in era millesima centesima septuagesima nona. Adefonso imperatore regnante in Toleto et Legione in Saragoza in Castella et Gallicia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu roboravi. Signum ✠ imperatoris. Sancius regis confirmans. Sancius Nagarensis episcopus confirmans. Petrus

* este es segido al infante D.n Sancho

Burgensis episcopus confir. Stephanus Oxomensis episcopus confir. *Gutier Fernandez nutritius eius confir. Comes Rodericus Gomez confir. Comes Latro confir. Comes Roic Gonzalvez confir. Diag Munioz maiordomus confir. Migael Feliz marinus confir. Beila Latroni testis. Dominico Martini Alcaiad in Nagara testis.

Num.º 397.

Era 1180: año 1142: got. 25: galic. 98.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur Aldefonsus gratia imperator ispaniarum vna cum vxore mea imperatrice Berengaria talem concedimus adhuc consuetudinem illis hominibus populatoribus sancti Michaelis de Petroso, ut pergant per mediam villam de Puras ad cedenda ligna ad cremandum, et ad cedenda ligna ad domos edificandas in montibus de Aucha et in montibus de Puras, semper per omnia secula, exceptis illorum defesis: ideo hec facimus, quia illi homines populatores sancti Mikaelis venerunt ad nos cum magna roncura, quod illi homines de Puras faciebant magnam iniuriam: Non enim permitebant eos ire per villam suam ad cedenda ligna, neque permitebant eos cedere ligna in montibus, sicut neque illi homines de Auka; et hac de causa damus eis talem consuetudinem sicut habet ecclesia sancti Mikaelis. Et illi populatores sancti Mikaelis dent in vno quoque anno pro consuetudine duo paria de avarcas bovinas et vnam cenam illis montanariis de Auka per omnia secula. Siquis amodo hunc nostrum pretextum disrumpere infringere violare temptaverit, sit a Domino Deo maledictus et cum Juda traditore in inferno dimersus: insuper ad partem regis tres persolvat libras auri. Era millesima centesima octogesima. Ego Aldefonsus imperator, qui hanc confirmationem fieri iussi, manu mea signum ✠ impressi, et testes ad roborandum tradidi. Rodericus comes tetis. Petrus Lupus comes testis. Almaricus comes testis. Mikael Felicis testis. Petrus Gonzalbez de Alba testis. Ordonius Gudestioz testis.

Num.º 398.

Era 1180: año 1142: galicano 99. 6.º

In christi nomine. Ego igitur Aldefonsus Dei gratia imperator ispaniarum vna cum vxore mea Berengaria imperatrice offerimus Deo et Sancto Emiliano et tibi abbati Petro simulque fratribus ibi Deo servientibus vnum solare cum sua divisa in villa Puras serviendum Sancto Mikaeli de Petrojo, et pernominatum illum solare est in introitu ville ex parte de Magazos in sinistra parte iuxta aqua, quod tenuit Dominico Lozano, et cum omni sua hereditate et pertinentiis in montibus et fontibus et pascuis et cum exitu et regressu, ut habeat illud iure hereditario ecclesia Sancti Mikaelis de Petrojo per eterna secula. Siveque concedimus ecclesie Sancti Mikaelis de Petrojo illam consuetudinem quam habuerunt antiquitus constitutam a parentibus nostris regibus in cedendis lignis in montibus de Auka et de Puras: homines ecclesie Sancti Mikaelis debent ire cotidie cum duobus curribus et tribus iumentis per medietatem ville de Puras ad montes de Auka et de Puras, et cedere ibi ligna ad cremandum et ad domos edificandas qualicumque ligna voluerint, exceptis defesis: et illi montanarii de Auka debent ire ad Sanctum Mikaelem semel in anno et debent ibi accipere pro consuetudine vnam cenam et vnum par de abarkas bovinas, et nichil plus. Siquis tamen, quod absit, ex nostris propinquis aut extraneis hanc nostram donationem et confirmationem violare disrumpere aut auferre voluerit, sit a Deo maledictus et excomunicatus, et cum diabolo et cum Juda traditore in inferni voragine sit dimersus: insuper ad partem regis tres persolvat libras auri. Era millesima centesima octogesima. Ego Adefonsus imperator, qui hanc confirmationem fieri iussi, manu mea signum ✠ impressi, et testes ad roborandum tradidi: Rodericus comes testis. Petrus Lupus comes testis. Almaricus comes testis. Mikael Felicis testis. Petrus Gonzalvez de Alva testis. Ordonius Gudestioz testis.

Num.º 399.

Era 1182: año 1142: got. 135: gal. 97. 6.º

Sub nomine Sancte Trinitatis. Hec est carta donationis et cambiationis quam facio ego Aldefonsus gratia Dei totius ispanie impe-

rator, pariter cum coniuge mea imperatrice Berengaria, vobis dompno Petro abbati, simulque omnibus vestris monachis presentibus et futuris in cenobio sancti Emiliani degentibus, ad honorem beatissimi Emiliani prompto corde sincera mente placuit nobis, et donamus et concedimus unam villam que vocitant Magazos, que est sita iuxta quendam flumen nomine tirone pro cambio sancte crucis super Sautum, et aliarum hereditatum et mansionum, que erant sancti Mikaelis de Petroso in Tolsantos, scilicet unam terram in rivo de Tolsantos et aliam terram super Tolsantos, que vocatur de campo, et unum solare populatum, in quo moratur Nunno Manko, et nichil plus. Ita damus et confirmamus vobis supra dictam villam cum suis exitibus et introitibus, vel cum tota sua pertinentia ad integritatem: id est de illo ponte de Magazos, defesa ad piscandum, usque ad illum cetatorium, quod est inter ambos rivos, et inde per illum lumbum usque ad sumitatem illius defese de Darzellediello, et sic faciat descensum per medium vallem de iuso usque ad rivum de Puras, et sic descendendo usque subtus Sancto Magete, et inde ascendendo usque ad sumitatem vallis-sicce, et inde descendendo per medium vallem-sicum usque ad rivum molinarium, qui venit ad domum sancti Mikaelis; et cum sua defesa determinata ad pascendum; id est de pinnas de Sart ascendendo usque ad vallem sancti Christofori in fine de iuso de campo sonio, et per illum vallem sancti Christofori usque ad illam viam, que venit de racellediello per Magazos usque ad rivum de Puras, qui venit per Magazos. In ista determinata defesa nullus ex vicinis villis, que sunt in circuitu debent ibi habere pastum cum suis peccoribus neque in ieme neque in state neque in die neque in nocte, nullo scilicet tempore: non enim debent ibi habere pastum peccora villarum, que sunt in circuitu, sicut audivimus, quod constitutum semper a parentibus nostris regibus. Ita totum istud concedimus ut serviat in sancto Mikaele de Petroso semper, quia eius fuerunt hereditates, quas pro cambio recipi-

mus, et cum quantum contbat in sua subsistente dicione ad integrum
sit concessum in sancti Mikaelis possessionem per secula cuncta,
amen. Siquis (cas impossec ordinc &c.) Era millesima centesima
octogesima secunda. Ego Aldefonsus imperator, qui hanc fieri
iussi cartam, manu mea hanc + inieci et confirmavi. Ego Be-
rengaria imperatrix similiter + inieci et confirmavi. coram
presentibus testibus Rodericus comes testis. Mikael Felicis testis.
Ordonio Gostioz testis. Rodrigo Muniones testis. Alfonso Mun-
niones testis. Nunno Peidrez testis.

Num°. 400.

Era 1182: año 1144: got. 27 b°, engalicano.

Hoc notum sit omnibus, quo ego abbas Lukas Senior Sancti Mi-
Kaelis de Petrojo habui altercationem cum senioribus et iudicibus de
Vilforado de illa presa de aqua tironis, que est subtus illum pon-
tem de magazos, ubi accipitur aqua ad opus molendinorum
Sancti Mikaelis. Consuetudo illius prese fuit talis, quod sem-
per monachi sancti Mikaelis accipiebant totam aquam us-
que ad xipam ex alia parte, et ita secure sine impedimento
milius mortalis veniebat ad domum Sancti Mikaelis usque
dum cadere subtus molendinos Sancti Mikaelis intrum in tironc: Ce nes-
cio quo temerario ausu voluit contradicere nobis Garcia Nunnez, qui erat
de Vilforado sub comite Rodrico Gomez, et pretor erat Munio Tellionis,
cum quibus ego habui supradictam altercationem: Illi dicebant, quod
non debebamus accipere totam aquam usque ad xipam fluminis, sed di-
mittere ibi ad xipam spatio trium pedum; quod nos totum abnegan-
tes, inquisivimus iudicium imperatoris, et ostendimus ei sicut consti-
tutum fuit a domno Garseano rege supradicte ecclesie Sancti Mika-
elis fundatore: et super hoc iudicavit imperator, quod iuxaret unus
stratum Sancti Emiliani, quod ita erat constitutum a Garseano rege,
sicut abbas Lucas dicebat, et acciperent monachi Sancti Mika-
elis per secula cuncta totam aquam: Ego vero Aldefonsus impe-
rator, qui hoc iudicium iudicavi, testamentum posui et confirma-
vi: ne siquis deinceps huius prese violator vel contrarius existerit,

praetorum.

ad partem regis pariet quinque libras argenti, et hereditatem duplatam ad regulam in simili loco: Et iuravit quidam monachus Sancti Emiliani nomine Sancius in Sancto Bartholomeo iuxta illum pontem de Magazos, et ita vindicavimus supradictam aquam. Hoc iudicium fuit factum regnante Aldefonso imperatore in Toleto et in tota ispania: Comite Roderico in Vilforato et in Cereso, et in tota Burueba: Mikael Felicis pretor imperatoris in tota Castella. Et super hoc ego imperator, qui hoc iudicavi, testes adhibui. Rodericus comes testis. Mikael Felicis testis. Roderico Munionis testis. Ordonius Guduetioz testis. Aldefonsus Munionis testis. Martinus Munionis de Squalona testis. Era millesima centesima octogesima secunda.

Num.º 401.

Era 1184: año 1146: got..... gal. 244.

Ego igitur Lucas Dei gratia abbas Sancti Emiliani cum senioribus ibidem servientibus comuni consensu damus tibi Gundisalbo illas hereditates Sancti Petri et Sancti Juliani cum omnibus pertinentiis suis; et illam hereditatem de Radicella de Campo, quod nostrum est: Et in Villa Venazar quod Sancti Emiliani est, scilicet ecclesiam Sancti Felicis cum sua pertinentia: et in Quintanilla de Olleros iuxta Villafarta, quod ad nos pertinet: ut populeseas et edifices, et facias omne bonum, quod in eis facere poteris: et possideas eas in omni vita tua; et des omni anno duas concellas tritici nobis, et quinque solidos senioribus singulis annis. Et post obitum tuum habeat filius tuus, et det supradictum censum omni tempore vite sue Sancto Emiliano. Ego vero Gundisalbus pro remedio anime mee do domos meas cum ecclesia sua, et cum parrale, quod est post domum in Sancto Petro, ut sint Sancti Emiliani omni tempore usque in finem seculi: Et in Quintanar do duos collazos populatos Garsiam Navarrum, et ..... Navarrum cum sua divisa et cum suos prestamos: Et in Frexnenna uno collazo Petro Johannes cum sua divisa: et altario Sancti Emiliani

do duos collaceos in Sancto Christoforo in introitu ville in dextera parte Sancio Beilaz et Johannes Gomiz, ut serviat pro luminaribus altario sancti Emiliani pro remedio anime mee. Damus etiam tibi Gundisalbo vn solar de molino in Refoio de Sancta Pia, ut facias eum et teneas illud in vita tua, et serviat sancto Petro vsque in finem seculi. Lucas abbas confirmo. Dominicus prior confirmo. Munio Cantor confirmo. Magister Gomicius confirmo. Gundisalbus Sacrista confirmo: et omnes alii monachi sunt testes. Era millesima centesima octogesima quarta.

Num.º 402.

Era 1185: año 1147: got. 134: gal. 229.

Hoc est iudicium, qui fecit abbas Lucas Sancti Emiliani de molendino illo, qui est in Escurri, qui fuit datus a sancto Emiliano in simul cum illo palatio de Asqueta, cum hominibus de Guzquita: Lope Lopez nomine iste inquietavit molendinum istum in vice alterius parentis sui Fortun Blasquez nomine, et fuit acceptum iudicium a iudicibus terre; et dedit abbas Sancti Emiliani vnum iuratorem monachum suum, quia adducit a sancto Emiliano; et iste Lop Lopez dedit ferme Garcia Enecones de Gusquiza pro iudicio istius molendini, era millesima centesima octogesima quinta, regnante Garsia rege in Pampilona et Navarra, et sub eius dominio dominante Stella don Roderico Petrez de Azagra, et in Pampilona Lope pontifex, et in castro Sancti Stephani Semen Zuria, qui hoc iudicio fieri fecit, atque complevit: Et sunt auditores et testes, don Galzeme de Guzquita, et Enec Sans, et Eneco Lopez, et Jaun Sans, et Jaun Lope, fiat.

Num.º 403.

Era 1185: año 1147, a 19. de agosto: En el Cartulario en octavo de vitela, que existe en archivo general en Zaragoza de la Casteleria de Amposta del orden de S. Juan de Jerusalen, letra del siglo 12, y 13: fol. 154. b.º instit. 392.

In Dei nomine, amen. Equitati convenit et iustitie, ut ei vnusquisque be-

faciat, qui regulariter vexit et bene: Ita propter ego Adefonsus imperator Hispanie una cum uxore mea imperatrice Berengaria, filioque nostro Sancio, vobis Domno Rodexico de Azagra propter servitium, quod multoties michi fecistis, et maxime propter illud quod fecistis michi in acquisitione Baecie civitatis, quandam meam hereditatem nomine Alcanadre iure hereditario dono: Dono equidem eam vobis cum omnibus suis pertinentiis, videlicet, terminis terris, montibus et vallibus, pratis, pascuis, ingressibus et regressibus, aquis, ribis, et fontibus, et arboribus et vineis, et integre cum omnibus suis cauris, si que sint, ad eam pertinentibus, quecumque sint, et ubicumque eas invenire poteritis. Eo vero modo et tenore dono prenominatam hereditatem vobis Domno Rodexico de Azagra, quatenus vos et filii vestri et omnis generatio vestra possideatis eam semper libere et quiete iure hereditario, sicut predictum est, et absque hominum omnium contradictione faciatis de illa, quod volueritis. Siquis vero in posterum de meo genere vel alieno hanc meam donationem infringere sit a Deo maledictus, et in inferno cum Juda proditore damnatus, nisi digne emmendaverit, et pecta mille morabetinos regi. Facta carta in ripa Gotalquivir iuxta Baetiam, quando eam imperator acquisivit, era millesima centesima octogesima quinta, quarto die post festum Sancte Marie mediantis augusti, anno secundo quo prenominatus imperator acquisivit Corduvam, et in primo quo Calatravam, et Baetiam: ipsome, tunc imperatore tunc imperante in Toleto, legione, Saragocia, Naiara, Carrella, Gallecia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam, quam fieri iussi, confirmo, et manu mea roboro. Signum ✝ imperatoris. Sancius filius imperatoris confirmans. Rex Garsias Pampilonensis presens confir. Comes Poncius maiordomus imperatoris confir. Raimundus toletanus archiepiscopus confir. Petrus compostellanus archiepiscopus confir. Petrus Valentinus episcopus confir. Bernardus Segontinus Episcopus confir. Rodexicus calaguritanus episcopus confir. Comes Almaricus Dominus in Toleto et Baecia confir. Comes Fernandus in Gallecia confir. Comes Vrgeli Ermengaudus confir. Gutex Fernandez confir. Semenus Eneguez confir. Nunno Perez alferiz imperatoris confir. Garsias Fortunniones de Daroca. Geraldus scripsit scripsit imperatoris, per manum magistri Hugonis cancellarii ✝.

Num.º 404.

Era 1187: año 1149, a 10 de julio: got. 136. b.º gal. 230. b.º

In nomine Domini nostri patris et filii et Spiritus Sancti. Testamentum sive memoriale, quo tempore a quo Episcopo quo Sacerdote faciente, fuit consecrata ecclesia Sancti Clementis de Obaldia: Ego Albaro Beila Sacerdos sive abbas ecclesie Sancti Clementis de Obaldia amore Dei illectus, et peccatorum meorum remissionem, postquam predictam ecclesiam reedificatam refeci, de sustantia mea complendo necessaria feci consecrare ecclesiam Sancti Clementis de Obaldia; et offero Deo et Sancto Emimiliano et beato Clementi illam villam, que vocatur Gavinia cum omnibus suis pertinentiis, pascuis, rivis, montibus, introitibus et exitibus suis, sicut in perpetuum illam villam a domino Aldefonso totius hispanie imperatore habui, ita offero et dono Deo et Sancto Clementi et beato Emiliano. Dono etiam illam partem mei patrimonii, quam cum fratribus meis iure hereditario sortitus sum, quam est in Gavinia Deo et Sancto Clementi et beato Emiliano in perpetuum. Testamentum sive memoriale fuerit consecrata ecclesia Sancti Clementis de Obaldia a domno Roderico Nazarensi episcopo era millesima centesima octogesima septima, sexto idus iulii, in honore Sancti Clementis, Sancti Michaelis, Sancti Andree, Sancti Thome, Sanctorum Vincentii et Leti, Sancte Cecilie: reliquie, quas superaddidit Rodericus episcopus, Sancti Dionisii, et de vestibus Sancti Andree.

Num.º 405.

Era 1188: año 1150: got. 134: gal. 229. b.º

In Dei nomine. Hec est convenientia, quam facimus ego abbas Lucas et omnes seniores Sancti Emiliani tecum Azenar Garciez: et nos damus tibi in Coba de gallegos una serna in ripam de palatio de Carrera in Carrera erio et labrato, et unas casas della era et una ferragine et una vinea, ut habeas tu, et filii tui; nepotes autem tui non habeant illud sed tantummodo tu et filii tui: et si aliquis voluerit te expelere in tua vita de ista hereditate supradicta ad tibi aut a tuos filios, ut redda vobis sexaginta morabitinos, et intret in sua hereditate. Et ut detis omnes vestras decimas omnes annos Sancto Emiliano. Et post

Este Cuevagallegos fue de S.n Millan, y se despobló en el Siglo 15. Su term.º está comprendido en el de la V.a de Pancorbo.

mortem tuam, vel tuos filios tuos et ista hereditate supradicta Sancto Emiliano sine ulla voce mala, et non inquirant tuos nepotes ulla causa. Dominicus prior, et Domnus Munnius precente, et Domnus Gundisalbus, et Domnus Garcia Socxates, et Domnus Dominicus Sebastianus Sacrista, et omnes seniores Sancti Emiliani sunt auditores, era millesima centesima octogesima octava.

Num.º 406.

Era 1188: año 1150, a 26 de Julio; Cajon V. 52. rollo 5.º n.º 4.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Adefonsus Hispanie imperator una cum filio meo rege Sancio tibi Fernando Petriz et filiis tuis et omni generationi tue facio cartam donationis de illo barrio de Junceira, qui est de meo realengo et iacet in Alfoz de Chirceiga, dono eum tibi cum omnibus suis terminis et pertinentiis, ut habeas eum liberum et quietum tu et filii tui et omnis generatio tua in perpetuum. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere temptaverit, sit maledictus et excomunicatus et cum Juda proditore Domini in inferno dampnatus, et pectet regie parti mille morabitinos. Facta carta, quando imperator tenebat Cordubam circundatam et pugnavit cum triginta millia muzmudis, et cum aliis multis in adelucis super eam, et devicit eos, era millesima centesima octogesima octava, et fit septimo Kalendarium agusti, imperante ipso Adefonso imperatore in Toleto, et Legione, in Galleria et Castella, Nagara, et Saragotia, Baetia et Almaria. Garsia rex Navarre tunc temporis vasallus imperatoris, et comes Barchinione tunc temporis vasallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam fieri iussi, propria manu roboro. Sig+num imperatoris.= Garsia rex Navarre confirmans. Comes Almaricus confirmans. Gutier Fernandiz confir. Martinus Munniz confir. Gumiz Gonzaliz, qui tunc ipsam terram tenebat confir.= Comes Fernandus Gallecie confir. Comes Ramimirus confir. Fernandus Johannes confir. Comes Petrus confir. Comes Osorii confir.= Johannes Fernandiz canonicus ecclesie beati Jacobi et scriptor imperatoris scripsit

---

Num.º 407

Era 1190: año 1152: got. 100.b.º gal. 136.b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est convenientia, quam facio ego abbas Lucas in Sancti Emiliani vobiscum concilio de Sancta Maria de Ripa-Retunda super quibusdam controversis quas habuerunt monachi Sancti Emiliani cum hominibus supradicte ville super decimis et oblationibus. Talem igitur facimus convenientiam, ut omnes clerici qui fuerint illius ville naturales accipiant equales partes de cocto pane et de offerendis, que fuerint offerte in altare Domini: et clericus Sancti Emiliani accipiat similiter tertiam partem sicut unus illorum in istis offerendis. Et clericus Sancti Emiliani accipiat omnem partem decimarum de collatiis omnibus, qui fuerint Sancti Emiliani, et non perquirant partem de decimis, que fuerint aliorum collaceorum militum: Neque clerici qui fuerint in supradicta ecclesia, sive qui fuerint filii collaceorum militum, sive filii collaceorum Sancti Emiliani perquirant aliquam magnam vel parvulam partem de decimis hominum Sanci Emiliani. Et clerici qui fuerint filli collaceorum Sancti Emiliani non perquirant vllam partem de decimis hominum militum, nisi de pane cocto et de aliis offerendis sicut supra diximus. Et consuetudo fuit antiqua, ut clericus Sancti Emiliani accipiebat semper medietatem panis cocti, et omnem decimationem frugum, et agnorum et ceterorum. Et ego abbas in Sancti Emiliani causa amoris et benignitatis vestre, scilicet hominum Sancte Marie Ripe-rotunde facio vobis hanc confirmationem, scilicet, panis cocti et offerendarum corroborationem cum consensu monachorum meorum. clericis supradicte ville indigenis iure hereditario. Regnante Aldefonso imperatore in Omni ispania, sub eo dominante Borueba Gonzalo Roiz, marinus imperatoris Alfonso Monnioz. Et sunt auditores et testes Garsea de Valliocabo, et Dia Diez de Ponticurbo, et Martin Diaz suo filio, et Fernando Garciez de Villanova, Aznar de Cobadegallegos, et Peidro Zidez, et don Semeno de Villanova: De Ventosa Blasco et Enneco suo fratre: De Cupo Johannes Clementez, et don Didaco: De Sancta Maria Johan Bermudez, Fernando Munnioz, Annaia Bermudez, Garcia Martinez, Gonzalbo Peidrez Martin Semenez, Gonzalvo Martinez, Omnes isti sunt auditores et testes. Facta carta in era millesima centesima nonagesima.

Num.º 408.

Era 1190: año 1152, a 15 de noviembre: archivo citado de Zaragoza, instit. 392. fol. 154. b.º

In Dei nomine, amen. Decet inter ceteros honores regiam sive imperatoriam precipue maiestatem ecclesias Dei diligere, santimoniales amare et eis loca convenientia dare, data manutenere venerari et fovere. Eapropter ego Adefonsus hispanie imperator una cum filio meo rege Sancio pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, vobis Santimonialibus, que vultis facere monasterium religionis in Aradum et in Alcanadre, facio cartam donationis, et textum firmitatis Deo et omnibus deovotis, qui in prefato loco in regula beati Benedicti ad Dei et beate Marie servitium monasterium edificare vultis, ut ab hac die habeatis has villas Aradum et Alcanadre cum montibus et fontibus suis, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regressibus suis directuris iure hereditario in perpetuum; et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere tentaverit sit maledictus a Deo et excomunicatus, et cum Juda proditore Domini in inferno: et insuper pectet regie parti mille moravitinos. Facta carta in Agreda era millesima centesima nonagesima, et quoto decimo septimo Kalendas decembris, anno quo imperator tenuit Guadiexi cincundatam: imperante ipso imperatore in Toleto et Legione et Gallecia et Castella et Naiara et Saragocia et Baecia et Almeria: Comite Barchilone tunc temporis vasallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator hispanie hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo. Signum ✠ imperatoris. Rex Sancius filius imperatoris confirmans. Comes Poncius maiordomus imperatoris confir. Comes Almanricus tenens Baeciam confir. Guter Fernandiz confir. Ermengaudus comes Urgeli confir. Nunnus Petriz alferiz imperatoris confir. Rudericus Naiarensis episcopus confir. Comes Fernandus Gallecie confir. Vermedus Petriz Gallecie confir. Comes Gonsalviz confir. Gundisalvus Rudriguiz confir. Petrus Beltran confir. Joannes

Fernandiz canonicus ecclesie sancti Jacobi, et notarius imperatoris scrip-
sit.

Num.º 409.

Era 1191: año 1153: got. 140. b.º gal. 41.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis, patris et filii et Spiritus
sancti. Ego quidem domna Tota licet indigna tamen Servorum Dei
serva, peccatorum meorum veniam consequi volens, dono ad ho-
norem Dei et sancti Emiliani presbiteri confessoris Christi et sanc-
ti Felicis et tibi patri spirituali Luche abbati, simulque toto reli-
giosissimo conventui in eodem cenobio commoranti propriam me-
am hereditatem, quam habeo in Naiera ex parentum meorum,
scilicet domos populatas et non populatas, terras, vineas, et to-
tum ab omni integritate, quicquid habeo in Naiera cum exitibus
et regressibus, cum montibus cum fontibus cum padulibus, et cum
omnibus suis pertinentiis ut serviant Sancto Emiliano iure heredi-
tario per cuncta secula, amen. Est istud meum palatium, quod pre-
dictis confessoribus corroboravi in varrio sancti Michaelis quodolim
fuerat vocatum varrium iudaicum, cum hominibus ibi populatis, et
cum ortis et cum omnibus suis pertinentiis: et in pago de las ado-
vas duas vineas, una iuxta vineam de Sancta Maria ex una par-
te; alia est iuxta viam que vadit de Sancta Eugenia ad Sanctum
Julianum: alia est in in ipso pago de valleconegga iuxta vineam
sancti Emiliani, et una terra subtus ripam de Tricio iuxta ter-
ram sancti Emiliani, ex alia parte terra que fuit de Petro Mo-
mez: alia terra subtus Azenias sancti Emiliani iuxta vineam
episcopi. Dono etiam et corroboro sanctis confessoribus Emiliano
et Felici et tibi predicto Luche abbati una cum monachorum
conventu Deo servientium meum proprium palatium, quod ha-
beo in Gallinero iuxta iberum cum totis hereditatibus et cum om-
nibus pertinentiis, que michi ibidem iure hereditario habere perti-
nent. Dono quoque omnem hereditatem, quam habeo in Montealbo.

Hoc totum, quod sub scripto notatur, et michi sorte hereditaria pertinet, serviat Sanctis iam predictis confessoribus per cuncta secula pro anima mea et omnium parentum meorum. Vos donatis michi in concambio et in prestimonio pro ista hereditate Villareggo, ut habeam villam istam tantummodo in vita mea. Siquis (las impreᵉˢ ordinᵒˢ &ᵃ). Ego Domna Tota, que hoc fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Garcia Furtunionis et uxor sua Dompna Elo testes. Petro Garciez testis. Roderico Pelaez testis. Garcia Rodriz testis. Fortun Garciez testis. Garcia Salvador, et Johannes Sancii alcaldes testes. Totum cocilium de Naiera sunt auditores et testes. Regnante rege Aldefonso imperatore in tota ispania: et in regno Naiere regnante rege Sancio imperatoris filio: sub eius dominio dominante Naiere Roderico Pelaez: maiordomus regis Guter Ferrandez: armiger eius Gonzalo Rodriz. Facta carta in era millesima centesima nonagesima prima.

Numº 410.

Era 1193: año 1155: got. 129. b: gal...

Sub nomine patris et filii et Spiritus Sancti. Hec est carta memorie de iudicio quod habuerunt omnes homines de Villar de Torre cum hominibus de Madriz super defesam de costasolana. Sancius Munionis et Dominicus presbiter de Villar de Torre moverunt vocem pro concilio de Villar, dicentes: quod Costasolona nunquam fuit defesa de Madriz. Sancio vero Munionis, et Gomessanus Sancii de Bergegio respondentes pro concilio de Madriz, dixerunt contra illos voceros de Villar: costasolana semper fuit defesa de Madriz, et est ex tempore regis Alfonsi maioris et Garsie comitis usque ad tempus presens. Garsia quidem Salvatoris et Johannes Sancii alkaldes Naiarenses, et Dompnus Petrus Fortunionis de Roiuela regis adelantado, in presentia Lupi Comitis, audita utriusque partis voce et bene intellecta, iudicaverunt: Quod homines de Madriz firmarent cum duabus villis, videlice, cum Villariggo et Villa-Dolquit, quod costamsolanam taliter et ex illo tempore habuerunt pro defesa, sicut ipsi aserebant. Utraque

Fⁿ Alonso 6º } Et Conde Dⁿ Garcia Ordoñez }

vero pars iudicium hoc modo iudicatum libenter acceperunt. Homines autem de Madriz perexerunt simul cum hominibus de Villar ad costam Solanam, et intus in ista defesa firmaverunt cum supradictis duabus villis contra homines de Villar sex quippe homines de Villariggo videlicet Sancius Munionis, Sancius Johannes, Johannes de Truggar, Sancius Gomez, Blasco Malo, et frater Sancii Johannis; de villa auten Dolquit alii sex videlicet Hunnus, Emeterius, Martinus Simproni, Lupus, Martinus frater eius, et Garsias Beile: hi homines prenotati intus in illa defesa concorditer firmaverunt et concesserunt totum hoc quod homines de Madriz dicebant: Adhuc enim homines de Villar iniuste calumpniantes, fecerunt iurare quatuor homines de Madriz, scilicet, Sancium Sancii de Plano, Gunsalvum Tornero, Gudumerum, et Ferrandum Munionis, quod nullam comunitatem habebant homines de Villa Dolquit cum hominibus de Madriz neque in pascuis neque in terminis: Qui continuo in Sancti Stephani ecclesia de Abantinis iuraverunt, veritatemque suam firmaverunt, et sic iusto iudicio illos de Villar superaverunt et suam defesam iuste defenderunt. Isti sunt fidiatores de foro, quos dederunt homines de Madriz hominibus de Villar scilicet Dominicus Sancii de Torrecella, et Fortunius Crespo ville Gundisalvi: fidiatores autem de redra, quos dederunt homines de Villar hominibus de Madriz, isti sunt scilicet Didacus de Kannas, et Blasius Gomiz Ville Gundisalvi. Facta carta era millesima centesima nonagesima tertia, regnante Aldefonso imperatore in Toleto et in omni Castella, comite Lupo per manum regis Sancii dominante Naiara. Garsias merinus in Naiara. Sunt huius rei auditores et testes Petrus Fortis de Naiera, Petrus Blasii, Dominicus Caruggo, Johannes Antonini, Garsias Antonini frater eius. Garsias merinus testis. Godofredus testis. Guillelmus Baldovin testis. Garsias monasterii beati Emiliani abbas testis. Sancius de Cardinas prepositus testis. Ferrandus prior Sancti Emiliani testis.

hoy S. Miguel de Llano

Num.º 433.

Era 1193: año 1155: qdr. 130. 6.º qal..

In Dei nomine et individue Trinitatis, qui creavit omnem creaturam mirifica consideratione, cuius pietate reguntur omnia viventia atq. digne famulantur elementa, a quo iusti coronantur, et impii damnantur. Hec est prescriptio nostri eterni federis et incommutabilis quod facimus nos homines de Madrid cum omnibus hominibus de Sazonqis absque alicuius iussione, et sine vllo minarum pavore, ut inter nos caritas manifestetur, et dilectio edificetur, sancti evangelii obedire volentes precepta, qui dicunt: Sicut ex vna radice multi arbores xame procedunt; ita ex vna Karitate pluxime virtutes generantur. Fedus autem est de illo termino sicut nascit fluvius de Kardines in Dexumada usque ad sanctum Martinum sit comune: de Sarzhosiella, preter quod est sancti Emiliani usque ad sanctum Johannem sicut cadit xibis de Xaimiqxo, et per fontes de Kabanna-erKexta ad Suxsum sit comune: de Muomeca ad Suxsum, usque adillas zagadas ubi via incipit ire Sancto Emiliano de suxso, sit comune: de via de Villariqqo ad Suxsum usque ad illum forKaqqum pascant simul, sed homines de Matrice nec ligna abscindant nec ibi maneant. Siquis autem, quod absit, factum istud violare aut rescindere voluerit, concilium illum quod fuit rescindans, pectet alio concilio centum morabitinos, et factum permaneat eternum. Nec concilium vnum sit ausum colligere aliquem amicum absque consilio alterius ad manendum. Siquis vero acceperit pignora de Matrice, et fuerit per Sazonicos, homines de Madrid pignora illa requentes, adiuvent eos homines de Sazonqis ad faciendum fidiaturam. Si enim quod iustum est noluerit accipere ille ferens pignora, nec fidiatores colligere, omnes simul pariter zollant ei pignora si valuerint. Tali modo faciant homines de Matrice hominibus de Sazonqis. Si fortuna ita non fecerint nolentes iurare, pectent vnam vacham, et vnam Kaucam vini, et recuperent perdita, que ibi fuerint facta. Rege imperatore Alfonso in omni Espania: Sub eius gratia regnante in Nazara eius filio rege Sancio; Sub concessu regis Sancii Lupus comes dominans Nazaram. Sunt quoque testes de hoc Gaxias Sancti Emiliani ecclesie abbas testis. Fundibalbus Sacrista testis. Omnes Seniores Sancti Emiliani viri testes. Rodericus Alvarionis mandans Sazonicos. Era millesima centesima nonagesima tertia.

Num.º 412.

Era 1193: año 1155, á 26. de abril: archivo de la Catedral de Calahorra, legajo 1.º del partido de la mesa Capitular atado 1.º n.º 1.º

In Dei nomine et eius divina clementia, ptratis et filii et Spiritus Sancti. Certum et manifestum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Rodericus Dei gratia Calagurrensis episcopus cum consilio canonicorum meorum et assensu totius Capituli Calagurritane et Albaidensis ecclesie, pro Dei amore et Sancte Dei genitricis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, ad illam cavallariam de Hierosolimis dono omnia episcopalia iura, que habeo in illa ecclesia de Alcanadre, salva mea dignitate, ac iustitia et successorum meorum preter hoc ut veniant ad nostrum concilium et acciant oleum et chrisma, et cognoscant calagurritanam sedem suam. Si populatores de Alcanadre terras extra terminum de Alcanadre vel vineas adquisierint, integerrime partem que sibi contigit reddant episcopo, id est tertiam partem decimarum. Hec omnia sicut scripta sunt, ego Rodericus episcopus concedo et confirmo cum capitulo nostre ecclesie, ita ut annuatim persolvant milites templi tres moravetinos ecclesie calagurritane in festivitate Sancti Martini. Et ne qua ambiguitas in futurum super hoc remaneret hoc scriptum inde fieri mandavi, et sigillo nostro ecclesie corroborandum adiudicavi. Hec autem donatio vel cesio facta est in era millesima centesima nonagesima tertia, sexto Kalendas maii, adstantibus et confirmantibus archidiaconis Garcia Calagurrensi, Petro Naiarensi, Ferdinando Berbicensi, Blasco priore. Tancone qui opus ecclesie tenebat, Calveto Sacrista, Sancio Sacrista Sancio Capellano episcopi. Petro cancellario episcopi, qui hanc cartam scripsit. Sancio priore de Albaida, Brocardo. Signum ✠ Roderici Episcopi.

Num.º 413.

Era 1193: año 1155; archivo referido de Zaragoza.

In Dei nomine patris et filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Don Rodericus de Azagra simul cum uxore mea domna Tota dono et concedo pro animabus tam parentum meorum quam pro mea et uxoris mee

dexit
* et

Domino Deo *fratribus militie templi Salomonis tam presentibus quam futuris illam nostram villam Alcanadre cum omnibus terminis et viis et xipis et montibus et fontibus et omnibus pertinentiis quas habet et debet habere, ut habeam illam liberam et quietam sempex, et faciam de ea suam voluntatem. Istum donativum fuit pos festum Sancti Martini altexo die in illa villa Axenzana: et hoc donativum factum est in presentia fratris Petxo Tizon, et fratris Petxi Martini cum consilio magistri sui Petxi de la Rocla, et aliorum fratrum qui pexmanent in Novellas, et in Montison. Cuius donationis sunt testes Lupus episcopus Pampilonensis, Petxo Lupiz de Illuxiexa, Semen Sanz de Banix, Martin Sanz de Laxdexo, Petxo Sanz de Lizaxxa. Facta carta exa millesima centesima nonagesima sextia. xegnante xege Sancio in Pampilona, domno Rodexico Senioxe de Estella et de Tucela, Guillelmus Azenax in Sangosa, Sancio Cmecone in Ponte-xegine, Xemen Azenax in Tafalia. Petxo Squiexa in Sancta Maxia de Xsua, Xemen de Aibax in Lequin. Ego don Rodxigo de Sxagxa de manu mea hoc signum feci ✠.

Num.º 414.

Era ⅋⅋⅋3: año ⅋⅋55, á 18 de septre; archivo xefexido de Zaxagoza.

In Dei nomine, amen. Plexumque sentimus oblivionis incomoda, dum xexum gestaxum memoxiam pex scripturx seriem negligimus alligaxe. Quapxoptex ego xex Sancius una cum uxoxe mea xegina domna Blanca dono et concedo illam hexeditatem de Alcanadre Deo et militibus templi, que pater meus Adefonsus imperator dedexat pxo hexeditate Rudexico de Sxagxa, pxo bono et fideli sexvitio, quod ei fecexat, pex propxiam caxtam suam, et ipse Rodexicus postea dedit eam pxo xemedio anime sue eisdem militibus templi, ut faciatis de ea quidquid voluexitis libexe et quiete, et possideatis eam iure hexeditario in pexpetuum absque omnium hominum contxaditione: ita do et concedo eam militie templi pxo xemedio anime mee et paxentum meoxum, nec non et peccatoxum meoxum xemissione. Siquis vexo hoc meum factum et donationem infxingexe tentavexit, sit maledictus et excomunicatus, et pecter xegie parti mille moxavetinos, et hoc meum factum sempex maneat fixmum. Facta carta in Ca-

laguxxa sub era millesima centesima nonagesima tertia, et quarto quarto decimo Kalendas octobris, imperante Aldefonso imperatore Toleto Legione Gallecia Castella Naiera Saragocia Baecia Vendiugar et Almeria. Ego rex Sancius hanc cartam, quam fieri iussi, meo proprio robore confirmo. Signum ✠ regis Sancii. Regina domna Blanca uxor regis confirmam. Comes Almaricus tenens Baeciam confir. Comes Poncius maiordomus imperatoris confir. Comes Lupus tenens Nagaxam confir. Garsia Almoravide tenens Calaguxam confir. Gomez Gonzalviz alferiz regis confir. Johannes Toletanus archiepiscopus confir. Johannes Oxomensis episcopus confir. Rodericus Nagarensis episcopus confir. Vincentius Burgensis episcopus confir. Petrus Lopiz de Soria confir. Bella Ladron confir. Martinus regis notarius canonicus ecclesie Sancti Jacobi scripsit.

Num.° 435.

Era 1194: año 1156: archivo mismo de Zaragoza ciudad.

In Dei nomine et eius gratia patris et filii et Spiritus Sancti, amen. Ego don Rodrigo de Aragon, et uxor mea domna Toda et filiis et filiabus nostris propter amorem Dei, et pro salute animarum nostrarum, et pro animabus parentum nostrorum bono corde et bona voluntate donamus illa villa de Arador, que nobis dedit illo imperator, ad sanctam religionem, quod est fratribus militie templi Salomonis in perpetuum. Sic donavimus prefatam villam Arador ad fratribus templi cum aquis et pratis, cum exemo et populato, et cum omnibus suis pertinentiis, quas habet, et habere debet, excepto illo Soto de Sorzia cum tota sua labore, que ibi est, quod dedimus illum ad illos monachos de Sancta Maria de Irag, ubi iacet nostra uxor domna Toda. Et hoc fuit factum in Stella in manu de magistro Trebol, et fratre Petre Martin, et fratre Arnalde de Propagnan. Sunt testes visores de hoc suprascripto don Gonzalez de Aragon, Petro Sanz de Lizarra, Martin Sanz de Laxdero, Maria Almoravit, Arcicho. Facta carta era millesima centesima nonagesima quarta. Ego don Rodrigo hoc signum ✠ feci.

Num.º 436.

Era ¶¶94: año ¶¶56: gorico ¶52: galicano 2¶5.

Carta de Sancho el Mayor por la que dona al Monasterio de San Millán de la Cogolla

In Christi nomine xedemptoris nostri. Ego Johannes Bexmudi, vivadense providentia Dei, offero Deo et Sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Gaxie eiusdem cenobii abbati, ceteisque monachis omnibus ibi Deo servientibus vnam texxam iuxta calzadam in fine vallis, pexene circa illam texnam Sancte Crucis, et vnam vineam in loco qui dicitur Joioj, ex vna paxte est vinea sancte crucis, ex alia vinea de filiis Munionis Johannes. Facta carta in exa millesima centesima nonagesima quaxta, xegnante impexatore Ildefonso in omni ispania, xege Sancio eius filio in Nagaxa, Gundisalbo Rodriz dominante Boxoviam, Lupo Comite castellam. Prior Texxandus testis. Gundisalbus sacrista testis. Blasius xeficionaxius testis. Martinus Sancte crucis testis. Pelagius presbitex Sancte Marie testis. Texxandus presbitex Sancte Marie testis. Omnes seniores Sancti Emiliani testes.

Num.º 437.

Año de la encarnac.on del Sor. ¶¶56: de nacim.to ¶¶56.
á 8 de Marzo. Cajon A.2. titulo Altable
legajo 5.º num.º 5.º gali. 234

Jacintus Dei gxatia Sancte Romane ecclexie diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus. Dilecto filio Gaxie abbati Sancti Emiliani eiusque successoxibus xegulaxem vitam professis in pexpetuum. Cum velut ait Sapiens: quidam xes, paxve concoxdia excxescant, discoxdia vexo decxescant; scandala fxaxum de medio tollexe, liteisque xescindexe paterno diligentique studio curamus. Inde est contaoversia diutius agitataam inter Oriensem et Sancti Emiliani ecclexias concoxdi fine texminaxe studium et opexam efficacitex dedimus. Cum itaque in villa, que dicitur Axtable, paxxochialem ecclesiam ex antiquo possedexit ecclexia Sancti Emiliani, et deinceps Oriensis Ecclexia xegalem hexeditatem adepta, ibidem aliam de novo ecclesiam construexexe, ad quam xusticoj suoj ixe facexet, dubitabamus eoj prioxi ecclexie paxxochiali. Noj vexigque ecclexie providexe vo-

lentes, statuimus: ut ecclesia prior omnes illius ville parrochianos recuperet cum omni integritate, hoc excepto, quod cum rustici Oniensis Ecclesie, quos nunc habet et habitura est, decimas suas ecclesie priori dari debeant: illarum duas partes habeat omniensis, et tertiam ecclesia Sancti Emiliani. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hoc nostrum decretum infringere, vel quoqomodo mutare, sed ratum et inviolatum permaneat. Siqua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non congrua emendatione satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini nostri Jhu Christi aliena fiat, amen, amen, amen. Datis stelle per manum Rodberti capellani domini Jacinti diaconi cardinalis atque legati, Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, indictione tertia, octavo idus martii, pontificatus domini pape Adriani quarti anno primo.

Num.º 418.

Era 1195: año 1157: got. 137.6º galic. 177. 6º

Sub Christi nomine. Ego Maior Nunnez de Antuzanos in grandi necesitate possita mitto me in Sancta Maria de Antuzanos, scilicet meum proprium solarem cum sua ferragine et uno ero circa pratum Sancte Marie, et uno pedazo del arroio de carrera usque ad pinnam, et unam terram de las fazas iuxta terram de Gonzalbo, et una terra enna lomba iuxta carrera, que vadit ad Mercato: tali convenientia, ut in diebus vite mee habeam victum et vestitum in Sancta Maria de Antuzanos, per omnia secula: in anno, quo mortus est imperator Alfonsus. Dominico Zidez, Martino Johannes, Johannes Gutierrez, Petro Gutierrez, et totum concilium de Antuzanos testes. Michael presbiter de Lhozares testis. Johannes presbiter de Baranda testis. Michael Suenno presbiter de Baranda testis. Garsias abbas in Sancto Emiliano. Lupus comes in castella. Facta carta in era millesima centesima nonagesima quinta.

Num.º 419.

Era 1195: año 1157: gotico 142: galic. 128.

Sub Christi nomine. Ego igitur Maria Xemenez de Sagga peccatorum meorum memoria perterrita, ut merear evadere examem districti iudicis, offero vnam terram in Arce monasterio Sanctorum Emiliani et Felicis confessorum Dei, ut eorum interventu, et precibus omnium fratrum ibidem Deo servientium presentium ac futurorum eruar a penis inferni, et ad patris dexteram in celo collocari: hec terra est circa fonte latus via que ducit ad lacunum, et exit ad sumum ripe de Arza, et ex parte ville habet terra Lupi Beile, et fratrum suorum collateralem, et ex parte Lacuno habet terra Simeonis presbiteri de Foncea. Siquis vero filiorum meorum vel parentum vel extraneorum hoc meum datum auferre vel retemptare aut exeredare voluerit, anathema sit, et cum Juda Domini traditore apud inferos in perpetuum puniatur. Martinus Ferrandi, et Gonsalbus Ferrandi filii mei testes. Garsias Albari testis. Lupus Sancii testis. De Sagga inferiori Fortunius Sancii testis. Petrus Sancii testis. Garsias Petri testis. Amatus presbiter testis. Lupus Enneci testis. Didacus Garsie testis. Lupus Garsie de Castaniares testis. Facta carta in era millesima centesima nonagesima quinta, regnante rege Sancio in ispania, Comite Lupo dominante Naiare.

Num.º 420.

Era 1197: año 1159, á 13 de junio: got.... galic. 39. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Rodericus Munionis trado hereditates meas, quas habeo in Gallinero et in Naharruri Sancto Emiliano pro remedio anime mee, et tibi Garsie abbati Sancti Emiliani et Sancto collegio ibi nocte dieque Deo servientium cum exitibus et regressibus, pascuis et montibus arboribus fructuosis et infructuosis; et quatuor solares populatos, et quinque heremos, et vnam sernam in Gallinero de suso: super Sancto Martino: duas terras a las Coviellas super sendero de Sancta Maria, que venit de Gallinero de Suso; vna terra sendersius de Sancta Maria, alia terra in Gallinero de Somo: alia terra iuxta fontem, tres terras, et partem meam illius terre quam tenet Andreas iuxta Sanctum Romanum, cum partem meam nucium et pirorum iuxta

viam de Grannionis: duas terras iuxta callem, vna terra iuxta rivum Nave: duas terras in returas: tres terras iuxta crucem de suso: vna terra iuxta crucem de iuso: duas terras in valle alta: tres terre que fuerunt vinee et duos ortos in Gallinero de iuso cum omni integritate, ut serviant Sancto Emiliano vsque in perpetuum. Domna Elvira vxor mea testis. Garsias et dompnus Munnio filii mei testes. Corvaran testis. Dompnus Clemens testis. Abbas Nunnus testis. Dompnus Justus de Herramellori testis. Sancius Didaci de Trepeana testis. Dompnus Johannes de Villa-Nasur testis. Munnius Petriz testis. Petrus Michaelis de Salas testis. Era millesima centesima nonagesima septima, idus iunii.

Num.º 421.

Era 1200: año 1162, á 19. de abril, dia jueves: gpt. .... gal. 221.

Ego igitur Fortunio Lupi presbiter de Trepeana tanta familiaritate ac libertate Garsie abbatis et monachorum Sancti Emiliani devictus, et peccatorum meorum ac scelerum, que a iuventute mea graviter deliqui, timore penarum infernalium ac scelerum, que a iuventute mea perpetritus, et anime mee medici ac subenire per elemosinam cupiens, per eam enim maxime peccata redimuntur ut ait Salomon divitie hominis redemptio anime ipsius sunt: et Daniel, rex redime peccata tua elemosinis, fortasse indulgeat tibi Deus: do beato Emiliano et tibi Garsie abbati ceterisque fratribus ibidem Deo servientibus presentibus ac futuris domum vnam, quam sumo labore ego in Trepeana funditus fundavi, ut serviat Sancto Emiliano in perpetuum. Siquis (las imprecaciones ordin.s &c.a). Facta carta in era millesima ducentesima, quarto decimo Kalendas maii, feria quinta, regnante Alfonso regis Sancii filio in Castella, comite Lupo dominante Naieram, et frater eius Sancio Didaci in Trepeana dominante. Dominicus Garsie, Rodericus Petri, Garsia Munnioni, Martinus Simeonis, Petrus Garsie, Rodericus Petri Martinus Dominici, Sancius Fortunionis, omnes isti de Trepeana sunt auditores et testes. Totaque conscio Trepeanensis favet huic facto, et assensum prebet.

Concilio.

Num.º 422.

Era 1201: año 1163 en abril: gpt. 138: gal. 235: Cajon E. 7.

legajo 1.º n.º 2.º

Rerum omnium Dominus et Conditor unus providens commoda humane saluti, rerum ecclesiasticarum, que in controversiam veniunt, sacro pacis federe potius vult prestringi, quam litigio terminari: res enim ecclesiastice concordia crescunt, discordie decrescunt. Cum itaque salutaris solicitudo omnium ecclesiarum sit pacem diligere in pacis dilectione siqua litigiosa in ecclesia Dei occurrerint, pietatis intuitu concordia sedare: controversiam Burgensis ecclesie, et monasterii beati Emiliani diutius agitatam, et a nullo predecessorum nostrorum actenus terminatam, iustius voto pacis compellimur terminare quam obstinata austeritate litigii contendere: pacis enim oleo et legum vino tota plebium massa in salutari statu concreta, felix coheret. Et ne factum nostrum posteros latere queat questionem Burgensis ecclesie, et transcationem monasteri beati Emiliani cum Burgensi ecclesia, memorie scripto commendare necessarium duximus: Burgensis ecclesia impetebat monasterium beati Emiliani super tertiis hereditatum predicti monasterii, que sunt in diochesi Burgensis ecclesie, asserens predictas tertias iure cathedralis ecclesie ad Burgensem spectare ecclesiam: abbas et monachi contra proponebant; monasterium beati Emiliani predictas tertias regia donatione et pontificali auctoritate quorundam episcoporum Burgensis ecclesie habere, et in perpetuum iure dotis habiturum instanter contendebant. Ad hanc itaque litem terminandam et radicitus in perpetuum extirpandam ego Garsias monasterii beati Emiliani abbas communi consilio et pari voto monachorum predicti monasterii Fernandi prioris, Gundisalvi sacriste, Sancii prepositi, Andree refectorarii, Stephani operarii, aliorumque omnium monachorum predicti monasterii hereditates illas, quas habemus in villa de Silos et in Acetores damus Burgensi ecclesie in perpetuum habendas et possidendas cum omnibus pertinentiis suis: et in robur conscripte pagine ducentos morabitinos, quos vel in mensa vel in usibus canonicorum ad eorum voluntatem expendendos exolvimus. Inde est quod ego Petrus Burgensis ecclesie episcopus auctoritate domini nostri Ihu Christi, et beate Marie, et beatorum apostolorum Petri et Pauli,

et aliorum apostolorum gratuita voluntate omnium canonicorum Burgensis ecclesie, prioris Michaelis, Martini archidiaconi, Johannis Roberti archidiaconi, Petri Mathei archidiaconi, Petri Obechez archidiaconi, Guidonis archidiaconi, Petri cantoris, Gundisalvi Sacriste, aliorumque omnium canonicorum Burgensis ecclesie absolvimus et concedimus monasterio beati Emiliani predictas tertias omnium hereditatum que sunt in Diochesi Burgensis ecclesie in perpetum habendas et possidendas et quicquid iure super his tertiis Burgensis ecclesia habuit, vel se habere hactenus interposuit, totum illum deponimus, et ex hodierna die sempiternum silentium super his tertiis omnibus successoribus nostris tam episcopis quam canonicis, tam futuris quam presentibus imponimus: Hanc solam exceptionem inducimus, quod si exhinc monasterium beati Emiliani regia donatione, seu potentum terre villas, terras, vineas, vel quamcumque hereditatem in diochesi Burgensis ecclesie adquisierit in illis nichil iuris nichil decimarum Burgensis ecclesie monasterium beati Emiliani sibi vsurpet, set ratum et illibatum Burguensi ecclesie conservet. Et quia contrata si incombulsa tenentur, manet gratia contraentium, ita si frustrantur imminet pernities defraudantium: ut huius transactionis robur ac valitudo in perpetuum solidata permaneat, vigore vtriusque ecclesie testium, eorumque subscriptionibus presentis pagine privilegium florere vtile ac necessarium duximus. Ego Petrus Burgensis ecclesie episcopus hoc privilegium laudo et confirmo et propria manu hoc signum facio ✠. Ego prior Michael laudo et confirmo. Ego Martinus archidiaconus laudo et confirmo. Gundisalvus de Sancta Cruce laudat et confirmat. Fernandus Fernandez confirmat. Dominicus abbas de Franducea confir. Rudericus abbas de Salas confir. Bermudus confir. Johannes de Villa-Aiuda confir. Petrus Johannes de Zorita confir. Omnis conventus Burgensis Ecclesie confir. Facta carta huius privilegii mense aprilis in era millesima ducentesima prima, regnante rege Ildefonso in regno patris sui regis Sancii. Siqua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona huius privilegii tenorem sciens, violare temptaverit

nisi congrua satisfactione emendaverit, reum se divino iudicio de perpetua iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo corpore et Sanguine Christi alienus fia, amen.

Num.º 423.

Era 1201: año 1163, a 27. de Septbre: got. 139: gal. 236: Cajon E. 7.
legajo 2.º n.º 1.º: y archivo de la S.ta iglesia de Calahorra.

Ne forte predecessorum nostrorum iusta iudicia posterorum malignitate in novam redeant questionem, huic scripto dignum mandari decrebimus: Quod venerabilis memorie Rodericus calagurritanus episcopus comuni suorum clericorum assensu contra venerabile monasterium sancti Emiliani super tertiis quorundam parrochialium ecclesiarum quandam vovit questionem, et quod pastorem illius ecclesie super predicta questione usque ad gravissima iudiciorum pertraxerit certamina. Recognoscens itaque vir ille religiosus calagurritanus episcopus se predictam controversiam minus provide movisse, potissimum elegit ab ea desistere, quam suam ecclesiam et monasterium sancti Emiliani sumptuossibus litibus et inanibus dispendis pregravare: Jussitque cartam presentem ad resignationem predicte litis conscribi, ne posteris nostris super hac re aliqua unquam possit oriri dubietas. Ipse equidem votum iuste resignationis adimplens in hec verba edixit. Ego Rudericus calagurritane ecclesie dictus episcopus de communi assensu fratrum nostrorum videlicet archidiconorum, prioris, totiusque conventus calagurritane ecclesie resigno tibi Garsie abbati et successoribus tuis et sancti Emiliani venerabili cenobio tertias et cenas ecclesiarum in diocesi nostra constitutarum super quibus minus circunspecte ego et fratres mei litem nos movisse cognoscimus; et omnibus successoribus nostris prefate questionis movende precludimus aditum, et quibuslibet, quod absit, ea movere adtemptantibus, auctoritate nobis a Domino commissa perpetuum imponimus silentium. Ecclesie autem, in quibus hec facta est resignatio, iste sunt: ecclesia sancti Martini de Barberana, Ventosa, ecclesia sancti Sebastiani iuxta Naiaram sita, Cardinas, Terrero, ecclesie sancte

Marie de Badaran, Villagonsalvi, villula Sancti Georgii, Lederma, Bobatella, Colia, Cordovin, ecclesia Sancte Marie de Cannas, et Sancte Marie de Sorores, ecclesiola Sancti Emiliani de Alesanco, ecclesia Sancti Tirsi de Canellas, Villarigo, Sancta Maria de Bannares, Padullegga, Zofiuri, Albiano, Mauruzuri, Ternero, ecclesia Sancti Martini et Sancti Michaelis de Grannone; exceptis tertiis de Camprobin et tertiis de Madriz, quas nobis et ecclesie nostre voluntate, similiter et assensu totius capituli vestri accepimus in perpetuum, et retinemus habendas. Siquis autem Successorum nostrorum hoc factum infringere adtentaverit, sit ei anatema maranata et cum iuda proditore in baratrum inferni detrudatur, et perpetuis non careat supliciis. Facta carta quinto Kalendas Octobris, die sexta feria, in era millesima ducentesima prima. Ego Rudericus Calagurritane ecclesie episcopus huic instrumento subscribo, ac roborando propria manu hoc signum ✠ facio. Ego Garsias Calagurrensis archidiaconus subscribo et hoc signum ✠ facio. Ego Dominicus archidiaconus Alabensis subscribo, et hoc signum ✠ facio. Ego Ferrandus archidiaconus subscribo et hoc signum ✠ facio. * Ego Didacus precentor subscribo. * Ego Sancius Calagurrensis ecclesie prior subscribo, et hoc signum ✠ facio. Ego Calbetus Sacrista subscribo. Ego Fanco operarius ecclesie subscribo. Ego Gonsalbus diaconus subscribo. Ego Nazarenus subscribo. Regnante rege Alfonso Sancii regis filio in Naggara, et in tota Castella: quinto Kalendas marcii in festo venerabilium martirum Emeterii et Celedoni est roboratum hoc instrumentum in capitulo Calagurritane ecclesie, presente predicto Roderico episcopo cum omnibus calagurritanis canonicis.

Num.º 424.

Era 1203: año 1165, á 14 de septre, dia martes: got. 141. gal. 65. b.º

Sub nomine personarum patris et filii et spiritus Sancti. Ego Didacus Didaci de Blascuri pecatorum meorum recordatione compunctus, de his, que michi temporaliter Dominus largiri dignatus est, gratuito

animo et spontanea voluntate decrevi offerre Deo et Sancto Emiliano quatinus precibus beatissimorum confessorum Emiliani et Felicis et omnibus monachorum ibidem Deo regulariter servientium inextinguibilia inferni merar evadere incendia, et cum celicolis in eterna regnare sine fine gloria, amen. Offero igitur et dono quicquid habeo in Villa-Porkera iure hereditario ab omni integritate, scilicet, quatuor collaceos populatos Gomiz Sancii, Furtunius Sancii, Munnio Fortunii Garsea Garseiz; et tres solares iermos cum sua divisa, et quinque terras, quarum prima es subtus viam iuxta Sancti Tome ecclesiam altera est in medio duarum viarum circa Sanctum Tomam, alia est in capite huius terre iuxta terram Garcie Garciez de Villoria, alia in medio duarum viarum habens ad caput quemdam nocarem et aream, alia iuxta ferraginem habens ad caput tres nocares: Et tres vineas una earum in superiori pago circa vineam Sancii de Suso; altera iungitur iste; tertia vero in inferiori pago circa vineam Garsie regis cuiusdam rustici de Vannares. Hoc totum dono Deo et Sancto Emiliano et tibi Garsie eiusdem cenobii abbati, et omnibus monachis tam presentibus quam futuris, quod habeatis hoc donatum iure hereditario per omnia secula. Siquis (las imprec.s ordinar.s &c.a). Facta carta sub era millesima ducentesima tertia, feria tertia, decimo octavo Kalendas octobris. Domna Enderchina eiusdem Didaci Didaz uxor huius rei testis. Bernaldus Didaci eius filius testis. Lupus Didaci eius filius testis. Gilus Didaci eiusdem filius testis. Gundisalbus Didaci et Sancius Didaci eiusdem filii testes. Domna Rama et domna Ozenda eiusdem filie testes. Garsia Garciez eiusdem gener testis. Ferrandus Gonsalvez eiudem gener testis. Simeon Garsiez eiusdem gener testis. Didacus Didaci Covo eiusdem frater testis. Petrus Garsiez de Zamora testis. Tellus Petrez et Garsia Petrez filii Petri Gonsalbez de Alba testes. Alfonso puerulo Sancii regis filio regnante in omni Castella. Rege Ferrando eiusdem puerulo avunculo regnante in omni Gallecia. Sancio rege Garsie regis filio regnante in Pampilona. Comite Lupo dominante Naiere.

No subsiste Villaporquera: pero su termino esta unido con el de Bañares: y en este tiempo eran diversas Villas, a saver dha V.a porquera y V.a de Bañares:

Num.º 425.

A 19 de junio del año de 1165: Becerro bulario fol. 35. b.º

Alexander episcopus servus servorum Dei: venerabilibus fratribus Burgensi et Calagurritano episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis dilectus filius noster abbas Sancti Emiliani, quod Oxomensis episcopus ecclesiam Sancte Marie de Tera, et ecclesiam Sancti Andree de Soria contra iustitiam detinet occupatas. Cumque dilectus filius noster Jacintus diaconus Cardinalis tunc in partibus ispaniarum apostolice sedis legatus Calagurritanum episcopum et venerabilem fratrem nostrum Palentinum episcopum super his iudices delegasset, predicto abbati sub vestro examine respondere contempsit: Quia igitur memorato abbati in iustia sua deesse non possumus nec debemus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus memoratum episcopum diligentius moneatis, et districtius compellatis: ut vel ablatas ecclesias sibi restituat, vel in presentia vestra iustitie sibi complementum exhibeat: quod si legitime citatus ad presentiam vestram super hoc responsurus venire contempserit, sepedictum abbatem in possessione auctoritate apostolica inducatis. Datis Turoni quinto idus junii.

Num.º 426.

Era 1204: año 1166, a 13 de Abril, dia Sabado: gpt. 141: gal. 237.

Cajon V. 12. rollo 4.º n.º 12. Copia autorizada.

In nomine Domini nostri Jhu Christi, amen. Hec est carta transactionis, quam facta est inter domnum Johannem episcopum Oxomensem, et abbatem Garsiam Sancti Emiliani super controversiam que versabatur inter eos et eorum ecclesias pro ecclesia Sancte Marie de Thera cum omnibus pertinentiis suis, et pro ecclesia Sancti Andree de Soria coram domno Burgensi episcopo Petro, et domno Roderico Calagurritano episcopo, qui ambo in eadem causa a domino papa iudices fuerant delegati. Controversia nempe talis erat: petebat namque ecclesia Sancti Emiliani ab Oxomensi episcopo ecclesiam Sancte Marie de Tera, dicens, suam esse, et eadem

ecclesiam iure propietario ad se pertinere asseverabat quorundam instrumentorum, que habebat a duobus regibus, scilicet, a rege Garsia et a rege Aldefonso: primus namque rex Garsias illam ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis illis donaverat: Secundum quidem instrumentum protestabatur, quod in nova populatione illius terre successor ipsius rex Aldefonsus eandem donationem illis confirmavit, et sicut eiusdem instrumentum aprobat, terminos qui ad eandem ecclesiam pertinere deberent diligenter distinxit. Et dicebant etiam monachi Sancti Emiliani quemadmodum ad Oxomensem episcopum pervenerat: nam abbas Petrus Tirasonensi episcopo Michaeli predictam ecclesiam in prestimonium dederat, qui idem episcopus eam cuidam Soriensi Clerico nomine Johannes Telles pignori obligavit, qui postea in Oxomensem episcopum esse electum, et ante suam consecrationem rebus humanis exemptum; et sic deinde penes ecclesiam Oxomensem contra iustitiam remanssit: Ad hoc autem probandum, scilicet, ut in prestimonium episcopo Michaeli sic data fuit, tres testes produxerunt, plures si tunc opus essent producturi. In contrarium Oxomensis episcopus dicebat, ecclesiam Sancte Marie de Thera ad ius suum pertinere, et suam ecclesiam ex donatione cuiusdam regis nomine Aldefonsi aragonensis predictam ecclesiam cum omni iure suo asequtam proponebat; quod totum eiusdem regis instrumento firmiter probare conabatur: privilegia Romanorum pontificum, quibus easdem ecclesias ad ius oxomensis ecclesie pertinere probabat. in medium profferebat: et insuper prescriptionem temporis ad ius suum suficienter defendendum opponebat. Ecclesiam quoque Sancti Andree de Soria, monachi Sancti Emiliani ad se pertinere iure propietario dicebant: Nam inter alias presuras, que fiebant, quando Soria populabatur, abbas Petrus suam presuram ibidem, sicut asseverabant, accepit, et in propria presura ecclesiam fundavit; et continue ecclesia Sancti Emiliani illam in pace tenuit; donec Sancti Andree, per archidiaconum Soriensem nomine Gaufredum, Vicarius Sancti Emiliani per violentiam exinde fuit eiectus, episcopo domno Johanne ratum habente, et possessioni eiusdem ecclesie

D.n Alonso el Batallador rey de Aragon. Año 1118.

usque ad tempus presentis transactionis incumbente. E contrario episcopus Oxomensis dicebat, ecclesiam Sancti Andree de Soria ad ius Oxomensis ecclesie pertinere, quia in sua diocesi de novo surrexerat, ideoque ad eum et ad eius ordinationem omnimodo pertinebat. Denique de consensu utriusque ecclesie super istis controversiis talis concordia est celebrata: Quod dominus Oxomensis episcopus prenominatam ecclesiam de Sancta Maria de Thera cum omnibus pertinentiis suis, quas ipse dominus possidebat, vel alius nomine ipsius, ecclesie Sancti Emiliani restituat, et ut eos in omni pace et quiete de cetero possidere permiteret, promissit: monachi vero in eadem ecclesia tertiam partem decimarum ex laicis percipiendarum episcopo Oxomensi in pace habendam concesserunt: hoc et inter eos convenit, ut clericus per abbatem presentetur, et ab episcopo curam animarum suscipiat, qui de spiritualibus et de his, que ad episcopum pertinent, episcopo respondeat: pro temporalibus vero abbati debitam subiectionem exhibeat, et fideliter rationem reddat. Aliam insuper ecclesiam scilicet Sancti Andree similiter in pace dictus dominus restituit, tertia parte que tam de iure quam de consuetudine Oxomensis ecclesie diocesano episcopo persolvitur, ipsi episcopo reservata, et ut ordinatio clerici eodem modo per omnia sicut in superiori ecclesia diximus, in ista celebretur. Ad hoc autem, ut hec concordia rata et in perpetuum inviolata permaneat dominus episcopus spontanee promissit, ut si quodcumque vel ipse vel successor contra hanc transactionem venire niteretur, primo loco centum aureos monachis Sancti Emiliani solvere cogeretur. Hec autem convenientia facta est in concilio Segoviensi presente et auctore domino Johanne Toletane sedis archiepiscopo et ispaniarum primate, et domino Petro Burgensi episcopo, et domino Roderico Calagurritanesi episcopo, qui ambo sicut dictum est in eadem causa a domino papa iudices fuerunt delegati. Facta carta in era millesima ducentesima quarta. Ego Johannes Dei gratia toletane archiepiscopus licet indignus et ispaniarum

primas dictus confirmo, et sigillo meo corroboro. Ego Petrus Burgensis, dictus episcopus in hac carta a domino papa delegatus confirmo et sigillo meo munio. Ego Rodericus calagurritanensis episcopus in hac causa a domino papa delegatus confirmo et sigillo meo munio. Ego Sancius Avilensis episcopus confirmo. Ego W. Secobiensis episcopus confirmo. Ego C. Segontinus episcopus confirmo. Ego Petrus Sancte Romane ecclesie Subdiaconus interfui. Ego Gundisalvus Sacrista Oxomensis ecclesie confirmo. Ego Seginufus canonicus Oxomensis confirmo. Ego Ardericus Oxomensis canonicus interfui et laudo. = Hec transactionis carta fuit roborata in Oxomensi capitulo presente Johanne episcopo quinto idus aprilis die Sabbati. Ego P. toletane sedis archidiaconus confirmo: ego Michael abbas Sancti Petri de Aslansa testis. Ego G. archidiaconus confirmo. Ego Barnericus canonicus Oxomensis ecclesie confirmo. Ego Johannes Petri cantor confirmo. Ego G. canonicus Oxomensis confirmo. Ego Johannes Canonicus confirmo. Ego Ws. canonicus confirmo. Ego Gundisalbus Sacrista oxomensis ecclesie ecclesie confirmo. Ego Bernardus confirmo. Ego Garsias Sancti Antonini et Oxomensis ecclesie canonicus confirmo. Ego Johannes Oxomensis episcopus canonicus confirmo. Ego Salvator confirmo canonicus Oxomensis. Ego Julianus canonicus Oxomensis confirmo. Ego Petrus de Andalus Oxomensis episcopus confirmo.

Num.º 427.

Nota. Ed 1.º la Rel nº. 429.

Era 1205: año 1167, á 7 de julio: archivo dicho de Calahorra, titulo mesa capitular leg. 1.º n.º 1. y 2.º

In Dei nomine. Cunctis clericis et ecclesie prelatis pernecessarium est et congruum loco religioso ubicumque potuerint propagando dilatare, et Dei servis consilio et auxilio subenire. Ea propter ego Rodericus Dei gratia calagurritanus episcopus cum assensu et voluntate totius ecclesie eiusdem conventus dono et concedo fratribus templi Jherosolimitani episcopalia iura,

que habeo in ecclesia de Alcanadre, salva nostra et successorum nostrorum dignitate et reverentia atque iustitia, excepto quod vocatus capellanus veniat ad sinodum et accipiat ab episcopo curam animarum et obediat in ecclesiasticis, et cognoscant calaguritanam ecclesiam: indeque oleum et chrisma accipiant singulis annis, et annuatim persolvant in festivitate Sancti Martini milites templi tres morabetinos ecclesie calaguritane: et de termino de Arador, quod operati fuerint proprio cultu et vomere, medietatem tertie decimarum: populatores, vel collacii seu qualesumque agriculores qui operati fuerint in termino de Arador tertiam decimarum episcopo et ecclesie calaguritane persolvant. Fratres et supradicti quidquid agrorum seu vinearum proprio vomere vel sumptibus operati fuerint in toto episcopatu nostro, ex eo nobis medietatem decimarum reddant. Hec igitur omnia, sicut scripta sunt, pro amore Dei, et fratris atque amici nostri Petri Martini, ego Rodericus episcopus concedo et confirmo cum omni calaguritane ecclesie capitulo, et sigillo corroboro. Facta itaque donatione et scripto in era millesima ducentesima quinta, nonis iulii, adstante et confirmante Sancio priore: G. archidiacono calaguritano: D. Alabensi archidiacono: P. Berbericensi archidiacono: D. Naiarensi archidiacono: D. precentore: K. Sacrista: P. operatore: et omni conventu calaguritano ecclesie adstante, et confirmante. Petrus Albaidensis ecclesie suprenominate scripsit canonicus.

Num°. 428.

Era 1205: año 1167: got. 142: gal. 66.

Sub Christi nomine. redemptoris nostri. Ego Domna Uraca uxor Petri Gonsalbi de Alba pro remedio anime mee et parentum meorum bono animo et spontanea voluntate offero Deo et sanctis altaribus beatorum confessorum Emiliani et Felicis duos collaceos populatos et unum solare in Vannares, quorum nomina hec sunt, Martino Ferrero, et Dominico filio Iuste: domus Martini Ferrari est circa domum Didaci, et domus Dominici est circa domum Michaeli Sanz

gez, et solare est circa domum Tote sororis. Hos duos collaceos et solare dono et corroboro in presentia filiorum meorum Deo et Sancto Emiliano, ut sint iure hereditario sub iure Sancti Emiliani per cuncta secula seculorum, amen. Siquis vero ex meis propinquis vel extraneis hanc meam donationem tam devotissime Deo et sancto Emiliano oblatam, Garsia abbate monasterium Sancti Emiliani regente, retemptare ausus fuerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda Domini proditore in inferno sine fine dampnatus, et regali fisco persolvat tres libras auri, et duplum ad regulam. Facta carta sub era millesima ducentesima quinta, regnante rege Alfonso puerulo regis Sancio filio in toleto et in omni castella, sub eius gratia dominante Naggare comite Lupo Didaz. Tellus Petrez eiusdem filius testis. Petras Petrez, et Martin Petrez et Maria Petrez, et Ferran Petrez et Mikael Petrez eiusdem filii testes. Urraka Petrez, et Maria Petrez et Tota Petrez eiusdem filie testes. De Vannares sunt testes Sancius presbiter minor, et Garsea presbiter, et Dominicus Sancii presbiter, et Lupus puer scolarius testes. Ennecus medicus plagarum testis. Ortu Arcania testis. Petrus Cozcorrita testis. Aparicio testis.

Num.º 429.

Era 1205: año 1167, á 31. de Enero: got. 142. b.º gal. 231.

Nota: 1.ª del presente año. } In nomine Domini nostri Ihu Christi, amen. Regali nempe convenit dignitati, queque loca ad Dei honorem constituta diligere, et ea regalibus donis ditare. Quapropter ego Aldefonsus Dei gratia rex dono et concedo Deo et beati Emiliani de la cogolla, et vobis dompno Garsie eiusdem ecclesie abbati et monachis vestris presentibus atque futuris pro animabus avi mei et patris mei bone memorie regis Sancii, nec non et pro salute anime mee unam aldeam, que vocatur Embit, et est in termino de Opte: et terminum istius aldee sic dividitur: de los Collados in antea et cum

illa valle, qua Succar decurrit, et de serra ad serram; cum terris, pascuis, pratis, rivis, molendinis, piscarijs, montibus, fontibus usque ad pontem de Conca: cum ingressibus et regressibus, et cum omnibus pertinentiis suis, iure hereditario habere in perpetuum dono inquam et libenter concedo suprascriptam aldeam cum omnibus suis pertinentibus vobis predicto abbati vestrisque successoribus tali modo, ut eam cum cunctis iam dictis terminis vos atque successores vestri amodo liberam et absolutam habeatis et in perpetuum possideatis: unde iubeo, ut hoc meum donum semper stabile maneat et reatum. Siquis (las imprec.s ord.s &c.a) Facta carta in Toleto pridie Kalendarum februarii, era millesima ducentesima quinta, regnante rege Aldefonso in Toleto et in Extrematura et in Naiera et in Asturiis. Et ego Aldefonsus rex, qui hanc cartam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo. Comes Lupus confirmans. Celebrunus toletane sedis electus confir. Raimundus Palentine episcopus confir. Petrus Burgensis episcopus confir. Rodericus Kalagurritanus episcopus confir. Sancius Avilensis* episcopus confir. Johannes Oxomensis episcopus confir. Comes Albarus confir. Comes Nunio confir. Comes Petrus de Lara confir. Gomez Gundisalvi confir. Gundisalbus Rodriz confir. Sancius Didaci confir. Petrus Gontritij confir. Suverus Pelagii confir. Martinus Garsie confir. Garsias Martini confir. Melendo Lampadez alcalde in toleto confir. Petrus Didaci alcalde in toleto confir. Stephanus Juliani algazil confir. Dominicus Cidez Almoserif confir. Orti Ortiz alchaiat in toleto confir. Et de Opte, Dominico Bodalo iudez confir. Petro Johannes tartamudo confir. Vicent Annaia confir. alcaldes de Opte. Pedreion confir. Dominico Munioz confir. Johannes Obeco confir. Stephano Mikael confir. Milian confir. Sarracin confir. Dominico de Soria confir. Blasco Felices confir. Et toto Concilio de Opte: et exterminatores istius hereditatis Garcia Munnioz et Dominico Munnioz de Soria.

Nota:

Gontij.

Num.º 430.

Era 1206: año 1168, á 16 de junio: got. 137: gal. 58

Fuero dado á los Vnos de Cihuri y Pauleja.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sesagesimo octavo, regnante rege Alfonso in omni Castella et Extrematura, rege Fredinando huius avunculo in Gallecia, rege vero Sancio in Pampilona;

Nota: * en el becerro gotico enmedaron, ó por mejor decir rasparon y supusieron el avilensis en naiarensis: con el fin de dar obispo en Naxera distinto del de Calahorra. Argaiz soledad laureada en la iglesia de Calahorra cap. 48. este es el impostor

ego Garsias Dei gratia beati Emiliani monasterii humilis minister omnesque monachi ibidem regularem ducentes vitam, facimus cartam bono animo et spontanea voluntate vobis omnibus hominibus in villis Zofiuri et Padulegga habitantibus tam futuris quam presentibus de foro, quod semper debeatis habere vos et filii vestri seu generatio vestra per cuncta secula seculorum temporalium secula. Tale igitur donamus et corroboramus vobis forum, ut unusquisque vestrum qui sit integratus, pectet seniori domus Zofiuri in uno quoque anno singulos almudes tritici, et singulos ordei mense augusto, et singulas camelas vini in vindemiis, et singulos solidos denariorum a Sancto Mikaele usque ad festum omnium Sanctorum. Qui vero non fuerit integratus iuxta forum suum, pectet quod sibi contigerit. Operemini in uno quoque anno in labore supradicte domus Zofiori septem diebus. Donetis etiam solitum prandium in uno quoque anno abbati Sancti Emiliani. Facta carta huius fori corroborationis sub era millesima ducentesima sexta, decimo sexto Kalendas iulii. Siquis vero hanc cartam et hoc forum a nobis vobis tam benigne donatum, infringere retentare aut contrariare voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda traditore in inferno submersus, amen. Prior Ferrandus testis. Lupus prepositus testis. Prior Julianus testis. Lupus Lopez de Villa-lhovar testis dominans Zofiuri. Blasius sacrista testis. Petrus refictorarius testis. Sancius comitis Lupi filius testis. Stephanus camerarius testis. Eximinus cellararius testis. Omnes seniores Sancti Emiliani sunt factores et testes. Habeatis semper in villa iudicem, et saionem.

Num.º 431.

Era 1207: año 1169: archivo de monjas de Cañas. Cajon de Quintanilla de San Garcia.

Cunctis divinam paginam diligenter intuentibus liquet quatinus cum considerantur que et quanta sunt, que promituntur

in celis, parvipendunt animo illa, que possidentur in terris. Hac ratio considerata pro spe futurorum bonorum, que in centuplum accepturi sumus, et pro remissione peccatorum nostrorum facimus titulum donationis, quem in tantum rigorem iustitie positum esse cognoscimus, ut quicumque irrumpere presumpserit, non tantum suarum rerum in commodum, verum etiam omnipotentis Dei iram proculdubio debet incurrere. Divina igitur gratia administrante, ego comes Lupus et uxor mea domna Aldonza comitissa, quorum hec hereditas pertinet; sub nomine et honore domini nostri Jhu Christi, cuius regnum et imperium permanet in eternum; facimus, ut predictum est, cartulam donationis Deo et ordini de Cistellis ibique Sororibus servientibus et omnibus successoribus eorum illud monasterium Sancte Marie de Faiola, illam hereditatem quod nos habemus in Quintaniella de Sant Garcia ab integro, cum omnibus terminis suis, et cum illa villa suprescripta, cum solaribus, terris vineis, pascuis, montibus, rivis, molendinis, atque cum omni exitu et regressu. Damus itaque et concedimus, ut asignatum est, ut iure hereditario illud monasterium scilicet Sancte Marie de Faiola habeatis et in perpetuum possideatis. Siquis autem ex nostris vel extraneis temerario ausu vel diabolico exagitatus instinctu hanc cartam et hanc donationem a nobis factam, et in cocilio legitime roboratam, frangere vel disturbare aut inquietare voluerit; sit maledictus et excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno perpetualiter damnatus, et insuper centum libras auri purissimi regi terre persolvere cogatur, nec non illud monasterium duplatum vobis vocem vestram reddat. Facta carta huius donationis sub era millesima ducentesima septima, regnante rege Ildefonso filio regis Sancii in Toleto et in Extremadura et in Burgos; dominante sub eo Naiara comes Lupus; alcaiat in illo castello don Calvet, merino don Garcia Stevanez, alcalles don Garcia Salvador et don Martin, Saiones Dominicus Navarro et Lop. Rex Ildefonsus toletanus regnante in Castella confirmans. Rex Fernandus regnante

in Legione confix. Rex Sancius in Navarra regnante confix. Archiepiscopus Dompnus Celebrun confix. Rodericus episcopus Calagurrensis confix. Abbas Garsias Sancti Emiliani confix. Abbas Johannes Vallisveraxie confix. Abbas Petrus Sancti Domini confix. Comes Lupus de Navarra manu sua confix. Petrus Galindez confix. Martinus Lupi confix. Garsias Rodrici confix.= Gonzalbo Roiz de Buxova concedit. Gomez Gonzalvez concedit. Petro Semenez concedit. Garcia Iacon concedit. Sant Diaz de Leiva testis est. Diago Gonzalez de Terbias testis est. Pelayo Asnaxez de Terbias testis est. Petro Garciez de Villasanco testis est. Lope Furtunionez de Castroviejo testis est. Fortun Sanz de Maixes testis est. Fortat de Daroca testis est. Calvet de Bovadiella testis est. Petrus Foxes testis est.

Num.º 432.

Exa 1208: año 1170: qoz. 100.b.º qal. 83. b.º

In Dei nomine. Ego Munno filius de Faca Munno, et mea mater Faca vendimus tibi Dompno Fernando monacho Sancti Emiliani totam nostram partem, quam habemus in illo molino de Terradiello pro uno morabitino, et iam sumus bene pacati, semper serviat Sancto Emiliano et Sue Domui de Secobia per secula. Munio Belasco testis. Dominico Munnoz testis. Munno Vrquisso testis. Garcia Beila testis. Ego Anna et meo germano Iacobe, et mea filia Maria Ennecoz vendimus tibi Dompno Fernando monacho Sancti Emiliani totum nostram partem, quam habemus in eodem molino de Terradiello pro uno morabitino, de quo sumus pacati, et semper serviat Sancto Emiliano et Sue Domui de Secovia Cornelio testis. Dominicus Sancii testis. Blasco Munnoz testis. Blasco filio de Dominico Pelligero testis. Regnante rege Alfonso in Secobia et Toleto, et Naiera. Facta carta in era millesima ducentesima octava. Iudex in Secobia Blasco Flain. Episcopo Guillelmo regente Secobiam.

Num.º 433.

Era 1209: año 1171: got. 69. b.º gal. 141.

In Dei nomine. Nos omnes filii Ferrandi Bermudez videlicet Lupus Ferrandez, Gonsalbo Ferrandez, Roderico Ferrandez, Martinus Ferrandez, Ermildus Ferrandez, Elvira Ferrandez, Sancia Ferrandez, Maria Ferrandez, et toti alii bona et sana voluntate offerimus Deo et Sancto Emiliano et sancto Clementi, et tibi patri spirituali Garsie abbati totisque senioribus Deo et Sancto Emiliano servientibus unam terram in Ballartiella pro anima patris nostri Ferrandi Bermudez, de una parte iacet terra Sancie Ferrandez, de alia vero terra de filiis Munionis Blaschez, ex una parte currit ribulus in quo est situs molendinus, ex altera vero est via. Siquis vero (las imprec.s &c.a). Facta carta mense ianuario in era millesima ducentesima nona, regnante rege Alfonso in tota Castella, sub eius gratia dominante Borovie Gonsalbo Roderici, Oriolo merino. Rodericus Didaci de Salas testis. Petrus Xemenez presbiter de Ballartiella testis. Ferrandus Martinez presbiter de eadem villa testis. Petrus Dominici, et Dominicus Petri, et Munio Xemenez, et Petrus Michaeli, et Martinus Munnioz, et totum concilium de Ballartiella testes.

Num.º 434.

Era 1209: año 1171: Cajon V. 12: rollo 1.º n.º 5.º

In nomine Sancte et individue Trinitatis patris et filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Johannes Stephanez filius de Stephan Ensaricht et uxor mea Maria Roberth talis nobis venit voluntas vel accessit necesitas, ut vendimus vobis emptori nostro domno Gomiz Vermudez unum parrale quem habeamus in ipsa glera de Sancto Juliano pretio quod nobis et vobis complacuit, id est per centum morabetinos, et de ipso pretio nichil remansit pro dare apud vestram partem, cum suo albaroc bene complito; et habet allatenos ille parral supra scriptus ex una parte orientis ipsum ribum molinarem, que vadit ad ipsos molinos Sancti Juliani, qui sunt de Sancto Emiliano iuxta ipsum parrale de rege, ex parte vero occidentis ipsum parra

Molinos de S.n Julian, q.e son de S. Millan.

lem de Petro Paian, qui fuit de Garcia Merino; ex parte autem aquilonis ipsam terram, que vadit ad sanctum Julianum cum ipso parrale, qui fuit de Stephano Renalde, et de Petro Lautiha. Et sunt fidiatores de hoc facto Roderico Semenez, et Stephan Enneguez. Et sunt testes huius venditionis Didago Alfons, Petro Teresa, Petro Semenez, Martin de Naiara, Petro de Naiara, Ferraguth, Dominicus prior Sancti Jacobi, Garcia Pitella, Ferraguth, Boneth filius de la Polgareta, Aparicio, Petro Paian, Elias cambiador, Juan de Burgos, Garcia Longo, Bernalth Aguiher, Bernal cambiador, Joan Malgarnith, Godefre Aleman, Tolihes, Marches, Stephan de Soria. Stephan Brunt. De mulieribus donna Hurracha mulier de alcalde Pardo, la Polgareta, Maria Paschual, Saniha mulier de Petro Bordon, donna Maria mulier de Clement: ut ab isto in antea possideatis et habeatis iure hereditario vos don Gomez Vermudez et omnis generatio vestra, et qui de vobis fuerint vel exierint illum parralem superius nominatum ad dandum vel vendendum vel ad omem vestram voluntatem faciendum per cuncta secula, amen. Siquis (las imprec.s &a). Facta carta era millesima ducentesima nona, regnante Aldefonso rege filio regis Sancii in Toleto in Extrematura, in Burgos, in Naiara et in Calagurra, sub eo dominante Naiaram comite Nuno, alcaide in ipso castello sive in ipsam villam Diago Alfons, sub eo merino Ferrando et scurrente iudicio per Martin Blasquez et Johannes abbat, saiones Martin Quoiso. Johannes Naiarensis capellanus scripsit.

Num.º 435.

Era 1209: año 1171, á 22 de junio: got..... gal. 238.

In Dei nomine amen. Decet regie potestate aliquem sibi fideliter servientem donis remunerare. Ea propter ego Ildefonsus Dei gratia ispaniarum rex una cum uxore mea Alienor regina dono et concedo vobis Martino Lupi quantum habeo in Lograro, et monasterium Sancti Bartolomei cum omnibus casares qui sunt super et subter

ponte usque ad aream de Yela Diaz: et quantum habeo in Exertos, et in Extrada, et in Sancto Vincentio, et in Faiolas; totum ex integro videlicet cum terris vineis pratis pascuis ribis molendinis cum arboribus et nemoribus et cum omnibus terminis et pertinentiis eorum iure hereditario, ut habeatis in perpetuum vos et tota successio vestra, et faciatis de illis quicquid vobis placuerit absolute. Siquis vero hoc meum factum rumpere voluerit, iram Dei omnipotentis habeat, et regie parti mille aureos persolvat. Facta carta apud Sanctam Mariam de Fusellis era millesima ducentesima nona, decimo Kalendas iulii. Et ego rex Ildefonsus regnans in Toleto, et Castella, in Naiera, et Extrematura hanc cartam propria manu roboro et confirmo. Cenebrunus toletanus archiepiscopus confirmans. Petrus Burgensis episcopus confir. Rodericus Calagurritanus episcopus confir. Comes Albarus confir. Comes Nunnez confir. Comes Gomiz confir. Petrus Roderici filius comitis confir. Gundisalbus Roderici confir. Rodericus Guterz confir. Lop Diaz de Mena confir. Don Lop de Fridas confir. Lop Diaz merinus regis confir. Adefonsi signum ✠ regis ✠. Rodericus Gundisalbi alferiz regis confir. Petrus Garsie maiordomus curie regis confir. Petrus regis notarius scripsit.

Num.º 436.

Era 1209: año 1171, á 6 de noviembre: got. 131. b.º gal. 24:

Cajon A. 6. titulo Badaran. legajo. 1.º n.º 4.º

In nomine Domini, amen. Decet reges predecessorum suorum decreta et dona illibata conservare, et conservata augere. Ea propter ego Ildefonsus Dei gratia ispanie rex una cum uxore mea Alienore regina donationem de Villa Dolquit, quam Sancti Emiliani monasterio Ildefonsus avus meus ispaniarum quondam imperator famosissimus donavit, laudo et confirmo, et in perpetuum ratam esse manendo: et insuper iam dicto monasterio et vobis domno Garcie eiusdem abbati et monachis ibidem inibi degentibus presentibus ac futuris pro remedio anime mee et parentum meorum de eadem villa cum omnibus sibi pertinentibus cartam confirmationis et donationis semper valituram facio, eamque ex integro

vobis habendam iure hereditario concedo. cum terris, vineis, pratis, pascuis, rivis, molendinis, cum casis et collazis, cum montibus et fontibus cum arboribus, et vaccaritiis et defesis cum cultis et incultis, cum ingressibus et regressibus, et cum omnibus terminis et pertinentiis suis habendam et possidendam, ut dictum est in perpetuum. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta apud Naiaram era millesima ducentesima nona, secundo nonas novembris. Et ego Ildefonsus rex regnans in Toleto et Castella, in Naiera et Extrematura hanc cartam fieri iussi, eamque manu propria roboravi. Signum ✠ regis Aldefonsi. Rodericus Gundisalvi alferiz regis confirmans. Petrus Garsie maiordomus curie regis confirmans. Cenebrunus Dei gratia toletane sedis archiepiscopus et ispaniarum primas confirmans. Rodericus Naiarensis episcopus confir. Petrus Burgensis episcopus confir. Raimundus Palentinus episcopus confir. Comes Nunno confir. Comes Pontius confir. Comes Vela confir. Comes Albarus confir. Petrus Roderici filius comitis confir. Gondisalbus Roderici de Boroba confir. Gondisalbus Roiz el Duc comitis confir. Albarus Roiz de Guzman confir. Petrus Roiz frater eius confir. Rodericus Gutierez confir. Guter Pelaez merinus regis confir. Petrus regis notarius, Raimundo existente cancellario, scripsit.

Num.º 437.

Era 1210: año 1172, á 11. de noviembre: got.... gal. 213.b.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Lop Lopez de Osma in articulo mortis positus, peccatorum meorum rememorans bona ac spontanea voluntate dono et offero Deo et Sancto Emiliano pro anima mea unum collaceum in Bozo, et omnem hereditatem quam habeo ibi ab omni integritate: et illam meam sernam, que est inter Sancta Gadea et Ancio. Facta carta sub era millesima ducentesima decima, tertio idus novembris. Dompus Marinus archidiaconus Burgensis testis. Fernandus Pardo testis. Didacus Lopez testis. Magister Johannes testis. Johannes German testis.

Munius Petrez armiger eius testis. Sancius Ferrandez armiger eius testis. Martin Ferrandez armiger eius testis.

Num.º 438.

Era 1211: año 1173: got. ... galic. 43.

Sub nomine Christi. Ego dompna Helisabet pro remedio anime mee, et patris et matris mee, et remissione mariti mei, atque filiorum, sincero animo ac spontanea voluntate offero ad atrium sanctorum cofessorum Emiliani et Felicis, tibique Garsie abbati, ceterisque monachis ibidem regulariter Deo servientibus unum hospitale in Azofra iuxta caminum Sancti Jacobi limina petentium, cum sua ecclesia Sancti Petri ad tumulandos peregrinos circa caminum fundata, et cum suo parrale, et sua serna circa se sita, quam michi dedit ac roboravit domnus Alfonsus rex. Dono quoque cum supradicto hospitali ex meo proprio iure unam terram in vadiello de iudeis circa terram de Godo Garciez, et Sancio Garciez de Alesanco: et quatuor vineas, tres sunt in paldeggas, una istarum est circa vineam filiorum Simeonis Enneconis, ex alia parte est vinea Garsie Palaciani, altera est circa vineam filiorum Munionis Palaciani, ex alia vero parte desursum est vinea Sancii Gonzalvi; tertia est de illa corva circa vineam Garsie Palaciani; quarta est super viam de Cironia circa vineam filiorum Simeonis Enneconis, ex alia parte est vinea Maioris filie Sancii Blaschez. Et tres collazeos, duo sunt in domo prioris hospitalis, domus ista est circa aream filiorum Azenarii Michaelis: alia domus est inter domum Martin Garciez et predictam aream: et unum malleolum in maleolis de Azofra super viam, qua vadunt ad Formiellam, ex una parte est malleolum filiorum Johannis Tavivi: Et una terra in Salobre in sinistra parte, parte de semita, qua vadunt ad Formiellam: altera terra in fonte pudia iuxta terram de Lope Ferrandez. Hec omnia ut supra scriptum est, dono et corroboro Sanctorum Emiliani et Felicis monasterio ut ibi serviant iure hereditario, per omnia secula in dispositione

et mandato abbatis Sancti Emiliani et monachorum ibidem commorantium: tali tamen institutione, quod hospitale cum omnibus rebus suis gubernetur et ordinetur per hominem quemcumque abbas Sancti Emiliani et monachi ibi posuerint, et quotiescumq; ibi advenerint, recipiantur, sicut et proprii domini, sicuti sunt. Sed de rebus hospitalis subtraere aliquid vel alienare non habeant potestatem. Siquis autem filiorum meorum vel filiarum voluerit voluerit se donare cum rebus suis supradicto hospitali, pergat prius ad capitolum Sancti Emiliani, et promittat ibi obedientiam abbati Sancti Emiliani, et sic per mandatum et licentiam eius et monachorum omnium recipiatur in obsequio pereginorum: Siquis vero dignus fuerit, accipiat ab abbate curam dominii super hospitale, et ministret pauperibus. Sive iste sive quislibet alter per manum abbatis Sancti Emiliani tenens hospitale vel vir vel femina, et male tractaverit res hospitalis et destructor earum reperius fuerit, corripiatur in capitulo semel bis et tertio: cartinoluerit, expellat eum abbas a dominio hospitalis, et cogat eum restituere ablata, gatus autem sic, et se emendare et restituere ablata, et intromittat in hospitale bonum dispensatorem, qui digne ministret pauperibus Dei. Siquis autem ex meis propinquis videlicet filiis vel filiabus vel nepotibus aut extraneis hanc meam donationem monasterio Sancti Emiliani tam devotissime oblatam retemptare voluerit, sit a Domino Deo maledictus, et cum Juda Domini traditore in inferno infernali submersus: ad partem vero regis tres persolvat libras auri, pro retemptatione duplum ad regulam. Facta carta in Era millesima ducentesima undecima, regnante rege Alfonso regis Sancii filio in Toleto et in omni Castella, sub eius curia dominante Naiere comite Lupo. Ego domna Elisabet, que hanc cartam fieri iussi, testes ad roborandum tradidi. Didacus Alfonsi filius meus testis. Ferrandus Alfonsi filius meus testis. Domna Teresa nutrix mea testis. Domna Maria et domna Ozenda filie mee testes. Martinus Gonsaldi miles testis. Petrus Garsie de Alesanco miles testis. Martinus Blaschez miles testis.

Gonzalvus Martinez testis. Kilus miles testis. Godo Garciez, et Sancia Garciez testes. Dominicus Semenez presbiter de Villar testis. Dominicus presbiter de Cannas testis. Petrus presbiter de Azofra testis. Ferrandus prior Sancti Emiliani me scripsit.

Num.º 439.

Era 1211: año 1173, á 23 de Octubre: got. 143: gal. 231. b.º

Cajon V. 12: rollo 1.º num.º 7.

In nomine Domini, amen. Tam presentibus quam futuris notum ac manifestum esse volo, quod ego Ildefonsus Dei gratia ispaniarum rex una cum uxore mea Alienor regina facio cartam donationis de illa serna mea in Velascor ante Sanctum Mametem sita versus Ferramellor de limite inferius usque viam vobis don Bernardo in perpetuum valituram, et dono eam vobis iure hereditario habendam tempore perpetuo, et faciendi de illa quicquid vobis placuerit absolute. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta in Frexeneda, et tunc temporis serenissimus rex Ildefonsus Navarrorum regem devicit et Pampilonam usque pervenit, era millesima ducentesima undecima, decimo Kalendas novembris. Et ego rex Ildefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam propria manu roboro et confirmo. Signum ✠ regis Ildefonsi. Gundisalbus de Marannone alferiz regis confir. Rodericus Guterz maiordomus curie regis confir. Cerebrunus toletanus archiepiscopus et ispaniarum primas confir. Rodericus calagurritanus episcopus confir. Petrus Burgensis episcopus confir. Comes Nunio confir. Comes Gundisalvus confir. Comes Ferrandus confir. = Petrus Roderici filius comitis confir. Comes Garsie confir. Albarus Roderici confir. Ordonius Garsie confir. Petrus Gutierrez confir. Lupus Didaci merinus regis confir. Didacus Furtunionis de Granone confir. Petrus regis notarius, R. existente cancellario, scripsit.

orig.l Ferramelor.
orig.l Bernardo

orig.l Guterrez

Num.º 440.

Año 1173, a 23. de Octubre: Cajon A. 2. titulo

Altable leg. 1.º n.º 3.º

Jacintus Dei gratia sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo filiis Fernando Sancti

Sancti Emiliani, et Johanni Oriensi abbatibus, salutem in Domino.
Sacrosancte Romane ecclesie laudanda consuetudo exigit, ut quotiens lis aliqua sub ipsius examine iudicio vel concordia terminatur, ipsius negotii series litterarum commitatur ex ordine munimentis, ut ventura posteritas habeat inde iudicia certissima veritatis, ne forte propter hominum mutabilitatem, que firma stabilitate debent consistere, levitate aliqua valeant temerari. Vobis itaque coram nobis constitutis, cum tu dilecti filii abbas sancti Emiliani querelam poneres contra Oriense monasterium, eo quod non servasset compositionem, quam fecimus inter ecclesias prefatas quondam cum legatione in hispaniis fungeremur, et inde nostrum instrumentum ostenderes, confirmatum auctoritate Romanorum pontificum, Adriani et Alexandri, iterato studuimus vos ad concordiam revocare. Unde de utriusque vestrum spontanee voluntatis arbitrio inter vos convenit, quod compositio prefata quam olim inter vos feceramus super parrochianis decimis et oblationibus ecclesie de Villa Astable, firma et stabilis permaneat, et decimas quas contra compositionem Oriensis abbas dicebatur accepisse, monasterio Sancti Emiliani restituat quantitatis earum decimarum, cognita et exquisita veritate per eos, qui eas collegerunt, si expedierit facta fide per sacramenti religionem, oblationibus quas eadem ratione petebat, pro bono pacis Oriensis remissis monasterio: Corpora vero quorundam parrochianorum ecclesie pertinentis ad monasterium Sancti Emiliani, que sepulta sunt in cimiterio oratorii Oriensis, si sine gravi scandalo, et parrochianorum offensa poterit fieri, exhumulentur, et cimiterio ecclesie Sancti Emiliani restituantur: Si autem scandalum in illis exhumulandis minime poterit evitari, ubi sepulta sunt, in Domino quiescant: ita quod unus ex monachis Oriensis monasterii pro abbate et tota eiusdem monasterii universitate iuxabit sacrosanctis coram vestris evangeliis, quod ulterius in dicto Oriensi oratorio parrochiani predicte ville non suscipiantur in dampnum vel iniuriam ecclesie Sancti Emiliani: neque decime neque oblationes nisi secun-

dum quod antiqua firmatum est compositione: et si contra factum fuerit, nisi Oniensis abbas conventus infra mensem noluerit emendare, et monasterio Sancti Emiliani boni viri arbitrio satisfacere; oratorium dictum penitus destruatur, nec ulterius ex ea causa destructum reedificetur. Hoc autem factum est mediantibus viris dilectis filiis nostris Jo. Georgii Subdiacono Sancte Romane ecclesie, et magister Stephano; G. toletano, Marino et Alderico Burgensibus archidiaconibus; presentibus venerabilibus fratribus nostris Jo. Legionensi. P. Burgensi, A. Astoricensi, P. Cauriensi, et M. Alcabricensi episcopis et aliis prudentibus viris. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc nostre compositionis paginam temere perturbare vel infringere, vel ei aliquatenus contraire. Et ut perpetue firmitatis robur optineat nostri sigilli auctoritate voluimus insigniri. Ego Jacintus Diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidin apostolice sedis legatus ℞. Datis apud sanctum Facundum per manum Johannis Georgii Sancte Romane ecclesie Subdiaconi, decimo Kalendas novembris, indictione sexta, incarnationis Dominice anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, pontificatus vero Domini Alexandri pape anno quinto decimo.

Num.º 441.

Era 1211: año 1173. a 1.º de dicbre: got. 143: gal. 58.

Cajon V. 12: rollo 1.º n.º 6.º

In Dei nomine, amen. Nichil est, quod tantum deceat regiam maiestatem, quantum ecclesiam Dei diligere, honestos viros ac religiosos honorare, eorumque monasteria propriis muneribus libenter ditare. Unde ego Ildefonsus Dei gratia hispaniarum rex una cum uxore mea Alienore regina, pro animabus avi et patris mei et pro salute anime mee dono et concedo Deo et confessori Emiliano Sanctissimo et tibi Ferrando eiusdem monasterii abbati, tuisque successoribus locum illum Hiemnes publice nominatum, cum omni termino suo atque divisis, cum cultis scilicet et incultis, cum ingressibus et egressibus, cum pascuis et montibus, cum ribis, omnibus-

que suis pertinentiis, ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Hoc nostrum datum semper sit firmum. Siquis (las imprec.s ordin.s &c.) Facta carta in Belloforamine Kalendas decembris era millesima ducentesima undecima, regnante me rege Aldefonso in Toleto et Castella. Et ego rex Aldefonsus hanc cartam propria manu corroboro et confirmo. Simili modo donatione pascendi armenta quam predecessores mei reges ecclesie sancti Emiliani per universum orbem regnum meum concesserunt, sigillo meo munio et confirmo. Celebrunus archiepiscopus et hispaniarum primas confir. Signum ✝ regis Aldefonsi. Gundisalvus de Marannon alferiz regis confir. Rudericus Guterrez maiordomus curie regis confir. Rudericus calagurritanus episcopus confir. Petrus Burgensis* episcopus confir. Raimundus Palentinus episcopus confir = Comes Nunnus confir. Comes Gundisalvus confir. Comes Petrus confir. Comes Ferrandus confir. Petrus Roderici confir. Johannes Velaz qui tunc tenebat onorem confir. Raimundus cancellarius regis scripsit.

Num.º 442.

Era 1212: año 1174, en agosto: got. 143. b.º gal. 143. b.º

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta convenientie, que facta est inter abbatem Ferrandum sancti Emiliani et monachos ibidem Deo servientibus, et Enderchinam super monasterium sancti Jacobi de Lancreriz in presentia regis Alfonsi. Talis quippe est convenientia, ut totam medietatem monasterii, ecclesie librorum, crucis, calicis, vestimentorum, quicquid ad ius sacrum ecclesie pertinet, domorum hereditatum, decaniarum, baccarum boum, equarum, porcorum, iumentorum, in montibus in aquis in erbis, in exitu et introitu in omnibus his, que pertinent ad ius predicti monasterii, habeat ad suam dispositionem et ad suum dominium et suam voluntatem monasterium sancti Emiliani. Aliam vero medietatem habeat domna Enderchina et filii sui, et successores qui debent hereditari in sua hereditate iuxta voluntatem suam per cuncta secula. Facta carta sub era millesima du-

* Nota: el Burgensis remendado en Naiarensis, pero solo en la del becerro gotico: con la misma idea de suponer distinto obispo en Naxera del de Calahorra. Argaiz ya referido cap. 49.

centesima duodecima, mense agusto, feria quarta, regnante rege Aldefonso in Toleto et in tota castella, Comes Gundisalbus in Marannon testis. Comes Gomesanus testis. Petrus Roderici testis. Lope Diaz de Mena testis. Didacus Lopez testis. Lope Sanggez testis. Garcia de Escanno testis. Martinus Lopez testis.

Num.º 443.

Era 1212: año 1174, á 21 de dicbre: got. 137. b.º gal. 230 Rs

In Dei nomine. Ego Ricardus Dei gratia abbas Saltuum-alborum una cum priore Gomicio et cum communi assensu et voluntate totius monacorum conventus ibidem regulariter viventis, vendimus tibi Ferrando monaco sancti Emiliani illam Kasam de Secobia tenenti illam hereditatem nostram, que fuit de dompno Garcia monaco nostro, que est in territorio de Madrit Loranca nomine per quinquaginta quatuor morabitinis, de quibus nichil dandum remansit: vendimus Kasas cum tota sua radiz ab omni integritate illut totum quod habuit dompnus Garsias in suo iure quod fuit de Dominico Zabadon: ut amodo tota ista hereditas serviat Sancto Emiliano et sue domui de Secobia per cuncta secula. Facta carta mense decembri duodecimo Kalendas ianuarii, era millesima ducentesima duodecima, regnante rege Alfonso in Extrematura, et in Castella et Toleto. Senior in Madrit comes Petrus, iudex Dominicus Vincentii. Testes Johannes Fradre testis. Aparicius filius de Dominico Malo testis. Martinus Genesii prior de Lavit testis. et clerici de Sancto Petro scilicet dompnus Matheus, Petrus Navarrus, dompnus Johannes Navarrus diacono testes. Omne concilium sancti Petri videlicet don Paterno, Johannes Petrez, et Johannes filius Petri Dominici, et frater eius Dominicus Petrez. Johannes Martinez, Johannes Rubeus, Mikael Gomar, Dominicus Johannes, Petrus Martinez, Dominicus Alvofeta, dompnus Aparicius, Petrus Mikael de Vallecas, Barnabas sunt testes.

Señor en Madrid.

Num.º 444.

Era 1215: año 1177: got. 131: b.º gal. 227.

Nota: corresponde despues dela del n.º 449.

In Dei nomine. Ego igitur Jacobus vester pastor vendo vobis Dompno Ferrando monacho beati Emiliani omnem illam hereditatem, quam emi a Mikaelo filio de Petro Capiella in Loranca per decem septem morabetinos et dimidium et de istis morabitinis nichil remansit dandum. scilicet Kasas cum pascuis et exitibus et cum introitu in aquis et regressu, et in omnibus locis ubicumque vicini de Loranca possederint. Dompnus Aparicius testis. Dominicus Pelagii testis. Dominicus Alboeta testis. Petrus Martinez testis. Johannes Gutierrez testis. Petrus Martinez de Moza testis. Rostrudo testis. Dominicus Luscus testis. Petrus Petrez testis. Serrano testis: Omnes isti sunt auditores et testes. Facta carta era millesima ducentesima quinta decima, regnante rege Aldefonso in Toleto et in Extrematura et in Castella, Senior in Madrith comes Petrus, iudex Servandus.

Num.º 445.

Era 1213: año 1175: got. 150: gal. 227.

In Dei nomine et eius gratia. Nos omnes fratres, videlice, Tellus Petrez Martinus Petrez, Ferrandus Petrez, Urracha Petrez, Maria Petrez, et Tota Petrez filii Petri Gonzalvez de Alva, bono et sincero animo offerimus et corroboramus Deo et Sancto Emiliano, tibique Ferrando abbati, et toto monachorum conventui tam futuro quam presenti totam nostram hereditatem quam habemus sorte paterna in Castannares: hanc quippe hereditatem Sancto Emiliano in perpetuum habendam iure hereditario donamus una cum fratre nostro Michaele Petrez, quam ei pro sua sorte destinavimus ne in ceteris universis hereditatibus tam paternis quam maternis partem aliquam nobis exigat, sed cum ista supra dicta factus monachus Sancto Emiliano serviat. Don Romeo presbiter testis. Sancius Diaconus testis. Gundisalvo Semenez testis. Gundisalvo Ferrandez testis. Gundisalvo Albarez testis. Gundisalvo Diaz testis. De Corporales, Garcia

Azanarez testis. Lop Diaz testis. Gonzalvo Diaz, testis, frater eius. Lope Lopez testis. Domingo Guggia testis. Sanggo Zuri testis. Munnio Menderriz testis. Fortun Galindez testis. Lop Valza testis. Petrus Ortolanus testis. In presentia horum testium intromisit Martinus Petriz in vice omnium fratrum abbatem Ferrandi Sancti Emiliani in illam hereditatem de Castannares, quam pater suus Petrus Gundisalvez habuit iure hereditario, ut serviat frater eius Michael Petrez cum ea Deo et beato Emiliano. Era millesima ducentesima tertia decima.

Num.º 446.

Era 1213: año 1175, á 2 de octubre: gotico 144: gal...

Titulo} De inquisitione hereditatum et iuris regis, quam fecit Ferrandus abbas Sancti Emiliani, et Munius Munionis de Berga, et Lop Lopez de Villananni una cum Martino de Villaexcusa merino regis per mandatum domini regis Alfonsi.

De Boeada, Petrus abbas, Petrus Ovechez, Petrus Obechez de Campo, Gonzalvo, Sancio Martinez iuraverunt quod in hac villa nichil habebat de rege = In Quintaniella omnes solares regis sunt heremi, et solares infanzonum populati; set omnes sunt nepotes collaceorum regis, et dant singulis annis pro hereditatibus paratas domino regi: et de via que vadit sub ecclesia et transit per villam ad rivum quod superius est, regis est totum = In Pando iuxta ecclesiam Sance Crucis uno solare, nepotes de Oveco Nunnez de Pando sunt de isto solare = Villadesuso de infanzones: et Ruega de rege = In Alcevedo solares solares et quod regis est, totum est heremum: et quod est de infanzones est populatum: set dant pro hereditatibus regis paratas domino regi, et omnes sunt nepotes collaceorum regis = In Mioma decem solidos, et in Ballorca decem solidos regi = Villagalindo, que est inter Mioma et Basave, est tota regis, set est herema = In Pinedo decem solidos regi = In Villafrida invenimus peschisa, quod infanzones saccaron los villanos del rege de solares de rege, et popu-

laron los in ferraginibus regis: Johannes Munnoz villanus regis exiit sub rege, et posuit se sub infanzone, et sedendo sub infanzone vendidit ferraginem regis ad Maximum Salindez de Quintana infanzon. pro una vacca= Villafida est tota regis, set est tota herema: et Ballorcha, que est de infanzones, est populata: et homines de Ballorca propter hereditates, quas excolunt de Villafida, dant regi quartos.= In Vallecovo una serna en el xoio cum suo linare: uno solare in Sancto Salvatore cum sua ferragine, et una ferragine ante palatium de Martino Bxavo, et una terra ante palazium de Petro de Narbona, et uno monasterio Sancti Johannis circa fontem de Lazerion: affirmant seres de Vallecovo et de Chantazon et de Bezguenda, quod numquam fuit terminum partizum inter Vallecovo et Chantazon secundum suum auditum, et secundum suum scire.= Villa Radicella regis est tota, set est herema, et hereditatem eius laborant homines de Villanova, et de Zequela, et de Porcella, qui sunt collacei infanzonum, quidam dant quartos, quidam non= In Quintana uno solare de Bella Diaz est regis, et quatuor terras iuxta solare, et uno pedazo= In Villanova una casa et uno solare circa fontem; nepotes de solares istos de rege sunt in Villanova et in Porcella et in Zequela: las casas de Johannes Munnoz del era de Villanova de rege: comprolas Lop Diaz de Vallecovo por un caballo: Petro Lopez de Vallecovo compro una faza de terra del collazo del rege cerca el solar, fuera un solar de los de Arbulso in Villanova, et un solar in Quintana de Gonzalo Veilaz, et aKesta compra Ke ficieron Lop Diaz et Petro Lopez, todo lo al del rege.= Bardolles de suso del rege: los caseros de Sancti Romani de Busto-redondo del rege.= Terminum de termino de Focillo en acha, de Termino et de Focillo en alla de Chantazon; Martin Munnoz et Martin Munnoz, Petrus Didazi, Petrus Gomez, Petrus Beilaz, Dominicus presbiter isti sunt de Barrio qui iuxaverunt. De Vallecovo Martinus Albarez, Petro Carello, Petro de Ponte, Petrus Mikael, Petrus Velaschez, Petrus de Campo, Garzias de Muonas-

terio, Martinus de Villaseca, Garsias Didaz: De Lhantaron Garsias Malo, Garsias Garcez, Beila: De Berguenda Johannes Ferrandez, Petrus Stephanez isti sunt qui iuraverunt. De villa Bardones iuraverunt Didacus Johannes, Dominicus Mikael Petrus Roderici: De Lalastra Petrus Garcez, Dominicus Petrez, Petrus Didaci, Lop Martinez: De la Foz dompnus Petrus, Johannes magnus, Petrus Nunnez Johannes Petrez: De Villafrida Johannes Covo, Petrus abbas, Dominicus Ovecoz, Dominicus Didaz: De Sancto Saturnino Felix, Johannes pinguis, Munnius Felix: isti dixerunt, quod Varrios de Creggo et de Sancto Saturnino, et de Villafrida, quod solevant simul comedere semper et pascere, ligna scindere, exceptis suis propriis defesis, et de illo fonte de Esiello, et de Sancto Mikaelo de cabeza de illa mata de Lupo, et de illa retuerta de Pando, de illo ponte de Ferran et de Lhantaron omne hoc terminum est unum; set nullius nostri debet accipere porcos alienos ad custodiendum in istis montibus sine mandato senioris terre: Hec est defesa Sancti Saturnini, de pozo de Ruciolas in antea usque ad collado de lupos, sicut dividit de Collado de lupos usque ad flumen Sancti Saturnini, et de plano de Kabannas descendit ad cerrum inter Zovellas usque ad Pinum: Valle de Creggo, et Villafrida debent comedere et pascere in ista defesa = De Riva iuraverunt Martin Galindez, et Martinus Johannes, Mikael, Garsias Garcez: De Roio, Munnius, Obecus Didaz, Martin Obecoz, Martin Lopez: isti dixerunt quod illi de Roio omnes sunt filii et nepotes de solaribus regis = De Gruendes iuraverunt Petrus Munnioz, Munius Gonsalvez de Manganaz, Johannes de Sancto Emiliano, Johannes Saion, Martin Galindez de Entambas-aquas, et Revenga, et Villa de Suso insimul venievant ad missam audiendam in ecclesia Sancti Emiliani, et sepeliebant se ibi, quam ecclesiam cantabat Capellanus ecclesie Vallisposite: et a via que venit de illa Foz usque ad aream palatii, exceptum quod notum est Sancte Marie, totum aliud regis est: Petrus Tellez de Cheisso est Sancti Saturnini: Petrus Beila de Chesso est nepos de Entrambas-aquas: Albaro de Mazanedo

est Sancti Saturnini; filii Munnionis Gonsalvez sunt Sancti Saturnini: Portarii, Martinus filii de Gruendes sunt Entrambas-aquas: et Gundisalvus de Orto de Maganaz es regis = De termino inter Revenga et Gruendes, de pelago de Villota ad Sursum usque ad pinnaculum de Valleggo, ex hinc in antea usque ad fontem Petri Fabri, et de vado de Monneca per summum dorsum usque ad Sancti Justi; deinc ad pontem de Loja in summum duerso, sicut aqua vadit a parte montis totum es de rege, exceptos duos solares de infanzonibus in Nograno, et excepto quod est Sancti Emiliani: de Navillas ad Sursum usque ad summum de Oteros et de flumine Vallis-posite ad Sursum totum est de rege: in hoc termino testabat Saion de Entrambas-aquas, et si non dabant fideiussores non segabant: De valle de Cheisso ad Sursum quomodo habuerunt illas hereditates milites, nos nescimus, set ut dicunt fuerunt de rege = De Mioma iuraverunt Petrus Didaz, Munnius Obecoz, Petrus Maneggas, Petrus de Mioma, Martin Tellez, Nunnus, Petrus Munnioz, Martin presbiter de Acebedo, Bernaldus, quinque istorum qui iuraverunt, dixerunt quod Saion testabat Villam-galindo pro de rege: Nograno, Villanova, et Gruendes, Mioma, Toviellas, Aroio debent tribus vicibus operari in Sernam regis in anno; et debent eis dare iantar, et merienda, cum cena abunte: et in tota honore Sancti Saturnini debent dare quarteros de tribus eminis ordei: et de homicidio sciunt infidiare in Mioma, set nesciunt colligere = De Acebedo iuraverunt Petrus, Garsias, Martin Didaz, Petrus Beilaz, Garsias, Martinus, Johannes, isti dixerunt quod in Acebedo omnes dabant paradas pro hereditate regis, quam laborabant. Illi qui sunt iurati de rege dixerunt, quod de media via ad Sursum per mediam domum de dompno Martino et exit ad fontem, est de rege: set Garsias Calvus, qui fuit iuratus de ipsa villa, primitus ostendit, et postea abscondit se: Martinus vero Vallis-posite presbiter, qui nec fuit iuratus nec vocatus iuravit per se, et per ordinem quam tenebat, quod non erat tantum,

quantum ipsi dicebant = De Balluerca iuraverunt Felix, Didacus, Martinus, Lupus, Petrus presbiter: de Quintaniella Martin Vincent, Martin Nunnez, Johannes Nunnez, Petrus Martinez, Martinus presbiter: de Balluerca Dominicus Paschasii, Maria de Pumares, Godo, Munnius Malus, Petrus Nunnez, Petrus Felix, isti debent dare ~~dare~~ paradas regi, quia sunt nepotes de solaribus ipsius: de Quintaniella Godo Nunnez similiter: de Acebedo Martinus debet dare paradas regi pro sola = De Novada Sancius Martinez et Petrus eius frater, Garsias Martinez, Martin Martinez, Petrus Martinez, Petrus Munnioz, Maria Rubea, Lupus, Martin Petrez, Dominicus Pascasii, Maria Soror eius, Munnius, Vincentius, Jordana, Dominicus, Benedictus, Petrus, Gundisalvus de Pando, Dominicus, Martinus, Martin Munnioz, isti sunt de solaribus regis, nepotes de Quintaniella, et dant paratas regi: in Villafrida uno solare, et quatuor ferragines sunt de rege: in Pando duos casares regis: in Sancta Cruce Munius de las Lanzas, Maria Soror eius, et Godo de Acebedo sunt nepotes regis; omnes iurati dixerunt hoc. = Juraverunt de Novada Munnius Munnoz, Sancius Martinez, Petrus Obechez, Gundisalvus, Munnius Munnoz, Petrus Nunnez, dixerunt, quod de los Cerasion de Termosada ad Sursum, et exit ad viam in travieso, et tomat ad aliam partem Nova de infondon de la lauiada in Cerasis desuper Riestra, qui sunt pusillos, ubi est terminum inter Novadam et Quintaniella sicut partit de roio de Val de Spinosa, et exit ad Mostaggo de Valcabado, et ad petram et a Fociggo, est terminum de Quintaniella = De termino inter Revengam et Villadesuso de petra de terra de Munno Adrianez ad Sursum ad Oteros, et ipsa petra in travieso a las Lastriellas, et deinc ad fontem, excepta serna Sancte Marie Vallis-posite, aliut est regis, et exceptis linaribus, que sunt de Villadesuso, totum aliut est regis, quod est in rio minore, et exceptis sernis cognitis Sancte Marie = De Villa-nanne iuraverunt Petrus Didaz, Garsias Munnoz, Didacus Benquiel, Dominicus, Garsias Rapinat: De Nograro, Lupus, Petrus, Garsias, Martinus: De Villanova, Sancius Belaz, Didacus, Petrus Martinez: De Barrio, Petrus

Gomez, Martin Munnoz, Petrus Didaci: de his quatuor supra-
dictis villis iuraverunt ex vnaquaque quatuor homines regis, et
omnes isti iurati contradixerunt dicto quatuor hominum regis,
qui dixerunt hunc terminum: isti quatuor homines regis dixerunt,
quod de petra de losa ad Spina que est in serna sancti Emiliani,
deinc super Villa-nanni usque ad pennuecos ad sursum ad va-
dellum de Braciellas, deinc ad cruceggada de via que vadit vnam
ad Bagicovo et aliam ad Espelio, deinc ad sursum, totum re-
gis est, excepto illud quod est sancti Emiliani. = De Berguen-
da, Apparitio, Petrus Stephanus, Petro Munnioz, Fortunio, isti
dixerunt, quod exceptas quatuor Kasas de Onia, et aliis quatuor
collaceis, qui populaverunt iuxta illos in voce de Onie, totum aliud
regis est in Berguenda = Moschosa tota regis est = Martinus
merinus regis venit ad Vagicovum cum peschisitoribus et cum
omnibus de Berguenda et de Lhantaron ad faciendam peschisam
de terminos et de deseggatgos de rege: isti qui erant de Vagicovum
noluerunt venire quia absconderunt se, exceptos illos de Sancto
Emiliano, et Munnio Munnoz et dompna Urracha, qui interfue-
runt, set nullus illorum iuravit nec aliquid dixit, quoniam
alii se absconderunt: illi vero qui erant de Lhantaron diviserunt
terminum inter Vagicovum et Lhantaron; de porta ad penna
de moro, de penna de moro ad fontem Vallannes, deinc per semitam que vadit ad Sanctum Mikaelem; deinc per
lumbo a iuso, qui exit Entrambas-aquas: hoc adfirmaverunt
illi qui erant de Lhantaron: quod Ferrant Pelaez, qui tenebat castel-
lum de Lhantaron per manum Gomessani Gomicii, testavit usque
ad illum locum in voce de termino de Lhantaron, et petivit ab homi-
nibus de Lhantaron novem morabitinos, et iuraret pro eis, quod
eorum erant terminos, quos ipse testavit, set ipsi nichil ei nolue-
rum dare: postea incertum est, quid actum sit = Lagunares
cognita est regis; illi qui fuerunt de rege, dicunt quod Petrales est
de rege = De Sancta Agatea iuraverunt Martinus Johannes
Ennecus Garcez, Garsias Beilaz, Garsias Rubro, Petrus de Cerasio.
De Bozo iuraverunt Didacus Vincentii, Garsias Obecoz, Mun-
nius de Sopenna, Petrus Albarez: De portella iuraverunt Fortu-

nius, Petrus Munnoz, Dominicus Didaz, isti iuraverunt, et dixerunt in Villanova, excepta illa Kasa fondera cum dos corrales, que est de infanzonibus de Abusto, totum aliud regis est. De Tegguela, Didacus Navarro est nepos de Solaribus regis: Garsias Didaci de Vagicavo est nepos de Solaribus regis de Lantaron: Petrus Blasii de Vallicavo est nepos regis de Lhantaron: quod Johannes Ferrandez de Sancto Martino de Hodon, et Johannes Martinez de Ferran, et Kerrebug de Vagicovo, et Barragan et Maria Garsiez sunt nepotes de Solaribus regis de Lhantaron, et Garsias Charaggadas de Bozo est nepos regis: de iurati illi de Sancta Agata dicebant, quod solevant pignorare homines de Bozo in defesa de Valcabada: vnus de Bozo concessit eis: ceteri vero de iurati de Bozo dixerunt contra; quod de Valcabada vsque ad Bozo totum suum est: iurati de Sancta Agata et de Bozo dixerunt, quod Saion de Termino parabat se in Bardolles, et testabat hereditates de Bardolles, et homines de Bozo parabant fideiussores et apreciabant messes, quando in viginti modios, quando maius, quando minus, et serviebant Domino de Sancta Agata, ut non afincaret: vnus illorum de Bozo dixit, quod sola vna vice sciebat adpreciare: iurati de Sancta Agata et de circunstantibus villis dixerunt, quod homines de Sancta Agata, et homines de Sancto Emiliano debent scindere ligna in montibus de Lhantaron, et adducere ea per aquam, et per loca quibus potuerint. Facta carta huiusmodi inquisitionis in era millesima ducentesima tertia decima, sexto nonas octobris.

Num.º 447.

Era 1214: ano 1176, á 21 de julio: Cajon A.6:

legajo 1.º n.º 1.º

Quoniam inter cetera pietatis opera maxime commendatur helemosina: idcirco ego Aldefonsus Dei gratia rex castelle vna cum vxore mea Alienor regina humili animo et mente devota pro animabus parentum meorum, et salute propria comodum et vtilitatem monasterii Sancti Emiliani revera volens et cupiens, mando et volo ut omnes sui collacii de Barrio, et de Tisonzo, et

de Vagicavo, et de Lantaron, et de ceteris locis suis, si forte aliqui ibi venerint ad Punrostro populaturum veniant, eo in Sernam sancti Emiliani, que ibi habetur, populationem suam faciant, et omnia iura et servitia quecumque in villis et locis suis monasterio prefato ex more facere solebant, eidem monasterio scilicet Sancti Emiliani et vobis domno Fernando eiusdem abbati, et successoribus vestris et monachis ibi degentibus presentibus atque futuris in perpetuum faciant et persolvant, et ibi vestri sint collacii et vassalii absque ullo alio domino per secula cuncta, velut ante erant. Siquis vero huius mee donationis sive facti paginam in aliquo rumpere seu diminuere temptaverit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persolvant. Facta carta inter* Ahlenam et Navarrete, era millesima ducentesima quarta decima, duodecimo Kalendas augusti. Et ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Cenebrunus toletane archiepiscopus et ispaniarum primas confir. Signum + regis Aldefonsi. Comes Gundisalvus de Marannon alferiz regis confir. Rodericus Gutierrez maiordomus curie regis confir. = Rodericus Naiarensis episcopus confirmat. Raimundus Palentinus episcopus confir. Petrus Burgensis episcopus confir. Comes Nunio confir. Comes Petrus confir. Comes Ferrandus confir. Comes Gomez confir. = Petrus Roderici filius comitis confir. Petrus de Arazun confir. Diago Semenez confir. Petrus Garsie confir. Gomez Garsie confir. Gonzalvus Roderici confir. Albarus Roderici confir. = Petrus regis notarius, Raimundo existente chancellario, scripsit.

San Juan de Laguna

Num.º 448.

Era 1215: año 1177, á 11. de abril, dia lunes: got....
galic. 219. Cajon V. 12: rollo 1.º num.º 8.º

Sub nomine patris et filii et spiritus Sancti. Ego Dominicus Munionis de Ocon et uxor mea Amamaior placuit nobis nece-

sitate tamen cogente, quod vendimus vobis Domno Ferrando ab-
bati Sancti Emiliani et omni conventui eiusden loci vna pieza
in illa matanza de Ocon pro duodecim morabitinis: et est illa
pieza de illa via, que vadit ad Sanctum Martinum vsque ad
piezam de Furtun Zoria, que est iuxta rivum de matanza,
de oriente est terra de Furtun Zoria, de occidente est via, que
vadit ad Sanctum Martinum, et est allatanea de iuso Amun-
na filia de Eximino Sancio, sunt allatanei desuper Cibrian
Ferrero, Dominico Morueco, et Johannes Munnoz filius Mun-
nionis de Robres. Fidiatores de riedra Pascual Serrano, Mengot
de la Robreda nepos eius. Sunt testes Petro Rei, et Sancio Buen-
dia, Garcia Vicent, et Petro Tata, Freire Martin Sancio de
Alkanadre, Sancius miles de Agonciello, et omne concilium
de Ocon. Regnante rege Alfonso in Toleto Naiara et Calagur-
ra, dominante in Ocone Didacus Eximini et in ambobus
Camberos, alcaiat in Ocone Martin Romeo, iudex Sancio de
Sancto Juliano, Saion Bidal. Facta carta in era millesima
ducentesima quinta decima, tertio idus aprilis, feria secunda.

Num.º 449.

Era 1215: año 1177, a 22. de septre: Cajon E. 6:
titulo Hormilla.

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego
Martinus Petri de Syones magister fratrum de Calatrava liventi ani-
mo, et voluntate spontanea, vna cum consensu et beneplacito fra-
trum Calatrave qui aderant, dono et concedo tibi Favib Boradun
et filiis tuis, et vniverse successioni tue quandam sernam in dex-
tera parte sicut itur de Formella ad Naiaram sitam, totam ex
integro cum ingressibus et regressibus et cum omnibus pertinentiis
suis iure hereditario habendam in perpetuum, ad faciendum de
ea quicquid volueritis, donando vendendo, vel quidlibet faciendo. Si-
quis vero hanc cartam in aliquo rumpere vel diminuere tempta-

taverit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos, et vobis vel vocem vestram pulsanti prefatam hereditatem duplatam in cauto persolvat. Facta carta in Conca quando fuit capta, era millesima ducentesima quinta decima, decimo Kalendas Octobris. Et ego iam dictus Martinus Petri vna cum fratribus meis hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Serenissimo rege Aldefonso regnante in Castella et Toleto, hoc volente, laudante et concedente. Cenebrunus archiepiscopus et ispaniarum primas testis. Sancius Avilensis episcopus testis. Sanctius frater Calatrave testis. Petrus frater Calatrave testis. Petrus de Cruce regis notarius scripsit.

Num.º 450.

Era 1215: año 1177, en octubre: gpt. 145: gal....

In Dei nomine et eius gratia. Ego Ferrandus monasterii beati Emiliani minister indignus, et totus monachorum conventus damus tibi Bernaldo Diaz in prestimonio illos nostros linares, qui sunt circa tuam turrem iuxta tironem inter Blascori et Ferramellori, tali pacto quod plantes ibi parrale, et habeas illud in omni vita tua, dando in vno quoque anno decimas fideliter Sancto Emiliano. Post mortem vero tuam, totum ad integritatem sine vlla voce mala remaneat sancto Emiliano. Facta carta sub era millesima ducentesima quinta decima, mense octubrio, anno quo rex Aldefonsus cepit Concam, regnante rege Aldefonso in omni Castela et Toleto et Strematura, sub eo dominante Naggare et Cerasio, et Villeforato Petro Roderici; dominante Ponticurbo, et Faro Didaco Lopez. Prior Julianus testis. Petrus prior testis. Sancius refictorarius testis. Andreas Camerarius testis. Petrus cellararius testis. Blasius Sacrista testis. Omnes seniores sancti Emiliani sunt factores et testes. Lupus Didaci et don Gil fratres Bernaldi Didaci

testes. Petrus Garciez de Villalhovax testis. Petrus Gonzalvez de Cerezo testis. Et Martinus Perez eius filius testis. Petrus Moxo et Garcia Lopez de Sagrero testes. Petrus Garciez de Terramelluxi, et Martinus Gonzalvez de Zaruaton testes. Gundisalvus Diaz de Terramelloxi testis. Eximinus Fortunionis de Villa-porchera testis. Fortun Sanz testis. Garcia Galindez de Terramelluxi testis. Sancius Garciez testis.

Num.° 453.

Era 1216: año 1178, en junio: got..... gal. 232.

In Dei nomine. Hec est carta concambii, quod factum est inter Terranduum abbatem Sancti Emiliani et omnes monachos ibidem Deo ministrantes, et totum concilium Granionense Sancte Marie et Sancti Emiliani: Hoc autem monachi dames his suprascriptis duobus conciliis partem nostre terre de domo Dominici Munni ad Suxum, ut faciant in ea suam populationem: ipsi vero dederunt nobis in concambio pro istius terre partes terram filiorum Petri Cantaleonis deinde in antea totum quod ibi est usque ad terram Sancti Martini de xoio quod comparauere de suis hereditariis. Facta carta huius concambii sub era millesima ducentesima decima sexta, mense iunio, anno quo rex Adefonsus cepit Concam, regnante rege Adefonso in Toleto et extremadura et in omni Castella, sub eiusdem gratia dominante Cerrio et Villeforaminis, Granioni atque Naiere Petro Rodexici, Granioni autem dominante per manum Petri Rodexici Petro Garsie. De monasterio Sancti Emiliani sunt testes prior Julianus, thesaurarius camerarius, Blasius sacrista, Sancius refectorarius, Micael cellarius, Petrus prior domus Sancti Martini Granionensis, et totius monachorum conventus. De his vero duobus conciliis sunt testes Garsia Numez, Petrus Tellez, Johannes Bonus, Garcia Sancti Michaël, Petrus Sancii alcalde, Martinus Garsie, Johannes Sancii, Petrus presbiter, Dominicus presbiter, omnes homines utriusque concilii sunt testes.

Num.º 452.

Era 1216: año 1178: got. 151. b.º gal. 214: Cajon 0.3:
titulo S.ta Maria de Ribaredonda leg. 1. n.º 1.º

Anno primo, quo Conkam diu expugnatam conatu robusto, validaque manu, divina favente gratia rex Adefonsus cepit, super pratum quod est iuxta villam, et super aquas, que fluunt per villam, et super parrochialem eiusdem ville ecclesiam, inter seniores Sancti Emiliani, et homines Sancte Marie Riperotunde exorta est questio. Ferrandus vero Sancti Emiliani abbas conquestus est domino regi Adefonso de hominibus Sancte Marie, eoquod in prato illo et in aquis per villam discurrentibus, et in ecclesia parrochiali suum proprium ius monasterio Sancti Emiliani auferebant. Rex autem Adefonsus precepit Oriolo tunc temporis in tota Borovia per mandatum regis maiori merino, et Petro Gonsalvez de Ceresio, ut certam huius rei veritatem solicite investigarent: Hi vero ut mandatum a rege acceperunt, ad Sancte Marie villam statim perexerunt, et omne concilium in simul congregari iusserunt, atque ab eisdem supradicte questionis certitudinem sagaciter exegerunt. Duodecim ergo de melioribus concilii, quorum nomina hec sunt Obeco Diaz, Martin, Sennor Aznar, Petrus Sancii, Johannes Garcez, filius Garse Didaci, Petrus Pelagii de la Calzada, Johannes Dominici de la Callega, Johannes niger, Valentin, Marcus, ~~Petrus Garsez~~ Petrus Garsez nepos Anaie, isti duodecim pari concordia quasi ex uno ore dixerunt, quod medietas prati quod est iuxta rivum, et medietas omnium aquarum que discurrit per villam, et medietas parrochialis ecclesie erat Sancti Emiliani: quod isti dixerunt omnes vicini concilii Sancte Marie concesserunt: et Petrus Ferrandez de Cubo concessit hoc: dompnus Oriolus, et Petrus Gonsalvez de Cereso, Johannes de Salinas, Fortunius filius Garsie de Soria, Petrus germanus merinus de Borovia, Julianus presviter Naiarensis, Garsias de Tamaio, Ferrandus Munnoz de Villanova sunt testes. Facta carta sub era millesima ducentesima decima sexta.

Num.º 453.

Era 1217: año 1179, á 6 de Julio: archivo citado de Calahorra; legajo 3.º atado 9. numero 3.º

Cum sole clarius liqueat omnibus, que ab initio gesta sunt memoria in sola litterarum constare notitia: Nos quoque utilitati posterorum providentes ea, que ad augmentum et commodum pontificalem nostre sedis Calagurritane scilicet ecclesie statuimus vel ordinamus sive etiam contulimus et concessimus opere pretium duximus scripto tradere, quo ne ulla in futurum obliterentur oblivione, set perpetuo maneant inconcussa et interminata in omnium hominum scientia et cognitione. Igitur ego Rodericus Dei gratia Calagurritanus episcopus non ignorans omnia beneficia, que nutu Dei consequutus sum ex gratia et venevolentia Calagurritane ecclesie michi provenisse, indignum reputavi ingratum esse illi, per quam cuncta adeptus sunt. Communicato itaque concilio cum archidiaconis nostris D. Alabensi, B. Berbericensi, D. calagurrensi, D. Nazarensi concessimus et confirmavimus et sigillo nostro roboravimus, ut quecumque a me et a predecessoribus nostris adquisierat vel in prestimonium acceperat, vel etiam a postventuris successoribus eadem ecclesia adquirere potuerit, rata sint, eaque canonice teneat et possideat in perpetuum. Hec autem sunt, que predicto modo nunc sibi concessimus et confirmamus omnes ecclesiasticos reditus urbis Calagurritane, similiter tertiam partem decimarum de Agoseio, de Alcanadre, de Araton, de Agoncello, de Carbonera, de Sancto Juliano, de Robres, de Munella, de Arnetello, de Cerbera, de Murello pro aniversario nostro de Matut, de Matrice, de Villaflovar. Et in Alaba quartam decimarum de Cerriano, Betollaza, Navarrate, Anguello, Goyahin, Bagueta, Royave, Lucu, Arzamendi, Yribarri, Lehete, Ayala, Sanctus Romanus, Heguiraz, Verezeca, Bicunia, Munien, Ordonnana, Paterniana, Mezquina: de opere Mennano, Yribarri; similiter quartam decimarum de tota Harana et de tota Harrahia propter prandia, que michi annuatim episcopali dig-

nitati debentur. Addimus etiam auctoritate Dei omnipotentis, et nostra et totius capituli, ut omnes canonici patrimonia sua firmiter teneant, nec ullus eorum patrimonium sibi ab episcopo canonice in capitulo acceptum ulterius amittat, et omni tempore vite sue libere habeat et possideat, nisi pro criminali et manifesta culpa convictus coram canonicis in capitulo ab episcopo fuerit. Statuimus nichilominus totius assensu capituli, ut episcopus nec in anno totum conventum canonicorum splendide procuret, id est in purificatione beate Marie, in translatione martirum Cucufatis et Celedonii, in festivitate Sancti Nicolai: singuli quoque archidiaconorum singulis diebus annuatim ei ex debito solemniter procurabunt tam presentes quam futuri, qui ad archidiaconatus arcem provehi meruerint: archidiaconus calaguritanus in die omnium sanctorum: Berbicensis in die Appariticnis: Alabensis in ramis palmarum: Nazarensis in festivitate Sancti Michaelis: Virgilensis in festivitate Sancti Andree: porro prior sedis in proprio suo in assumptione Sancte Marie. Nec non et hec superaddidimus, ut nullus sibi fiat canonicus nec per episcopum nec per alium quempiam, in quem totus conventus cum episcopo unanimiter pari voto et consensu recepit. Hec omnia sicut scripta sunt, concessimus et sanavimus ego Rodericus episcopus et archidiaconi nostri et omnes canonici in capitulo Calaguritano era millesima centesima nonagesima quarta, quarto nonas martii. Quicumque autem hanc cartam intumpere, vel aliquid in ea demere vel minuere, seu hoc donum nostrum irritum facere temptaverit, cuiuscumque ordinis aut dignitatis vel preposicii sit, anathematis gladio percellatur, et perpetue damnationi in infernalibus penis cum diabolo manipetur. Hec quidem ita gesta sunt era vero millesima ducentesima decima septima. Ego idem Rodericus Dei gratia Calaguritanus episcopus rediens ab universali concilio a domino papa Alexandro tercio Rome celebrato, in capitulo sedis nostre adsistentibus archidia-

conis nostris G. Calagurritano archidiacono et priore, D. Nazarensi. S. Alabensi, A. Berbicensi hec superius scripta confirmavimus et innovavimus die noto secundo nonas iulii.

Num.º 454.

Era 1218: año 1180, a 15 de Julio: got... gal. 19.6.º

Cajon J.10. titulo Valle de S. Millan leg. 1.º

Notum sit et manifestum tam presentibus quam futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle vna cum vxore mea Alienor regina libenti animo et voluntate spontanea pro animabus parentum meorum et salute propria facio cartam donationis et cautionis Deo, et sancti Emiliani de Cogolla monasterio, et vobis dompno Ferrando eiusdem monasterii abbati, et omnibus successoribus vestris et vniveris monachis ibidem degentibus presentibus pariter et futuris in perpetum valituram. Facio itaque et statuo defesam totum illum spatium rivi quod est inter monasterium sancti Emiliani, et Cogollam. Cautans et penitus defendens, quod nullus de toto regno meo nobilis sive ignobilis sit ausus in prefato spatio rivi piscari, nec facere piscari nec herbas sive calem ad occidendum pisces ibi die aut nocte clam vel palam aliquo ausu proicere vnquam presumat. Siquis vero clam vel palam ibi piscari presumpserit, et deprehensus vel convictus super hoc fuerit, si fuerit collacius Sancti Emiliani pectet Abbati ~~[illegible]~~ eiusdem ~~[illegible]~~ Sexaginta solidos. Si vero ~~[illegible]~~ * pectet sexaginta solidos, qui inter regem et abbatem predicti monasterii per medium dividantur. Similiter si aliquis herbas vel calcem in toto prefato spatio ad occidendum pisces clam vel palam proicere presumpserit, et super hac re deprehensus vel convictus fuerit, si fuerit collacius Sancti Emiliani pectet abbati monasterii eiusdem quingentos solidos: Si vero alius quislibet de toto regno meo hoc commiserit, pectet totidem solidos, quorum altera medietas regi, altera abbati sancti Emiliani persolvatur. Facta carta apud Naiaram era millesima ducentesima decima octava, idus iunii. Et ego rex Adefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri mandavi, manu propria roboro

* alius quislibet de toto regno meo hoc commiserit pectet sexaginta solidos

et confirmo. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle. Gomez Garsie de Roda alferiz regis confir. Rodericus Guterret maiordomus curie regis confir. Rodericus Calagurritanus episcopus confir. Petrus Burgensis episcopus confir. Raimundus Palentinus episcopus confir. Ardericus Segontinus episcopus confir. Comes Petrus confir. Comes Gomez confir. Comes Ferrandus confir. = Petrus Roderici de Azagra confir. Ferrandus Roderici de Turgello confir. Petrus de Arazuri confir. Didacus Lupi confir. Petrus Garsie confir. Albarus Roderici de Guzman confir. Lop Diez merinus regis in Castella confir. = Magister Geraldus regis notarius, Petro de Cardona existente cancellario, scripsit.

Num.º 455.

A 24. de Octubre, dia viernes, de 1180. en q.e se celebro concilio en Tarragona: galic.º 216. b.º

Ut ad nostre posteritatis notitiam, que geretur a nobis, negotia certiora perveniant, litterarum ea memorie commendamus, et in scriptis eorum nominibus ac testimonio, qui gerendis negotiis astiterunt, futurarum calumpniarum incomodis obiamus. Sciant ergo presentes ac * preteriti, quod Ferrandus Dei gratia Sacti Emiliani ecclesie minister humilis querelam deposuit super illis duabus ecclesiis Sancto Juliano scilicet de Agreda et Sancte crucis de Tirasona octavo Kalendas novembris, feria sexta in domini Berengarii archiepiscopi Terraconensis presentia tunc temporis in propria sede sinodum celebrantis, asistentibus sibi episcopis P. Pampilonensi, P. Cesaraugustano, S. Oscensi, Berengario Ilerdensi, P. de Bic, Arnald de Tortoisa, G. Barcilonensi, Berengario Urgelensi, Roderico Calagurritano, qui audire querelle testimonium periberent: predictas siquidem ecclesias sancti Emiliani ecclesia in pace possedit nimis per tempora, quas episcopus Tirassonensis per processum temporis sibi per violentiam vendicavit. Alienatio autem ecclesie Sancti Juliani de Agreda a iure sancti Emiliani ecclesia processit proculduvio in hunc modum: Petrus namque abbas felicis memorie tunc tempore impera-

* forte: futuri

toris sancti Emiliani cenobio presidente tradidit predictam ecclesiam domno Johanni capellani imperatoris in prestimonium, ut per ea sibi et sue ecclesie deserviret, cum temporis oportunitas se offeret.

Num.º 456.

Era 1219: año 1181, en junio: got. .... gal. 218. b.º

Ego Dompnus Didacus sancte Marie de Arce dominus recuperavi illum vallem de fontaniellas de casa de Sierra, qui fuit baccariza sancte Marie de Arce pro testimonio Sancii abbatis de Buixedo, et Ferrandi Martinez fratris de Buixedo, et Petri Garsie de Retanna, et Johannis Garsie de Amijugo, et Dominici Martini de Cellorigo, et Martini Ferrarii de Cellorigo, et Martini Beilaz de Foncea, et Ferrandi Petrez de Castriello, et Petri Arenton presbiteri de Trepiana, et Fortunii Johannes de villa Buixedo, et Dominicus Didaci de Buixedo, et Dominicus Petrez eiusdem generi, et Petri Munionis de Ballarta. Facta est hec pesquisa in era millesima ducentesima decima nona, mense iunio. Dompno Oriolo regis merino tenente castellum de Cellorigo per manum regis Alfonsi.

Adiciones.

Hec est carta de hereditate che vendio Garcia Ferrandez de Amiugo a don Diago de Arci por vndecim morabetinos la sue parte et don Armilldo suo ermano en la serna del campo de Arci. Fiadores Gonzalo Ferrandez de Sagga, Johannes Gonzalvez suo filio, Martin Felex de Buxedo, Domingo Johannes; Labat don Sancio de Buxedo testis. Fratre Petru Arcenna testis. De Trepeana don Johannes prespiter testis, Peidro Albarez presbiter testis. Don Johannes presbiter testis. Johannes Domingo de barrio de Campo testis.

Enneco Amurro vendio la sue parte de la serna del campo de Archi a don Diago por quinque morabetinos e medio. Fiadores Gonzalbo Ferrandez de Sagga, Johannes Gonzalvez filio suo, Gonzalvo Ferrandez de Castañares testis. Garcia Zamora de Castannares testis. Ferran Gonzalvez testis. San Diaz de Villanova testis. Lope Nunnez de Moliniella testis. Semen Lopez de Miranda testis.

Johannes Garciez testis. De Amijugo testis. De Fuenzea Domingo abbat testis. Garcia abbat testis. Peidro Garciez testis. Johannes Domingo testis. De Cellorigo Domingo Munnoz testis. De Sagga Martin Martinez, Peidro Garciez. De Artable don Porcete testis. Peidro Stevenez, Johannes Peitrez de Fuenzea iudez del abbat de Buxedo fiador de redrar.

Num.º 457.

Era 1220: año 1182: got. .... gal. 194. b.º

Sub Christi nomine et eius gratia. Ego Eximinus de Davalos pro remedio anime mee et uxoris mee, et omnium parentum meorum dono et concedo totam meam partem, quam habeo in monasterio Sancti Felicis de Davalos Deo et sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Ferrando abbati et omnibus fratribus tecum ibidem Deo servientibus ab omni integritate, ut serviat in eodem monasterio per cuncta secula, amen. Similiter dono et concedo partes fratrum meorum dompni Lupi de Davalos, et Petri Lopez, et Garsie Lopez, et dompne Marie Lopez, quatinus intercessionibus beatorum confessorum Emiliani et Felicis, suorum obtineant veniam peccatorum. Ego Eximinus de Davalos corroboro hanc donationem monasterio Sancti Emiliani in capitulo in festo apostolorum Petri et Pauli, in presentia Roderici episcopi Calagurritani, et archidiaconorum suorum videlicet Didaci archidiaconi Naiarensis, et Sancii Alavensis, et Garsie archidiaconi calagurrensis et Arnaldi archidiaconi Berbericensis, Era millesima ducentesima vigesima. Testes Johannes Martinez de Davalos, et frater eius Sancius Martinez, Garci Nunnoz de Davalos, et fratres suos Xemen Munnoz, et Fortun Munnoz, Don Jenego de Navaridas, Gonzalvo Didaz de Forniellos, et don Michael frater eius auditores et testes.

Num.º 458.

Era 1220: año 1182, a 31 de Octubre: got. 147. b.º gal. 211. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego dompna Teresia de Tiras-

sona, uxor Fortunii Azenarez, pro facinorum meorum ablutione, et tam anime mee, quam animarum omnium parentum meorum requie dono et tota mentis devotione offero Deo et monasterio Sancti Emiliani, tibique Ferrando abbati, et universo monachorum conventui ibidem regularem vitam ducenti tam futuro quam presenti omnes meos collaceos et solares populatos et impopulatos et hereditates et quicquid habeo vel michi habere pertinet in villa Zidamon, totum igitur ab omni integritate dono et corrobo monasterio Sancti Emiliani, quod in supra dicta villa Zidamon habeo, quod semper et in perpetuum sit sub iure, et sub dispositione abbatis et monachorum monasterii Sancti Emiliani. Siquis parentum meorum, aut extraneorum hanc meam donationem minuere retemptare et infringere ausus fuerit, sit a Domino maledictus, et cum Juda Domini traditore in inferno inferiori dampnatus, et duplum ad regulam cum fisco regali ad partem regis castelle pro retemptatione. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima, pridie Kalendas novembris. regnante rege Alfonso comitis Raimundi Barchinonensis filio in omni Aragona, et Prudenzha, et Tirasona: regnante Alfonso Sancii regis filio in omni Castella: regnante rege Sancio in Pampilona et Alaba: regnante rege Ferrando in Gallecia: Johannes Frontinus Tirassonensis episcopus, in cuius presentia hec donatio facta est testis et confirmans. Johannes Amil Sancte Marie de la Orta eiusdem magister testis. Michael Perez de Schoron testis. Dompnus Ferrandus de Anues testis. Dompna Maria de Schoron testis. Dompnus Romeus testis. Dompnus Dominicus de Navaggas testis.

Num.º 459.

Escrit.ª de los años 1184: Cajon V. 12: rollo 4.º n.º 2.º

Sub trino personarum nomine indivisibilique substantie unitate patris prolisque Sanctique flaminis, qui solus universam condidit creaturam, cui cuncta tempora videntur equidem presentia, omniaque tam practica quam teorica funditus posivilia, quem

vivum tonantem mortales laudant immortalem, cuique cuncta digne famulantur elementa, a quo iusti laude digni pie coronantur: impii vero sevo scelere infortunati, dire dampnantur. Hec est constitutionis privilegium, quam ego Ferrandus Summa Dei annuente gratia beati Emiliani ecclesie abbas ilari facio animo vna cum vnanimitatis nostrorum religiosorum fratrum affectu ac mentibus Deum timentibus, refectionis alitum et sustentationis diurni ordinis augmentum. Igitur tale describimus edictum, et pactum vniversi concorditer firmamus esse irrevocabiliter tenendum, ut Deus dignius laudetur, et ecclesia suorum electorum Emiliani et Felicis copiosius ac frequentius cantetur. Disponente omnium nostrorum indivisibili voluntate cunctas decanias nostre ecclesie submissas, nostram semel in anno procurare mensam panis, vini, casei piperis, pisciumque copia decoratam, vnamquamque illarum suum procurationis dinoscere diem.

In natale Domini, dominus abbas = Circuncisionis diem monasterium sancti Andree de Bolibar, piscamina et mediam libram piperis = Epiphaniam Domini, Coba de gallecis panem, vinum, piscamina, piper, et aquasal. = Festum sancti Sebastiani, Ledesma panem vinum piscamina, piper = Octavum Epipanie, domus sancti Petri de Villa-oria, piscamina, piper = Festum sancti Vincentii, domus albergerie panem vinum piscamina et piper. = Conversio sancti Pauli, Villa-mezchina panem piscamina piper = Purificatio sancte Marie, monasterium sancte Martini Granionis pan. vin. piscam. pip. = Kathedra sancti Petri, Vallartà pan. vin. piscam. = Sancti Benedicti abbatis monasterium sancti Michaelis de Petroso pan. vin. piscam. pip. = In prima dominica quadragesime, monasterium sancti Martini de Ferranen piscam. et pip. = Feria quarta, monasterium sanci Vintentii de la penna vnum morabetinum = Feria sexta monasterium sancte Marie vallis sancti Vincentij vnum morabetinum = Dominica secunda in quadragesima monasterium sancte Marie

de Antozanos piscam. pip. = Feria quarta, monasterium Sancti Michaelis vallis Sancti Vincentii vnum morabetinum = Feria sexta, monasterium Sancti Johannis quinque solidos = Dominica tertia quadragesime, domus Formelle pan. vin. piscam. pip. = Feria quarta, monasterium Sancti Sebastiani de Valgannon vnum morabetinum = Feria sexta, domus de la Rad vnum morabetinum = Dominica quarta quadragesime, monasterium Sancte Marie de Arci pan. vin. piscam. pip. = Feria quarta, monasterium Sancti Martini de Soto quinque solidos = Feria sexta, monasterium Sancti Emiliani de Ecola piscam. et pip. = Anuntiatio Sancte Marie de marcio, monasterium Sancti Emiliani de Alesanco pan. piscam. = Dominica in passione Domini, domus Villenove iudeorum piscam. et pip. = Feria quarta, Taranco piscam. = Feria sexta, Azchita piscam. pip. = Dominica in Ramis palmarum, monasterium Annes pan. piscam. pip. = Feria quarta, monasterium Sancte Marie de Faro pan. piscam. pip. = Feria quinta in Cena Domini, monasterium Ovaldie piscam. pip. = Sabbato pasche, maioresdomini piscam. = Pascha Domini, dominus abbas. = Feria quarta, domus de Rotezno piscam. = Feria sexta, domus Ochoien piscam. = Dominica quasimodo, domus Heguilior piscam. = Feria sexta, domus Badoztain piscam = Marci evangeliste, monasterium Sancti Christofori Ecclesiesindenie pan. vin. piscam. pip. = Natal. apostolorum Ppilipi et Jacobi, Sancta Maria de Thera pan. piscam. pip. et aquasalsas. = Inventio Sancte Crucis, villa Ventose, pan. piscam. pip. = In natali Sancti Barnabe, apostoli, monasterium de Albiano pan. vin. piscam. pip. = Vigilia ascensionis Domini, monasterium de Torrenteio piscam. = In die ascensionis Domini, monasterium Sancti Martini de Barbarana pan. vin. =

En el de 1184. ya estaba hecha la permuta con Valvanera dando este Mon.º de S. martin de foro à S. millan; y este le dio por aquel el de S.n Christoval de Tovia.

piscam. pip. et aguasalsas = Sabbato Pentecosten, maioresdomini piscam. = Sanctum Pentecosten, dominus abbas = Dominica in Trinitate, monasterium de Cardenas pan. vin. piscam. pip. et aguasalsas = Vigilia Sancti Johannis baptiste, maioresdomini piscam. = Natuitas eiusdem, monasterium Sancte Crucis Boxobie pan. vin. piscam. pip. = Vigilia apostolorum Petri et Pauli, monasterium Sancti Mametis de Oxta piscam. = Natale apostolorum, maioresdomini piscam = Traslatio Sancti Benedicti, operarius ecclesie pan. vin. piscam. pip. = Sancte Marie Magdalene, monasterium sancti Michaelis Franionis piscam. et pip. = Festum Sancti Jacobi apostoli, monasterium Fonslactius pan. vin. piscam. pip. et aguasal. = Vincula Sancti Petri, monasterium Sancte Marie de Vannares piscam. et pip. = Festum Sancti Laurentii, monasterium Sancti Romani Vallisoscani piscam. et pip. = Assumptio Sancte Marie, monasterium de Astable pan. vin. piscam. pip. et aguasal = Festum Sancti Bartolomei apostoli dom..... piscam. et pip. = Decollatio Sancti Johannis baptiste, monasterium Sancti Clementis Ecclesiendenie pan. vin. piscam. et pip. = Nativitas Sancte Marie, monasterium Sancti Johannis de Zufuxi pan. vin. piscam. pip. et aguasal. = Exaltatio Sancte Crucis, monasterium Sancte Marie de Inicio piscam. et pip. = Festum Sancti Mathei apostoli, monasterium Sancte Marie de Bobatella piscam. vin. et pip. = Festum Sancti Michaelis, monasterium Sancti Felicis Occensis pan. vin. piscam. pip. et aguasal. = Festum Sancti Luce evangeliste, monasterium de la Nave piscam. et pip. = In Natali apostolorum Simonis et Jude, dominus Sexmarie vin. et piscam. = Translatio Sancti Emiliani, monasterium Sancti Sebastiani Naiare piscam. et pip. = Festum omnium Sanctorum, monasterium Sancte Marie de Cannas piscam. pip. et aguasal. = Dedicatio Ecclesie, Matrix piscam. pip. et aguasal. = Translatio Sancti Felicis, monasterium Sancti Felicis de Davalos piscam. et pip. = Transitus Sancti Emiliani,

domus Secobie, et domus Lorance pan. vin. piscam. pip. = Festum Sancti Clementis, monasterium Sancti Martini Vallisorcani pan. vin. piscam. pip. = Festum Sancti Nicolai, domnus Camerarius piscam. et pip. = Festum Sancte Colalie, monasterium Sancte Marie de Sorores pan. et piscam. et pip. et quatuordecim carabitos de vino = Festum Sancte Marie decembris, monasterium Sancti Michaelis de Gomegga piscam. pip. = Festum Sancti Thome apostoli, Villareggo pan. vin. piscam. pip. = Dominica prima in adventu Domini monasterium Sancti Emiliani de Rivabellosa piscam. et pip. = Dominica secunda, monasterium Sancti Mametis de super Ponticurbo piscam. pip. = Dominica tertia, Potanzuri piscam. pip. = Dominica quarta, Nograro piscam. pip.

No esta concluida esta carta de refaccion extraordinaria.

Nota. Esta escriptura es copia hecha en el siglo catorce como lo denota su letra: carece de firmas y fecha; pero debio sacarse del original q. ~~[illegible]~~ tendria presente el copista, y á este lo hace existente en dho año 1184; la sig.te escritura

---

Num.º 460.

Era 1222: año 1184, á 1.º de diciembre: Cajon V. 12: rollo. 1.º num.º 9.º

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina libenti animo et voluntate spontanea, intuitu pietatis et misericordie confirmo vobis universo monachorum Sancti Emiliani conventui presenti et futuro ad petitionem et rogatum domini Ferrandi monasterii beati Emiliani instantis abbatis omnes illas possessiones, quas idem abbas F. vobis ad usum cothidianum in victualibus habendas concessit, sicut ipse eas vobis iuste et canonice assignavit, et in scripto, quod vobis condidit, continetur, ultra panem et vinum quod vobis de communi butheca monasterii vestri regulariter ministratur. Siquis vero huius mee confirmationis paginam in aliquo infringere vel diminuere pre-

sumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat; et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat. Facta carta apud Naiaram era millesima ducentesima vigesima secunda, Kalendas decembris. Et ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam roboro et confirmo. Gundisalvus toletane ecclesie archiepiscopus et hispaniarum primas confirmat. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle. Rodericus Guterrez maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi alferiz regis confir. = Ardericus Palentinus episcopus confir. Marinus Burgensis episcopus confir. Rodericus Calagurritanus episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Michael Oxomensis episcopus confir. Gundisalvus Seguntinus epicopus confir. Comes Petrus confir. Comes Ferrandus confir = Didacus Xemeiz confir. Petrus Ferrandiz de Mansiella confir. Petrus Garsie confir. Albarus Roderici de Masilla confir. Petrus Roderici de Guzman confir. Gundisalvus Copellini confir. Sancius Martini confir. Lop Diaz merinus regis in Castella confir = Magister Geraldus regis notarius, et Palentini archidiaconus, Guterrio Roderici existente cancellario scripsit

---

Num.º 461.

Era 1222: año 1184, a 22 de febrero: galicano 217.

Cajon E. 13. legajo 1.º n.º 1.º tit. Nograro.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Martinus Lopez de Nograro, Dei clementia suadente, bono animo, et sana voluntate offero, et tota mentis dono Deo et sanctis confessoribus Emiliano et Felici, et tibi Ferrando abbati, omnibusque monachis ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus omnem meam medietatem hereditatis quam sorte divido cum mea sorore dompna Legundia, scilicet Yssiertos cum sua hereditate cum suo termino, et cum suis solaribus, et cum suis arboribus fructuosis: et Estrada cum sua hereditate et suo termino, et cum suis arboribus fructuosis: et ecclesiam sancti Bartolomei cum suis casaribus ultra rivum et citra rivum, et cum suis arboribus fructuosis: et villam sancti

Vincentii cum suo termino, et sua hereditate et suis arboribus fructuosis: et Villam Faiolas cum suo termino et sua hereditate et suis arboribus fructiferis. De omni ista supradicta hereditate, quam ego adquisivi de domino rege Aldefonso do totam medietatem, cum pascuis cum montibus cum rivis et cum suis exitibus et ingressibus, cum omnibus suis pertinentiis pro mea anima, et pro animabus omnium parentum meorum monasterio Sancti Emiliani iure hereditario in perpetuo habendam. Facta carta in monasterio Sancti Emiliani sub era millesima ducentesima vigesima secunda, octavo Kalendas martii, regnante rege Aldefonso in toleto et in omni Castella, dominante Bozovie et Castelle vetule et valle de Govia Didaco Lopez testis. Fernandus Martinez de Meneo testis. Sancius Lopez testis. Dompnus Lucas alcaido de Castello Naiere testis. Petrus Aznarez testis.

Num.º 462.

Era 1222: año 1184, a 12. de diciembre: Cajon V. 12: rollo 1.º numero 10.

In Dei nomine, amen. Notum sit et manifestum presentibus et futuris, quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, iudicium quod subscriptum est inter villam Gunzalvi et Madriz in curia mea iudicari mandavi. Concilium de Villa Gunzalvi et concilium de Madriz inter se contentionem habebant super tribus maiadis scilicet Pradiella, et Cabamas novas, et Lojellais, et illi de Madriz eam tenentes, illi vero de Villa Gunzalvi allegabant de iniuria et violentia sibi illata. Auditis itaque in presentia mea hinc inde allegationibus utriusque partis, datum est illis pro iudicio, ut alterutra pars daret unum peditem, qui inter se dimicarent, et pars, pedini victoriosi, predictas maiadas iure hereditario de cetero perhenniter haberet. Commisso ergo pedestri prelio duello, evicit pedes datus a concilio Ville Gunzalbez peditem datum ab illis de Madriz. Inde est, quod ego predictus rex A. cum uxore mea Alienor regina facio cartam concessionis et stabilitatis de predictis tribus maiadis vobis toto concilio de Villa Gun-

zalbez, presente et futuro iure hereditario vobis habitaturis in perpetuum, ut in eis scindatis, et ganati vestri in eis pascant, et ibi iaceant. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta apud Calagurram era millesima ducentesima vigesima secunda, pridie idus decembris. Et ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam roboro et confirmo. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle. Rudericus Guterrez maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi alferiz regis confir. Gundisalvus toletanus archiepiscopus et hispaniarum primas confir. Rodericus Calagurritanus episcopus confir. Martinus Burgensis episcopus confir. Ardericus Palentinus episcopus confir. Michael Oxomensis episcopus confir. Comes Petrus confir. Comes Ferrandus confir. Didacus Xemeniz confir. Petrus Garsie confir. Petrus Ferrandi confir. Albarus Roderici de Gozman confir. Gundisalbus Copellini confir. Lop Diaz merino regis in Castella confir.

No es la escrit.a original, pero si copia de aquel siglo.

Num.o 463.

Era 1223: año 1185, á 12 de febrero, dia martes: got. 148. b.o gal. 212.

Sub Christi nomine. Ego Fortunius de villa Mediana et frater meus Michael, et soror mea domna Sancia, et sobrina mea Stephania, atque congermanus noster Rodericus Martinez de Athaio communi et bona voluntate vendimus pariter tibi Ferrando abbati sancti Emiliani, et omnibus monachis in monasterio sancti Emiliani Deo servientibus tam futuris quam presentibus nostram propriam sernam, quam habemus in campo de Ocon inter Obream et la Matanza iuxta viam, que vadit de Ocon ad sanctum Martinum, et a parte superiori iuxta eam est serna de monachis de Roht, que fuit regis, et ex alia parte sunt collaterales Sancius de Canales, et Petrus Filona, et Johannes Lupi de Auseio, et ex alia parte Ciprianus Ferrarius, in pretio quod inter nos placuit, scilicet quinquaginta morabetinis, de quibus nullum remansit dandum. Siquis

autem progeniei aut extranee retemtare voluerit hanc supradictam Sernam, quam monasterio Sancti Emiliani et Sancto Martino de Barbarana in perpetuum vendimus, sit maledictus a Deo, qui cuncta creavit, et cum Juda Domini traditore infernalia penarum sine fine sustineat incendia, et regie dignitati pectet mille aureos, et ad regulam duplum. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima tertia, mense februario, pridie idus februarii feria tertia, regnante rege Alfonso in tota Castella et Toleto et in Conca: rege autem Sancio eiusdem avunculo regnante in Pampilona et Alaba: Didaco Xemenez dominante Ochon, et Calagurra per manum regis Alfonsi: Remiro de Varea dominante Lucronio et Auseio per manum regis Alfonsi, et regis Sancii Pampilonensis. Huius vero Serne venditionis sunt fidiatores de redra Sancius miles de Agonciello, et Petrus miles de Muriello. Petrus Lombardus de Soserra testis. Johannes Martin de Davallo testis. Petrus Garsie de Alesanco testis. Rodericus Xemenez de Naiara testis. Rodericus Pedrez de Talubar testis. Petrus Blaschez de Resa testis. Petrus presbiter de Sancto Valerio testis. De Auseio Garsias Alcalde testis. Johannes de Eq° testis. Martinus de Sesma testis. Petrus Lazari testis. De Ochon Ciprianus Faber testis. Dominicus Petri testis. Dominicus Sancii de Mentia testis. Garsia Serrano testis. Petrus Sancii testis. Gil filius de Petro Filloria testis. De Mendavia Petrus Barata testis. Omnes isti suprascripti tam milites quam villani, in quorum presentia intus in Serna fuerunt dati supradicti quinquaginta morabetinos sunt iussiores et auditores. Garsia Sancii, qui dedit supradictos morabetinos regente et tenente monasterium Sancti Martini de Barbarana per manum abbatis Ferrandi et seniorum Sancti Emiliani.

Num.º 464.

Era 1223: año 1185, en abril: got. 148: b.º gal. 212 b.º

In Dei nomine et eius gratia. Nos totum concilium de Faro a maiore usque ad minorem pari et bona voluntate, deviti necessitate urgente, vendimus tibi Ferrando abbati Sancti Emiliani et omnibus monachis in eodem monasterio Deo servientibus tam futuris quam presentibus, unam terram, que est iuxta vestram vineam de Albiano ad integritatem pro viginti quinque morabetinis, quorum nullus remansit dandus: in sumitate quidem terre est quedam fons pro moggone, ex alia parte est pratum. Sunt vero fidiatores de riedra secundum forum terre Petrus Tizon, et Lupus Semenez, Dominicus Garsie de Semelhio, Dominicus Gonsalvez de Athumahuri. Sunt auditores autem Monnio Bizchaino, Garsias Vialdeco de Anguztiana, Semeno Harrnta de Villa-alba, Petrus Albarez de Trepeana, Sancius quippe Semenez de Villalhovar adelantado de Faro in vice totius concilii de Faro dedit istos fidiatores supradictos Sancio monacho sancti Emiliani et capellano abbatis in voce abbatis et conventus monachorum, et misit eum in serna predicta. Borreco regis merinus, et Froila regis portarius fuerunt presentes et testes. Alkaldes in Faro Garsias Hortiz, et Sancio Merino, Petrus de Blaias saion: adelantados Garsia Ortiz, et Sancio Semenez, Martinus Gonsalbez de Rethueta. Facta cartá mense aprilis era millesima ducentesima vigesima tertia, regnante rege Alfonso in omni castella, dominante Faro per manum regis Didaco Lopez.

Num.º 465.

Era 1223: año 1185, en noviembre: got. . . . gal. 213.

In Dei nomine. Ego Maria Perez de bona voluntate facio cambium cum vobis domne Petre de Grannon ad servicium beati Emiliani de illa casa, que est in barrio Sancti Johannis in Belforato, ad latus de Albar Garcia ex vna parte, ex parte alia via discurrens ad rivum tironis pro vna pasada terre; cum introitu et exitu,

et desuper triginta tres morabetinos; et accepi de vobis istam pasadam in ferragine Guillelmi Galterii alcalde, et comparavi illam ipse Guillelmus Galterii per quatuor denariis, et pro uno pallio, et ego sum pacata: Et sunt testes domnus Dominicus de Valle-asinaria, et Domincus Munnoz, et Dominicus de dona Anderazo, omnes Sacerdotes. Guillelmus Galterii, et Petrus Carus ambo alcades. Dominicus Heles, Petrus Diaz, Bartholomeus, Dominicus Johannes de Sagrero, Nicolas de Sagrero, Et ego Michael, qui cartam feci. Facta Carta mese novembri in era millesima ducentesima vigesima tertia, regnante rege Alfonso et Alienor regina in omni regno suo, Didaco Lopez dominante in Belforato de manu regis, sub eo Petro Garciez de Villalfobar cum fratre suo Sancio de Mazuelo, Chicon existente merino, Petro Ortolano Saion.

Num.º 466.

Era 1224: año 1186: got.... gal. 210.b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Azenarius Fortunionis de Ferbias dono et offero atque sincera cordis voluntate corroboro Deo et monasterio Sancti Emiliani, et tibi patri spirituali Ferrando abbati, atque monachis omnibus ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus, unum solare in Gallinero de Suso, quod fuit de Munnio Blascoz circa solare de filiis Martini Gonsalbez de Zarraton. Dono itaque solarem istum ut serviat monasterio Sancti Emiliani pro anima matris mee in perpetum. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta in era millesima ducentesima vigesima tertia, regnante rege Alfonso in omni Castella et Toleto et Naiara, sub eius imperio dominante Villeforaminis et Granioni et Naiere Didaco Lopez. Selbon frater eius testis. Martinus Golbat miles testis. Garsia Martinez armiger de Simeone Garciez de Leiva testis. Albarus Petri de Alesanco testis. Stephanus de Gallinero testis. Johannes de Gallinero testis. Domingo Galindo de Gallinero de iuso testis. Domna Tota uxor Roderici Cornelii testis.

Num.º 467.

Era 1224: año 1186, en junio: got. 152. b.º gal. 215. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Hec est carta inquisitionis, quam fecit dompnus Oriolus super hereditates, que sunt in Foce inter fratres de Buixedo et Ferrando abbate Sancti Emiliani. Dominicus Martinez de Cellorigo, et Petrus Guerrero eiusdem cognatus de Cellorigo, Johannes Faber de Sagga de iuso, et Martinus Beilaz de Fuentcea, isti quatuor coniurati a domno Oriolo merino regis intus in Foce, pari et concordi testimonio dixerunt: quod propriis oculis suis viderunt, et sciebant certa veritate; quod de illo pennueco quod est fixum circa veterem viam, de altera parte est semita, que vadit per mediam sernam, ista serna fuit linares usque ad fontem oriam fuerunt hereditates et linares de omnibus de Arce: adffirmantes et testificantes, quod sciebant quia homines de Arce laborabant et habebant hereditates istas iure hereditario a tempore Alfonsi imperatoris; et nullam pectam, nullumque censum ex eis dabant regi. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima quarta, mense iunio, regnante rege Alfonso in Toleto et Conca et in tota Castella, dominante Cellorigo et toti Borovie et Castelle vetule Didaco Lopez. Borrecus merinus regis testis. Enneco Fortunionis miles de Villaseca testis. Fortunius Gonsalvez miles de Gamarra testis. Petrus Lopez de Silanes miles testis. Johannes Garsiez de Ambuvo merinus testis. Martinus Petrez de Ponticurbo testis. merinus dompni Orioli. Pardus de ValleOrcanus merinus dompni Orioli testis. Dompnus Johannes de Foncea et Garsias abbas cognatus eius testes. Martinus Petrez, et Petrus Sancii, et Dominicus Azenar de Foncea testes. Dominico Calvo et Azenar de Castriello testis. Martinus Martinez et Dominicus Nunnez de Sagga de Suso testes. Petrus Martinez de Fontelactis testis. Stephanus presbiter de Sancto Emiliano de Equola testis. Petrus Sancii de Artable testis.

Num.º 468.

Era 1225: año 1187, en Enero: got. .... gal. 219. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego domna Elo uxor Garsie

Fortunionis pro Scelerum meorum ablutione, et pro anime mee et omnium parentum meorum requie dono offero atque sincero cordis affectu corroboro Deo et Sancto Emiliano et tibi patri Ferrando spirituali eiusdem monasterii abbati, et omnibus monachis tam futuris quam presentibus quatuor terras in Cordovin, quarum due sunt in pago de Sursum ex vna parte est terra de Crespo, ex altera vero terra Blasii presbiteri; tertia est in ripa de Alesanco, ex parte inferiori est Blasii presbiteri; quarta vero est in prato de Cordovin, ex parte superiori terra Garsie Monnioz, ex parte de cuesta est terra Sancii Garceiz de Terrero. Siquis autem mearum filiarum aut parentum aut propinquorum, seu extraneorum hanc meam donationem retemptare aut perturbare voluerit, sit a Deo maledictus et confusus et cum Juda Domini traditore in inferno perpetualiter dampnatus, et pro retemptatione ad partem regis terre suam calumpniam institutam exolvat, et duplum ad regulam restituat. Facta carta in era millesima ducentesima vigesima quinta, mense ianuarii. Domna Tota Garsiez filia eius testis. Albaro Monnioz gener eius testis. Domna Milia Garsiez eius filia testis. Lupus Sobrino testis. Petrus presbiter de Summosoto testis. Regnante rege Alfonso in omni castella et Conca, sub eius gratia dominante Villeforaminis et Ceresio et Naiare et toti Rivogio Didaco Lopez.

Num.º 469.

Era 1225: año 1187, en marzo: Cajon V. 12: rol. 2.º n.º 2.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Aldefonsus Dei gratia rex Aragonensis et comes Barchinonensis, et marcho Provence dono et concedeo vobis abbati Ferrando Sancti Emiliani et toti monacorum conventui ibidem Deo regulariter ministranti, cum consilio et auctoritate totius concilii hominum Cesaragustanorum illam Alcantaram de Cesaraugusta cum omnibus suis hereditatibus et pertinentiis, que pertinent ad eam vel pertinere debent, et omnes hereditates que vbicum-

que invente fuerint, que pertinent ad illam Alcantaram per omnia loca sua ubicumque sint, totam quidem ad integrum vobis confirmo cum suis rendis et exitibus et cum omnibus suis pertinentijs, ut habeatis istum donativum salvum vos et monasterium Sancti Emiliani in perpetuum. Ego rex Aldefonsus mando, ut de illa ranchura quam vos habeatis de concilio Cesaraugustano quod abstulerant Alcantare hereditates et rendas, scilicet oves illas quas soliti erant recipere tenentes illam Alcantaram, et elemosinas mortuorum, et totum quod Alcantare ablatum fuerat, restituant vobis. Vos autem et omnes abbates monasterii sancti Emiliani vestri successores adducatis in uno quoque anno viginti vigas ad Cesaraugustam pro arreposto, et teneatis totam illam Alcantaram directam de tabulis et de ferro: et si forte superflua aqua evenerit et totam Alcantaram levaverit, vel medietatem vel tertiam partem, vos faciatis tornare totam illam materam sine ulla missione totius concilii. Sed postquam tornaveritis illam materam sine ulla vestra missione faciant endrezare homines civitatis, preter unam ciquoniam cum duobus lectis: et si forte non levaverit aqua preter unam ciquoniam, vos faciatis endrezare illam ciquoniam cum duobus lectis de illa matera, que fuerit in arreposto, vel de illa quam vos tornaveritis, et levet vel non levet, semper faciatis endrezare sine ulla missione concilii una ciquonia cum duobus lectis. Vos autem et successores vestri istam convenientiam complendo et tenendo, sicut supra scriptum est, habeatis istum donativum salvum vos et monasterium Sancti Emiliani in perpetuum. Statuimus quoque quod nec vos nec successores vestri, qui tenuerint supra dictam Alcantaram, presumant vendere vel subpignorare, vel alienare, aut pro malis et inutilibus reditibus dare vel encartare hereditates de illa Alcantara sine consilio concilii Cesaraugustani. Signum Aldefonsi regis ✠. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima quinta mense marcii, feria tertia. Sunt autem testes huius supra dicti scripti don Abenuenist, et Zalmedina don Navarro, don Per Dessesse,

don Glacian, don Martino Orella, don Raimundo de Vrgel, don Petro Blanzacho, don Acarias, don Guillen Arnalt, don Pardo, don Mikael de Vcles, don Per de Calataiub, don Bernard Boit, Guillen Donath, don Stefano de Amioth, Guillelmo de Montel, Mikael de Estada, don Dominico de Alarues, don Seluvan, totum concilium de Cesaraugusta teste.

Num.º 470.

Era 1225: año 1187: got. 150. b.º gal. 217 1/10

Sub Christi nomine. Ego Ferrandus abbas sancti Emiliani et omnis monasterii conventus damus tibi don Nez et tue uxori dompne Clavere unum solare in Villaforado, ut populetis eum et habeatis vos et filii vestri, et omnis generatio vestra per cuncta secula, dando in unoquoque anno in festo sancti Johannis baptiste unum morabetinum sancto Emiliano: et est solare istud in varrio novo, de una parte est domus dompni Gundisalbi ceci, de alia vero parte est domus filiorum Sancii Jenerach, et ex alia parte ortus dompni Munnionis sancti Martini; ante portam est caminus sancti Jacobi. Tali igitur pacto supra dictam domum vobis donamus, ut sicut iam scriptum est vos et omnis generatio vestra absque ulla voce mala in censsum iam dictum sancto Emiliano persolvatis. Et siquis forte monachus aut quislibet homo sancti Emiliani in domum illam advenerit, et ibi manere voluerit, benigne eum recipiatis. Facta carta era millesima ducentesima vigesima quinta, regnante rege Aldefonso toleto et Extrematura et in omni Castella, sub eo dominante Villaforado dompnus Ranimirus de Varea, existente merino in eadem villa Johanne Ferrero, saion Johannes Saion. Sunt testes de parrochia sancti Laurentii don Domingo de Sagrero testis. Don Vidal de la Casanna testis. Arnalt so Sobrino testis. Domingo Naharro testis. Remon Ortolano testis. Don Marin testis. Johannes Gros testis. Pedro Caro, Guillen Gualter, Ferrant Droart iudex sunt auditores, et testes. Petro Ceresario testis.

Num.º 471.

Era 1225: año 1187: got..... galic. 232. b.º

+ In Dei nomine et eius divina clementia. Ego domna Alduenza cometissa, Dei famula et humilis Christi ancilla, olim pie recordationis domni Lupi comitis uxor, libenti animo et spontanea voluntate ob sincere dilectionis intuitum, et propter servitium quod marito meo domno Lupo comiti, qui vos ad milicie dignitatem provexit, michique et filiis meis fecistis, do vobis domne Lucha filii domni Lupi Aureoli omnem hereditatem cum propriis solaribus quam habeo in quandam villam, que dicitur Nalda, queque sita est prope ribum qui vulgo vocatur iregua: que videlicet hereditas me patrimonio iure contigit tam in exitibus quam ingressibus tam in ribis quam in pascuis, tam in montibus quam in silvis, tam in vineis quam arboribus fructiferis quam infructuosis, ubicumque eam tam cultam quam incultam in predicte ville terminis potueritis invenire; ut eam scilicet hereditatem habeatis libere quiete et pacifice vos et omnis generatio vestra ad dandum vel vendendum, vel ad voluntatem vestram iure hereditario faciendum per infinita secula. Et de hac donatione sunt fidiatores domnus Petrelion de Esclannana, et Fortunius de Villa-Mediana milites, ut redirent sicuti foro est de terra. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Et de hoc sunt testes domnus Didacus Lupiz, domna Mencia cometissa, domna Alduenza, domna Tota Caniensis abbatissa, domnus Sancius Lupiz, Martinus Roiz filius Roderici Martinez de Petrola, Ennecus Lupiz, filius domni Lupi de Mendoza, Petrus Garsie de Alesanco, Fortunius Sancii de Esclannana adelantado, Petrus Ferrandez de Clavillo, Michael de Villa-mediana, Petrus Garsie de Novaias, Sancius de Mazuelo, domnus Lupi de Zufiuri, Martinus Gombaldi, Gonzalus Ferrandiz, Rodericus Semenez, Lupus de Velascori, Martinus de Arratia, Lupus de Gamarra, Guter Roiz de Olea gener Fortunii de Harrieta, domnus Nunno, domnus Galindo de Nalda, Petrus Garsiez, domnus Petro Leon, Johannes Petriz, Martinus Lupiz, Mar-

tinus de Iusta, Dominicus Semeno, Martinus Dominguez: et de Esclamana Pardus filius de Domna Maiore; et de Lueras Dominicus presbiter, Menendo Menendez, Menendo Martini, Vincentius, Johannes Johannis, Menendo de Soto: et de Janga Pelagius, Garsias, Navarrus: et de Sores Johannes Egidii, Semeno Gomez: et de Matuht Petrus Sancii filius Sancii Emnego: et de Daroca Didacus filius de Belarquite: et de Sancto Emiliano Munnio Velaz. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima quinta, regnante rege Adefonso cum uxore sua regina Domna Alienor in Castella in Toleto in Placentia in Conca in Camneh in tota Extremadura in Burgis in Naiera et in Calagurra; Lucronio in fidelitate tunc existente; sub eo dominante in Naiara in riuo de Oca in Borouia in Castella vetula in Transmera in Asturis et in medietate Burgensis uobis domno Didaco Lupiz, domni Lupi comitis filio, eiusdem pii regis Adefonsi alferice; sub eo alferice Didaco Lupiz filio domni Lupi de Ficero; maiordomus in regis curia Rodexico Guterrez; portario maiore Martino, merino regis maiore domno Lupo de Ficero, prior in Sancta Maria de Naiera domno Simone, episcopo in Calagurra domno Rodexico; regnante in Aragone rege Alfonso, in Navarra rege Sancio, in Gallecia rege Ferrando, in Portogale rege Sancio.

Num.° 472.

Era 1226: año 1188: got. 152.° gal. 246.

In Dei nomine et eius gratia. Ego domno Lope alcalde de Miranda et uxor mea Maria Martinez, pro remedio animarum nostrarum damus Deo et Sancto Emiliano, et vobis Ferrando spirituali abbati, et omnibus monachis ibidem servientibus, ires terras una illarum est iuxta terra Sancii Martini, alia est inter ambas vias de latus est terra Martini Didaz, et alia parte est terra Johannis Belaz, alia terra est inter amboz riuoz vinearum et de latus est terra Didaci Navarri, et ex alia parte est terra Martini Sancii. Et ego Martinus Lopez dono aliam terram iuxta terram

Santi Emiliani, et iuxta viam, pro anima mea. Facta carta era millesima ducentesima vigesima sexta, regnante rege Alfonso Toleto et in Extrematura et in tota Castella, sub eo dominante Miranda Maria Almenar. Sunt huius rei testes de Miranda Johannes Belaz, et Lazarus et Johannes Martinez, Petrus Faber, Domingo Sobrinus eius, Martinus Sancii.

Num.º 473.

Era 1227: año 1189, á 26 de abril: Cajon V. 12: rollo 1.º n.º 11.

Presentibus notum sit et futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina, intuitu divino et pro salute anime mee et parentum meorum facio cartam libertatis et absolutionis Deo et alberguerie de Rivo de Peros et vobis Garsie Petri et uxori vestre Marie Sancii eiusdem alberguerie fundatoribus, et omnibus successoribus vestris ad recipiendum pauperes ibidem constituendis perpetuo valituram. Absolvo itaque vos et predictam Alberguerian, et omnes successores vestros, qui ibi instituti fuerint ad recipiendos pauperes, et pro facultate domus reficiendos, ab omni fassadera et pecto et fassado et facendera, et omni servitio, et exactione tam regis, quam alterius domini. Cauto etiam et prohibeo, ut nullus merinus nec iudex nec aliquis alius homo in ea per vim intrare, nec aliquid inde extrahere presumat. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Facta carta apud Bellifo-ratum era millesima ducentesima vigesima septima, sexto Kalendas maii, secundo anno postquam serenissimus A. rex Castelle et Toleti A. regem Legionensem cingulo militie accinxit, et ipse A. rex Legionis osculatus est manum dicti A. regis Castelle et Toleti; et consequenter eodem anno elapsis paucis diebus sepedictus A. illustris rex Castelle et Toleti Romani imperatoris filium Conradum nomine in novum militem accinsit, et ei filiam suam Berengariam tradidit in uxorem. Et ego A. rex

regnans in Castella et Toleto hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundisalvus Toletane ecclesie archiepiscopus et hispaniarum primas confirmat. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle. Rudericus Guterrez maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi alferiz regis confir.= Maximus Burgensis episcopus confir. Ardericus Palentinus episcopus confir. Rodericus Calagurritanus episcopus confir. Gundisalvus Seccobiensis episcopus confir. Johannes Conchensis episcopus confir. Comes Petrus confir. Comes Ferrandus confir.= Comes Garsie confir. Ordonius Garsie confir. Guterrius Roderici confir. Petrus Roderici confir. Egidus Gomiz confir. Raimirus de Barea confir. Lupus Diaz merinus regis in Castella. Magister Mica regis notarius, Guterrio Roderici existente Cancellario, scribsit.

Num.º 474.

Era 1227. año 1189, en diciembre: got. 128: gal. 229. 4.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Ferrandus monasterii beati Emiliani humilis minister, cum auctoritate et communi conssensu omnium fratrum meorum facio cartam donationis et corroborationis sustentationi et procurationi infirmorum fratrum; bono igitur et sincero cordis affectu dono et in perpetuum confirmo omnem medietatem census, quem homines de Varrio-novo in uno quoque anno per forum dare solent, domui et sustentationi infirmorum fratrum. Huius autem census medietas sit in dispositione et ministratione fratris infirmorum procuratoris usque in perpetuum: aliam vero medietatem habeat cellarius de foris ad opus solidate mancipiorum suorum: Calumpnie vero et omicidia, et merinus instituendus reserventur iuri et dispositione domini abbatis. Simili modo ego F. supradictus, et universus fratrum conventus uno cordis affectu, parique voluntate statuimus et in capitulo confirmavimus, quod decime omnes ville Colie et omnes pecte per forum dande, post mortem Simeonis Garsie, ulterius iam non dentur cuilibet ulli homine, set sint sub iure et dispositione domus infirmorum in perpetuum.

Siquis autem abbas vel quislibet homo hanc donationem domui infirmorum tam caritative factam (las imprec.s ordin.s &a). Facta Carta sub era millesima ducentesima vigesima septima, mense decembris, regnante rege Aldefonso regis Sancii filio in Toleto et in Konka et in omni Castella; sub eiusdem gratia dominante Naiare et Rivo-ogie et Borovie atque Castelle Didaco Lopez. Prior maior Petrus confirmans. Prior minor Petrus confirmans. Petrus prepositus confir. Lupus Sacrista confir. Andreas Camerarius confir. Petrus refictorarius confir. Michael cellarius confir. Omnes sancti Emiliani monachi sunt huius facti factores et confirmantes.

Num.º 475.

Era 1227: año 1189, en diciembre: got. 93: gal. 145.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Simeon Garciez de Leiva immensi peccatorum meorum ponderis recordatus, et dampnationi eterni cruciatus exterritus, ut perpetim ignis incendia evadere, et a Domino meo Jhu Christo malorum factorum indulgentiam promereri valeam, offero dono atque omnino corroboro Deo et sanctis eius Emiliano et Felici, et tibi patri spirituali Ferrando abbati et cunctis monachis ibidem regulariter deservientibus tam futuris quam presentibus meos proprios collaceos, quos habeo in Castelloseco cum tota mea hereditate, quam michi ibidem pertinet: sunt septem collaceos populatos iuxta ecclesiam Sancti Juliani: sunt domus Petri Ortiz, et Martini Galindez, domus iudicis Lupi Ortiz est iuxta domum domne Goto Ortiz, domus Garsie Ferrera est iuxta domum predicti iudicis, domus Martini Munnoz est in introitu ville iuxta viam, que venit de Villasicca de dextro domus Fortunii de Baranzo est in media villa iuxta domum domne Marie; domus Garsie Albarez est iuxta domum domne Marie de Lancrares: et isti omnes cum sua divisa. Et vna terra est in carrera de Siellas, et sunt allatane, de suso terra de Petro de Sagga, et de iuso terra Sancii de Cem-

brana: alia terra est in Sancto Martino, de vna parte est terra domne Gelvire, et de alia parte est terra domne Marie de Castannares. Et in Galvarruri sunt duos solares et dimidium: domus que fuit Fortunii Enneguez, et subtus domus domne Marie de Lancrares; et domus, que fuit Garsie Michaeli, est iuxta domum Petri Sancii de Villa-amoroja: et medietatem domus Petri Garcia, que est iuxta solarem domni Beile de Xemelhio: et isti cum sua divisa. Et vna terra est super ortum Sancti Vincentii, et sunt allatanee istius terre, de suso terra Dominici Lezirivilla, et de Costa terra Marie Dominici: alia terra in carrera de Cellorigo de dextro, et de vna parte est terra Sancie Beilez, et de alia parte terra Dominici Leziri-villa: et in illo loco iuxta illam terram Dominici Leziri-villa, alia terra de suso: et alia terra iuxta defesam de Galvarruri, et iuxta de defesa de Baranzu: alia terra iuxta fontem, que est super villam, de suso est terra Fortuni de Baranzu, et de iuso terra Marie Dominici: alia terra in illo otero de Galvarruri iuxta terram Sancie Johannis: alia terra in Carrera de Baranzu, allatanee terra Dominici Lezirivilla, de Costa et de iuso terra Petri Beilez: et vna ferragine super villam iuxta ferragine domne Gelvire. Et meam sortem monasterii Sancti Vincentii. Siquis (las imprec.s ordin.s &c.a). Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima septima, mense decembris, regnante rege Aldefonso, regis Sancii filio in toleto et in Conca, et in omni castella; sub eiusdem gratia dominante Nagere et rivo ogie et Borovie atque Castelle Didaco Lopez. Testes qui presentes fuerunt domna Ozenda filia eiusdem Simeonis Garcia, Lope Momez, et Semenus Momez, Gundisalvus Fernandi de Castannares, et filii eius Johannes Gonzalvez et Fernandus Gundisalvi: Et de Castielseco Garsias Gundisalvi, et domnus Albarus, et domnus Petrus Terese, et filii eius Didacus Petri et Garsias Petri, et Lupus Simeonis de Goreca; et Lupus de Villalovar, qui tunc tenebat domum de Zofiuri

---

Num.º 476.

Era 1228: año 1190; en Julio: Cajon V. 12: rol. 3.º n.º 2:

In Dei nomine et eius gratia. Hec est institutio Karitativa ex

ex dulcifluo vere et non simulate fraternitatis fonte egressa, que inter Johannem cenobii sancti Dominici siliensis abbatem et universum monachorum conventum sibi regulariter subiugatum, et inter Ferrandum monasterii beati Emiliani humilem ministrum et omnium monachorum collegium sibi obedientie professione obligatum, insolubili nodo solidati et robore firmissimo confirmati dignoscitur: Uterque igitur abbas et uterque utriusque monasterii conventus providentes tam corporum necessitati supervenienti, quam animarum indulgentie utilitati; statuimus inter nos, quod siquis monachorum cenobii sancti Dominici pro quolibet certamine cum suo abbate habito a monasterio suo expulsus fuerit, nisi pro iusta excomunicatus fuerit culpa, et positus in excomunicationis sententia tam in spiritualibus quam in temporalibus beneficiis, in monasterio sancti Emiliani plenarie recipiatur in socium, donec suo abbati et suis fratribus iuxta regulare preceptum reconcilietur et admittatur: sic ergo tali conditione talique institutione et in nullo diversa ab ista monachus sancti Emiliani in cenobio beati Dominici plenarie recipiatur in socium: hoc de temporalibus. De spiritualibus vero, cum monachus sancti Dominici ex hoc seculo migraverit eiusdem obitus monachorum sancti Emiliani conventui per litteras vel per nuncium statim significetur: tunc omnis monachorum sancti Emiliani conventus pro eius anima novem diebus continuis clamorem devotissime teneat, et missam minorem in una die in eiusdem memoria celebret: unusquisque autem sacerdotum trinum sacrificium pro eiusdem anima Deo offerat: alii vero trina psalteria recitent, et usque in triginta diebus in missa minori eiusdem commemoratio continue fiat; et sua panis et vini et ferculi portio pauperibus erogetur: hoc idem et non aliud ab isto pro defuncti monasterii sancti Emiliani monachi anima in cenobio beati Dominici mente devota et perpectionis instantia supleatur. Vera autem caritatis fraternitas, ut in nobis virtute splendiflua rutilet, et sancti spiritus gratia in virtutum decore augmentetur, instituimus quoque inter nos, quod semel in anno in

Secunda die post festum Sancti Luce in utroque monasterio omnium monachorum defunctorum utriusque monasterii solempniter plenarium celebretur ab omni conventu aniversarium Facta huiusmodi institutionis carta sub scripti speculo perpetualiter roborata in era millesima ducentesima vigesima octava. Siquis (las imprec.s ordin.s &c.). Prior Petrus maior monasterii Sancti Emiliani huius facti confirmans. Petrus prior minor confirmans. Petrus prepositus confir. Lupus Sacrista confir. Andreas Camerarius confir. Petrus refectorarius confir. Michael cellerarius confir. Omnes monachorum conventus Sancti Emiliani confir. = Prior Didacus maior monasterii Sancti Dominici huius facti confirmans. Martinus prior minor confir. Petrus cellerarius confir. Petrus refectorarius confir. Gundisalvus Camerarius confir. Melendus infirmerarius confir. Antonius Sacrista confir. omnis monachorum conventus Sancti Dominici confir. Regnante rege Adefonso una cum uxore sua domna Alienor in omni castella et in Toleto et in Placentia et in Conca: rege autem Adefonso Ferrandi regis filio regnante in Legione: Sancio vero Garsie regis filio regnante in Pampilona, facta est huiusmodi institutio mense iulii.

Num.º 477.

Era 1228: año 1190, en junio: got. 128: gal. 230.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Gonsalbus Didaci de Fornellos et frater meus dompnus Michael pro peccatorum nostrorum remissione, et pro animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum requie, offerimus Deo et Sancto Emiliano et Sancto Felici confessoribus Christi, et tibi patri spirituali Ferrando abbati et totis monachis ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus nostram partem monasterii Sancti Felicis de Dabalos, que nobis ex iure et sorte paternali ibidem pertinet: offerimus igitur et corroboramus supra dictam nostram partem ab omni integritate monasterio Sancti Emiliani quatenus pro animabus nostris et pro animabus parentum

nostrorum ibidem per omnia secula seculi. Siquis autem ex parentibus nostris aut extraneis hanc nostram donationem disrumpere aut retemptare voluerit sit a Domino Deo confusus, et cum Juda traditore Domini in infimo infernali perpetualiter damnatus, amen. Ego autem Ferrandus abbas et totius monachorum conventus, pro huiusmodi donatione, et precipue pro bono amore, quem erga vos habemus, recipimus vos Gonsalvum Didaci, et fratrem vestrum Michaelem et uxorem vestram Domnam Sanciam et filios vestros, quos ex ea habetis, in nostro beneficio, scilicet in orationibus in ieiuniis in helemosinis, quod talem et tantam habeatis partem in vita et in morte, quantam unusquisque omnium nostrorum habet. Facta carta in Era millesima ducentesima vigesima octava, mense iunii, in quo mense rex Anglie duxit in uxorem filiam regis Sancii Navarre: rege Sancio regnante in Pampilona et in Alaba: rege autem Alfonso eiusdem sobrino in omni Castella. Similiter partem illam Sancii Albarez, et Domne Albertę germane mee, quam comparavi, dono et confirmo Sancto Emiliano. Ego Lope Semonez de Montealvo, qui interfui supradicte donationi, sum testis huius facti, et dono Sancto Emiliano partem meam, quam habeo in monasterio Sancti Felicis de Davalos per animam meam et pro animabus parentum meorum. Garsia Lopez de Piscina testis. Semen Munioz, et Garsia Munioz, et Fortun Munioz de Davalos testes. Eximino alcalde testis. Et totum Concilium de Davalos testor.

Num°. 478.

Era 1228: año 1190: got. 128. b°. gal. 226.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego domnus Dominicus presbiter de Buxedo ob remissionem peccatorum meorum et meorum parentum dono et corroboro Deo et Sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Ferrando abbati, omnibusque fratribus ibidem cum Deo regulariter ministrantibus unum solare populatum in Buxedo, ut sit sub iure Sancti Emiliani, per cuncta secula. Tali igitur

pacto dono supradictum solare, ut de meis parentibus sit quicumque in eo habitaturus fuerit, dando in unoquoque anno mense monachorum sancti Emiliani unam libram de pimenta. Facta carta in era millesima ducentesima vigesima octava, regnante rege Aldefonso in Toleto in Strematura, et in tota Castella, sub eo dominante Didaco Lopez Naiere et Borovie et Cellorigo. Martinus Perez miles de Buixedo testis. Petrus Petriz frater eius testis. Martinus Munnoz testis. Domnus Fortunius diaconus de Osma testis. Cipriani testis. Petrus sobrinus testis. Martinus Heles testis. Fortunius Johannes testis. Johannes de Tobera testis. Martinus de Lezama testis. Totum concilium de Buixedo testes.

Num.º 479.

Era 1229: año 1191, á 30 de marzo: got... galic. 246. b.º

In Dei nomine. Hec est pactum et convenientia, quam ego Petrus Garsie filius Garsie Vermudi, et ego Gomez Garsie frater eiusdem Petri Garsie, et alii fratres nostri, et sorores nostre facimus vobis domino nostro Alfonso regi Castelle, de Castello, quod vocant Aguncello, et de Castello quo dicitur Lodosa, quod castellum avus vester famosissimus Alfonsus imperator dedit olim avo nostro. In primis reconoscimus et fatemur, quod ambo ista castella Aguncello et Lodosa sunt in empara Castelle: et facimus vobis tale pactum et convenientiam de illis quod numquam malum fiat nec exeat vobis nec filio vestro nec nepoti vestro, nec aliqui domino et heredi Castelle de illis castellis de cetero in perpetuum. Et si in posterum contigerit, quod nos vel posteri nostri, vel aliqui sive aliquis de genere nostro, vel qui dominus fuerit et heres istorum Castellorum, aliquibus sive alicui alii predicta duo castella, vel aliquid eorum velit vendere vel impignorare vel cambiare; ille qui emere vel in cambium recipere, vel sub pignore recipere voluerit predicta duo Castella vel aliquid eorum, antequam ad eius transferantur potestatem et dominium, faciat

homenium et pactum et convenientiam superius scriptam domino Castelle quicumque fuerit; et nec prius nec ad ipsius dominium transeant prenominata castella aliter ullo modo: Et nec nos nec aliquis de genere nostro sive alicuius prememorata castella possit alio modo vendere impignorare vel cambiare vel alienare: et hoc sit per bonam fidem et sine omni fraude et malo ingenio. Quicumque vero nostrum vel de genere nostro sive alicuius predictorum castellorum dominus pretextatum pactum et convenientiam secundum prefatum tenorem vobis domino Alfonso regi Castelle et filio et nepoti vestro, vel cuilibet regi vel domino Castelle non compleverit, sit proinde alevosus et traditor. Et ego Alfonsus rex castelle convenio et concedo vobis, quod numquam sepedicta castella forcem vobis, nec auferam ego nec filius meus, nec qui castellam heredaverit: et quod amparemus ea de omnibus qui fecerint ibi malum, et hoc sit per bonam fidem, et sine omni fraude et malo ingenio. Facta carta apud Palentiam era millesima ducentesima vigesima nona, tertio Kalendas aprilis. Testes huius rei et pacti sunt, tellus Petri Rodericus Gutierrez maiordomus regis, Garsias Martini maiordomus regine, Ordonius Garsie, Petrus Roiz de Guzman, Lop Diaz merinus regis, Ferrandus Maurus, Rodericus Diaz de familia regis Tellus Ferrandi, Garsias Petri de Torkemada, Garsias Gomiz de Meneses, Gunzalvus Roiz filius Roderici Gutierrez, Arias Petri Gallecus, et homines de Lucronio, et Johannes Mathei de Burgis, Magister Mica domini regis notarius scripsit iussu utriusque partis.

Num.º 480.

Era 1229. año 1191: got.... gal. 216.

Sub Christi nomine. Ego Gonzalbus Didaci canonicus sancti Dominici de Calzada pro peccatorum meorum expiatione et et anime mee requie dono et corroboro Deo et monasterio sancti Emiliani, tibique Ferrando abbati, et omnibus monachis ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus, duos collazeos

in Pino de suso, quos michi dederunt fratres mei iure hereditario: illorum nomina hec sunt Vrraca, et Garsias de Fonte, Janez Ferrero allataneus. Facta carta sub era millesima ducentesima vigesima nona, regnante rege Alfonso cum vxore sua Alienor in omni castella, dominate Naiere et Rivo-ogie et Borovie atque Castelle vetule Didaco Lopez. Lupus de Blacori eius frater testis. Sancius frater eius testis. Egidius eius frater testis. Didaco archidiacono et sancti Dominici abbas testis. Dominicus presbiter coperator operis ecclesie Sancti Dominici testis. Guillelmus de Sagga canonicus Sancti Dominici testis. Fortunius archipresbiter et sancti Dominici canonicus testis. Monnius archipresbiter et canonicus sancti Dominici testis. Lupus Moggo merino in tota rivogia testis.

Num.º 481.

Era 1229: año 1191, en diciembre: got.... gal. 239.

Sub nomine Christi redemptoris nostri et eius gratia. Ego Dompna Jhamna filia D. Lupi de Marciello in articulo mortis posita, divino aflata spiramine, pro pecatorum meorum remissionem, parentumque meorum vivorum ac defunctorum salute, libenti animo ac spontanea voluntate, vna cum Petro Blaschez marito meo dono et offero Deo et sancto Emiliano, et tibi spirituali patri F. abbati, et toti monachorum servientium conventui, totam meam hereditatem de Castriello cum solaribus populatis et non populatis cum terris, vineis, ortis, pomiferis, pratis, cultis et incultis, pascuis, cum exitus et introitus, et cum omnibus, que ibi ex patre meo ad me pertinent, vel aliquando pertinere noscuntur in predicto Castriello ad integritatem, scilicet quatuor solares populatos, quorum collaceorum nomina hec sunt, D. Cobo, P. Arcable, P. Fortuniones, D. Abbat; vnam ferraginem super casam de Pedro Martinez, et vnam super sanctum Salvatorem, et vnam super casam de P. Martinez iuxta illam, que est de fratribus; vna terra de fonteiunkera ad latus terre de F. Diaz de Fuencea, et P. Garcia de Arce: duas tras

eras, vna circa illa de M. Diaz, et aliam circa illam de P. Dominguez: vna Haza in lomiello ad latus terre de P. Kesada; la serna de Soto, in medio illius iacet la terra de M. Martinez monacho, allatenus eius L. Martinez: vna serna de perpaul, que vadit per costam versus Celloricum, de vna parte est terra de Sancto Pelagio, de alia parte est terra de M. Martinez monacho: duos pedazos en la rueda, in medio iacet la terra de Go. Blascez ad latus terre de P. Munnoz: la serna de prado a summo usque ad finem latus terra de D. Garciez: la terra de la carrera de Horzales, ad latus eius terra de Garcia Sanz: vna terra de fonte Buxedo circa terram de Sancto Emiliano: vna terra de Sancta cruce ad latus eius terra de J. Peidrez de Foncea: la serna de la Saviela ad latus eius sunt terre de G. de Fuencea et de P. Sanz: alia terra iuxta illam desuper ad latus eius sunt terre de M. monacho, et de Pardo: vno pedazo de la rueda ad latus terre de Martin Munnoz: el pedazo di riba de Arci ad latus eius sunt terre de M. Diaz, et de P. Andres: la terra de las vineas ad latus terre de D. Sancio: el pedazo de la carrera de Fuencelleg ad latus terra de P. Abbat: vna terra in ribamesada latus terra de M. Ferrandez: et totum siquid aliud ibi ex meo invenire poteritis, ut habeatis et possideatis vos et successores vestri iure hereditario in perpetuum, et totus inde profectus proveniens tabule semper deserviat monachorum pro meo anniversario, quatenus eorum piis orationibus meorum immense molis peccaminum veniam merear, et perpetuas tartari flammas evadere, et sanctorum omnium consortio perfrui valeam sine fine per infinita seculorum secula, amen. Siquis autem, quod absit, meorum parentum vel extraneorum novilium vel innobilium hanc meam donationem contrariare, alienare, vel in aliquo diminuere voluerit, sit a Domino Deo omnipotenti maledictus et confusus, et anathematizatus, et totius christianitatis cetu segregatus, et cum Juda traditore in inferni voragine submersus,

eternas ibi penas sine fine luiturus, amen: et in cauto centum regi persolvat aureos, et quod retemptaverit, duplatum reddat sancto Emiliano. Huius mee donationis sunt testes, qui tunc aderant, P. Velasquez, Martinus Martinez, et M. Alfonso mater eius, S. archidiaconus de Kalagurra, T. de Alesanco, M. Petriz, D. Giraldus, P. prepositus, R. monachus; et abbas sancti Emiliani, et todus conventus sunt testes. Facta carta huius donationis in sancto Emiliano in anno, quo Cometissa dompna E. et abbatissa de Cannas dompna T. morabantur ibi propter guerram, mense decembri die sabbati sub era millesima ducentesima vigesima nona, regnante rege Aldefonso in Castella et in Toleto et in Alarcos et in tota strematura, sub eo dominante Didaco Lupi de Faro in Naiera et in castella vetula et de Soria usque ad mare, alcaide in Naiera existente domno Lucha, et Martino Brabo maiordomo suo existente per manum eius domino de Cellorico, et merino de Rivo de-ogga Lupo Mocho, merino de Nagera Pascasio.

tal vez Deraria el copista un decenar: á no ser de Soria hasta el mar de Sobre Vizcaya.

Num.º 482.

Era 1230: año 1192, á 17. de febrero: got... gal. 218:

Cajon O. S: n.º 1.º

Presentibus notum sit et futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina, et cum filio meo Ferrando dono et concedo Deo et monasterio sancti Emiliani de la Cuculla et vobis domno Ferrando eiusdem monasterii instanti abbati, vestrisque successoribus et omnibus monachis ibidem degentibus presentibus et futuris, solare heremum quod habeo in villa, que dicitur Sagia, et hereditatem quam in eadem villa habeo, et hereditatem duarum ecclesiarum sancti Johannis maioris et menoris: tantum hereditatis vobis in predictis locis asigno iure hereditario habendam, et perpetuo possidendam, quantum uni iugo bouum sufficiat ad anni vicem in agricultura. Siquis vero hanc cartam

in aliquo infringere vel diminuere presumpserit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit, duplicatum restituat. Facta carta apud Toletum era millesima ducentesima trigesima, tertio decimo Kalendas martii. Et ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Martinus Toletane ecclesie electus et hispaniarum primas confirmat. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle. Rodericus Gutieriz maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi alferiz regis confir.= Marinus Burgensis episcopus confir. Ardericus Palentinus episcopus confir. Martinus Oxomensis episcopus confir. Martinus Segontinus episcopus confir. Johannes Conchensis episcopus confir. Johannes Abulensis episcopus confir. Comes Petrus confir.= Petrus Ferrandiz confir. Ordonius Garsie confir. Gonzalbus Gomiz filius comitis confir. Petrus Roderici de Guzman confir. Garsias Ortiz confir. Alfonsus Telliz confir. Lupus Diaz merinus regis in castella confir.= Magister Mica domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scribsit.

Num.º 483.

Era 1230: año 1192, á 25. de mayo: Cajon I. 9:

titulo Valle de Suillan rollo 3.º n.º 1.º

Presentibus notum sit et futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando absolvo collacios solariegos monasterii sancti Emiliani, qui sunt in alfoz de Naiara presentes et futuros, ab omni vigilia castelli de Naiara in perpetuum, quia non habent pro foro ut vigilent illud Castellum. Siquis vero hanc cartam infringere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti centum aureos in coto persolvat, et dampnum quod

eis intulerit, duplatum restituat. Facta carta in Otero de Fumis era millesima ducentesima trigesima, octavo Kalendas iunii. Ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Maximus Toletane ecclesie electus et hispaniarum primas confirmat. Signum F. Aldefonsi regis castelle Rodericus Gutexxii maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi de Faro alferiz regis confir.= Maximus Burgensis episcopus confir. Rodericus Palentinus episcopus confir. Maximus Oxomensis episcopus confir. Garsias Calagurritanus episcopus confir. Johannes Conchensis episcopus confir. Briccius Placentinus episcopus confir. Comes Petrus confir.= Petrus Ferrandi confir. Gonzalvus Gomez confir. Oxoreus Garsie confir. Petrus Rodrici confir. Rodericus Sancii confir. Guillelmus Gonzalvez confir= Magister Urica domini regis notarius, Gutexxio Rodrici existente cancellario, scripsit.

Num.° 484.

Era 1230: año 1192, á 25. de mayo got.... gal. 218:

Cajon E. 46: titulo Pazuengos leg.° 1.° n.° 3.°

Presentibus et futuris notum sit, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Tolesi una cum uxore mea Alienor regina, et cum filio meo Ferrando dono et concedo Deo et monasterio Sancti Emiliani quod dicitur de Cuculla, et vobis domno Ferrando eiusdem monasterii instanti abbati, vestrisque successoribus et omnibus monachis in eodem monasterio degentibus presentibus et futuris, villam que dicitur Pazuengos cum suo Castello, cum collaciis et solaribus cum terris vineis, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, et defesis, cum ingressibus et regressibus, et cum omnibus directuris terminis et pertinentiis suis integre iure hereditario in perpetuum habendam et irrevocabiliter possidendam. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit, ira Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille auros in cauto persolvat, et dampnum, quod vobis intulerit, duplicatum restituat. Facta carta in Otero de Fumis era millesima ducentesima tri-

gesima, octavo Kalendas iunii. Et ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Martinus Toletane ecclesie electus et hispaniarum primas confirmat. Signum ✠. Aldefonsi regis Castelle. Rodericus Guterrii maiordomus curie regis confir. Didacus Lupi de Faro alferiz regis confir. = Marinus Burgensis episcopus confir. Ardericus Palentinus episcopus confir. Garsias calagurritanus episcopus confir. Martinus Oxomensis episcopus confir. Martinus Segontinus episcopus confir. Johannes Conchensis episcopus confir. Briccius Placentinus episcopus confir. Comes Petrus confir. = Petrus Ferrandi confir. Gonzalbus Gomez confir. Ordonius Garsie confir. Petrus Roderici confir. Rodericus Sancii confir. Petrus Garsie de Agoncello confir. Guillelmus Gonzalvez confir. Lupus Diaz merinus regis in Castella confir. = Magister Mica domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

Num.º 485.

Era 1230: año 1192: got.... gal. 216. b.º

Sub Christi nomine et eius gratia. Ego Lupus de Arcenna una cum uxore mea Domna Aailo damus et offerimus Deo et sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Ferrando abbati omnibusque monachis ibidem Deo regulariter servientibus, nostram domum, quam habemus in Coscogo, cum sua coquina, et quartam partem aree et unam vineam subtus custodiam de Torreciella, quam comparavi de fratre meo Martino cum exitibus et regressibus, ut serviat sancto Andree de Villanova iure hereditario per cuncta secula. Huius rei sunt testes Petrus Milian, et dompnus Johannes et sua cognata Tota, et Dominicus Morgas, et Dominicus Nunniz, et Maria Garciez et totum concilium de Coscogo sunt testes. Facta carta era millesima centesima trigesima, regnante rege Aldefonso in Toleto et Stremature et in tota Castella, sub eo Didaco Lupi dominante Naiere et tota Borovie.

Num.º 486.

Era 1230: año 1192, en agosto: got. 151: gali. 232.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Gonsalvus Albarez de Ferbias talis michi venit voluntas et accessit necessitas, quod vendo vobis Ferrando abbati Sancti Emiliani et toti conventui in eodem loco Deo servienti duos solares meos proprios populatos in Cironuela, pro tredecim morabitinos: in istis duobus solaribus morantur ad presens Dominicus de Pino et Paschasius. Solares isti sunt circa illos solares eremos de filiis Horti Hortiz el Gordo cum tribus terris una en aglera, altera in Sancto Christoforo de Zafarra, tertia vero tras illas casas; due alie terre sunt circa Custiera de Cironuela; altera in Castriello, et uno pedazuelo ad arbore de iudeo: et illam hereditatem boteggeram, quam habet Paschasius de Gonsalbo Albarez in Ferbias semper serviat istis duobus solaribus de Cironuela. Facta carta sub era millesima ducentesima trigesima, mense augusti, regnante rege Alfonso una cum filio suo Ferrando in omni Castella et Toleto, et in Konka, sub eius imperio dominante toti Castelle vetule et Borobie et Rivo-ogie et Naiare atque Sorie Didaco Lopez, merino regis existente Dompno Oriolo. Didacus Gonsalvez minor de Ferbias fidiator. Ranimirus Pelaez de Ferbias fidiator. Azenarius de Ferbias fidiator. Silvon frater eius testis. Gonsalbus Ferrandez de Cironuela testis. Dominicus presbiter de Cironuela testis. Ciprianus de Cironuela testis. Munnius Petri nepos abbatis testis. Havano de Villar de Torre testis. totum cocilium de Cironuela testes.

Num.º 487.

Era 1230: año 1192, en septbre: got. 152: gal. 215.

In Dei nomine et eius clementia. Ego Rodericus Petri de Tutela pro peccatorum meorum expiatione, et anime mee requie atque pro animabus avunculi mei Johannis Bermudi, et patris mei Petri Bermudi offero, et tota cordis devotione corroboro Deo et Sancti Emiliani monasterio, tibique eiusdem loci abbati Ferrando, omnibusque monachis ibidem Deo regulariter servientibus tam futuris

quam presentibus, totam hereditatem Johannis Bermudi, que est in Sancta Maria Ripe-rotunde ab omni integritate, in qua profiliavit supradictus avunculus meus Johannes Bermudi, et totam hereditatem patris mei Petri Bermudi: hanc supradictam hereditatem confirmo et corroboro monasterio Sancti Emiliani in perpetuum habendam in presentia multorum concilii Sancte Marie tam militum quam rusticorum. Propter igitur supradictarum istarum hereditatum roborationem dedistis michi vos abbas et omnes seniores sancti Emiliani octoginta morabetinos, quod hereditatio ista sit rata et firmissima monasterio Sancti Emiliani in perpetuum. Facta carta sub era millesima ducentesima trigesima, mense septembris, regnante rege Alfonso cum filio suo Ferrando in omni Castella et in Conca, sub eius gratia dominanti toti Borovie et castelle vetule et Rivo-ogie et Naiare atque Sorie Didaco Lopez. Albarus Nunnez filius Comiti Nunnii presens testis. Dompnus Oriolus regis merinus testis. Martinus Ferrandez testis. Gonzalvo Munnoz testis. Gonzalvus Petri merinus Roderici Sancii testis. Sancius Lopez de Castella testis. Gonzalvus Petrez de Ballarta testis. De rusticis vero Sancte Marie dompnus Marcus testis. Johannes Gonzalvi testis. Petrus Calvo testis presbiter. Dominicus Gonzalvi testis. Martinus Martini testis. Petrus Garsiez testis. Martinus Johannis testis. Petrus Munnionis testis. Johannes Garsiez nepos Annaie testis. Johannes Munnoz testis.

Num.º 488.

Era 1230: año 1192; got.... gal. 194. b.º

Ego Johannes de Amijugo facia el molino de medio prado, et vedoio domna Toda: fuen don Johannes con roncura a domna Toda, binieron sobre achesto ad pesquisa, et pesquiriolo el abbat de Buisedo don Sancio, et don Pedro de Arcenna, et pesquisieron en nalcalde Johannes Vecentiz de Pancorbo, et Martin Sancta Gadea de Ancio, Gonzalvo Martinez de Amiogu, so ermano

don Sancio el clerigo, Lop Albarez, don Peidro de la Cuesta, fecieron iurant a los quinque che dissiesen verdat, et non mentira, et testiguaron aquellos quinque chelo sabien moler por de Sant Millan. Testes don Peidro fide Johannes Albarez, don Peidro chico, don Pedro Rei. Sancio. P. Peidro Dominguez, el alcalde Dominicus Rebolo, Johannes Dominguez el molinero, Peidro Sanchez: estos testes son de Amiogu. Didacus Lupi dominante in Redovia et Borovia, don Oriolo merino: Era millesima ducentesima trigesima.

Num.º 490

Era 1232: año 1194, a 1 de mayo: got... galic. 234. b.º

Cajon A. 2: titulo Altable ecc.co legajo 1.º n.º 3.º

Hec est convenientia, que facta fuit per mandatum domini Gregorii Romane Ecclesie Diachoni cardinalis, apostolice sedis legati, qui examem controversie, que vertebatur inter Oniensem et Sancti Emiliani ecclesias, commissit S. abbati de Buisedo, et R. archidiachono de Salas cum in hispania legationis officio fungeretur. Ipsi vero utriusque partis amicabili compositione studere volentes, inter prefatas ecclesias taliter convenerunt: quod oratorium Sancte Marie de villa Artable cesset in perpetuum, nec ibi Capellanus de cetero celebret nisi in adventum domini abbatis Oniensis, vel alicuius monachi, qui non sit ibi stationarius, et campana ibi ulterius non pulsetur, illam enim que ibi erat, pro iactura quam fecerant Oniensis, vel dicebantur fecisse ecclesie Sancti Emiliani a tempore prime compositionis, que facta fuit per Dominum Jacintum Cardinalem, in recompensationem tradiderunt. Placuit etiam et de consensu utriusque partis factum est, ut parrochiani in predicto Oratorio numquam de cetero recipiantur, contra quod, qui veniret in aliquo totius huius compositionis, se constitueret transgressorem. Ut autem hec compositio in omnibus vigorem obtineat firmitatis, unus monachus de conventu Oniensis ecclesie P. Didaci nomine pro universitate totius conventus iuravit in presentia predicti abbatis et predicti archidiaconi, quod tam presentes quam illi qui futuri erant in eadem Oniensi ecclesia hanc compositionem illibatam omni tempore firmiter

observarent. Siquis vero, quod absit, aliquis abbas Oniensis contra hanc compositionem venire voluerit, et ei probatum fuerit per testes idoneos et monstratum ammonitusque ab abbate Sancti Emiliani vel a suis, infra mensem emendare noluerit; predictum oratorium, secundum quod continetur in privilegiis Romanorum pontificum, funditus diruatur, et de cetero non reedificetur. Huius rei sunt factores roboratores et testes in presentia religiosorum ~~in presentia religiosorum~~ virorum S. abbatis de Buisedo, et R. archidiachoni de Salas. P. prior Sancti Emiliani, et S. capellani, et F. Alfonsus, et P. de Grannon, et magister W. et R. et M. Sancte Crucis, et Munnius Pedriz, et G. Ferrandez de Artable: Ex parte vero Oniensis ecclesie P. prior Sacrista. D. camerarius, et M. Gonzalvez, et M. Pedriz, et G. Johannis, et P. Didaci, et magister Christoforus, et F. Ricardi, et M. de Calzada; et multi qui viderunt et audierunt, D. archipresbiter de Verezosa, et P. archipresbiter frater, D. de Buisedo, et M. Pedrez archidiachoni capellanus, et concilium de Artable. Tautum est autem iuramentum istud atque receptum a predictis senioribus Sancti Emiliani in anno quo dominus G. cardinalis exivit de hispania, pace inter reges, per decem annorum treguas constituta. F. abbas Sancti Emiliani totiusque eiusdem ecclesie conventus hoc factum laudat roborat et confirmat, era millesima ducentesima trigesima secunda, quinto idus maii facta est hec compositio. Abbas Oniensis et totus eiusdem ecclesie conventus confirmant.

Num.º 491.

1186

Era 1234: año 1196: got. 150: gal. 213.

In Dei nomine. Ego Garsias Petri filius Petri Blasii pinguis, et uxor mea dompna Maria filia Sancii Nunni de Varrio Stabello offerimus Deo et Sancto Emiliano pro remedio animarum parentum nostrorum, et nostrarum tibi Ferrando abbati et ceteris monachis ibi Deo servientibus, illam alverga

riam, que est latus de rivo de peros, cum omnibus pertinentiis suis terris vineis cultis et incultis arboribus tam fructuosis quam infructuosis cum exitu et regressu, ut possideatis eam iure hereditario: caminus peregrinorum est de vna parte, et de alia parte albergarie Maria Sobrina est allatanea; de alia vero parte de rio de peros damus iuxta caminum vno ero, qui est iuxta vineam Blasii Dominici: alia terra in valle de Mannarza, et sunt istius terre allatanei, de dextro Albaro Munnoz, de sinistro Lupus Aznar: alia terra in sancto Genesio Dominica filia Garsie Blasii est allatanea, de vna pars est roio: in valle de ezquerra dus vineas, vna subtus viam, alia desursum, de illa desursum Thomas est allataneus, Didacus Fortunionis deorsum; alia vinea est in Cuesta de Valle de Ezkerra de vna parte Petrus Blasii, et de alia Petrus Ezkerra duas terras in plano de Varrio Heguilaz, que sunt in pignus pro septem morabetinos de Sancia Enneci. In supradicta domo duos boves et vna equa, et vna asina, tres cupas, et vna tinea, quinque arcas, tres halmaras, et vno tapet, tres fietros, sex malfeggas, duos licteros, tres colchedras de pluma*, quinque capitales, septem sabanas, octo lenzuelos, manutergia decem, duodecim cifos, et vna caldaria. Hoc totum serviat Deo et Sancto Emiliano per cuncta secula, amen. Facta carta in era millesima ducentesima trigesima* quarta. Siquis voluerit hoc frangere donativum, primitus ad partem regis decem libras persolvat auri, et ad regula duplum. Regnante rege Aldefonso in Toleto et Castella et Granione, Didacus Lupi sub eius imperio dominante Granione, iudex Granionensis Petrus Sancii, Saion Giraldus, merinus Petrus Veton. Garsias de Sancto Mikael testis. Aznar et Petrus Rodericus fratres Garsie Petri sunt testes. Munnius Presbiter et Garsia presbiter testes. Omne concilium de Granione sunt auditores et testes.

---

*El becerro galicano: llama Colcedras de pluma; y seis Marfegas.

Num.º 492.

Era 1234: año 1196: Cajon A.2: titulo Ameyugo.

Date helemosina et omnia munda sunt vobis: inde quod ego domna Tota dominicis preceptis obedire desiderans, Sancti Spiritus gratia illuminata, pro remissione peccatorum meorum, et pro anima patris mei, et pro salute filii mei P. Didaci dono beati Christi confessoribus Emiliano et Felici, et vobis dompno Egidio eiusdem monasterii abbati, vestrisque successoribus regularem vitam professis, unam casam in Amiego cum habitatoribus suis Domingo Peidrez et Maria Dominguez, cum omni hereditate sua, et cum omnibus que habent, ut serviat Sancto Emiliano, liberi ab omni servitio humano, et in hac casa quam ego dedi beato Emiliano non ingrediatur Saion neque merinus contra voluntatem in ea commorantium. Siquis vero superbus et cupidus aliquam iniuriam fecerit habitatoribus istius domus, pectet in coto centum morabetinos, et donatio mea rata permaneat, et libere serviat Sancto Emiliano in perpetuum. Et ego domna Tota, qui hanc cartam fieri iussi, testes ad roborandum dedi: Petrus Didaci filius meus testis. Petrus Almeric testis. Garcia abbat testis. Sancius de Loriz testis. Alfonsus Bravo testis. Petrus Garciez de Loriz testis. Ferrant Martinez testis. Johannes Garciez testis. Petrus Chico Sacerdos testis. Petrus presbiter testis. Didacus Sacerdos testis. Gundissalbus Sacerdos testis. Dominicus Martinez alcalde testis. Johannes Petriz alcalde testis. Et totum concilium de Amiego sunt auditores et testes. Siquis vero ex meis propinquis vel extraneis hanc meam oblationem devote concessam in aliquo diminuere vel distraere presumpserit, maledictus et excomunicatus et a cetu fidelium segregatus, cum angelis apostaticis in infernum participet. Facta carta era millesima ducentesima trigesima quarta.

La.....

Num.º 493.

Bula de 5 de Mayo de 1199. Cajon A. 12: rollo 1.º n.º 1.º

Innocentius episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis Egidio abbati monasterii Sancti Emiliani eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit) sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium beati Emiliani, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presenti scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem fratrum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium seu aliis modis iustis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis = Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum montibus et fontibus, ribis, et aqueductis, molendinis, piscariis, defesis, et hortis, et terris, et omnibus pertinentiis. Sanctum Andream de Villanova: Sanctum Sebastianum: Sanctam Mariam de Laserrada: Sanctum Martinum de heremo cum omnibus hereditatibus et pertinentiis suis. Barrium quod est situm iuxta monasterium: villulam, que dicitur Santurde cum ecclesia sua ab omni integritate cum hereditatibus et pertinentiis suis. Villam Madriz, que est iuxta abbatiam, cum omnibus terminis suis montibus et fontibus, pascuis, et ribis, terris cultis et incultis, vineis et defessis et omnibus pertinentiis suis [Villam Gonzalvo cum ecclesia parrochiali ab om-

terminis

[Sanctum Martinum de soto cum hereditatib

ni inteqritate cum montibus et fontibus, terminis, pascuis et ribis, vineis et defesis et omnibus pertinentiis suis. Badaxam cum ingressu et regressu, hereditatibus molendinis vineis atque pratis et omnibus pertinentiis suis. Cordovim cum ecclesia parroquiali et terminis ab omni inteqritate terris, vineis pratis et defesis et omnibus pertinentiis suis. Terrero cum Ecclesia parroquiali, et terminis, hereditatibus vineis et defesis et omnibus pertinentiis suis. Cardenas cum parroquiali ecclesia et terminis ab omni inteqritate montibus et fontibus ribis et molendinis pascuis et vineis et omnibus aliis pertinentiis. Colia cum ecclesia parroquiali et terminis ab omni inteqritate cum montibus et fontibus pascuis et ribis vineis et terris defesis ac aliis pertinentiis suis. Sancamtiaxiam de Bobadella cum omnibus hereditatibus et pertenentiis. Cedesma cum ecclesia parroquiali ab omni inteqritate cum montibus et fontibus pascuis et ribis terminis et omnibus pertinentiis suis. Camprobin cum terminis montibus et fontibus pascuis et ribis et omnibus pertinentiis suis. Sancum Sebastianum, qui est iuxta Naxera, et [illegible] cum omnibus hereditatibus hortis et molendinis ribis et pascuis pratis et vineis et omnibus pertinentiis. Casas et hereditates in Naxera et palatium cum pertinentiis suis. Palacium de Villa Mesquina cum ingressu et egressu hereditatibus pascuis et piscariis ribis et aqueductibus et omnibus pertinentiis. Ecclesiam de Alfensio cum montibus et pascuis hereditatibus et pertinentiis et quicquid aliud habet in tota terra de Naxera. Villam de Ventoja cum ecclesia parroquiali terminis et hereditatibus suis montibus fontibus pascuis et terris vineis atque pratis et aliis pertinentiis. Sancium Maximum de Bexbexana cum ecclesia parroquiali terminis et hereditatibus suis ab omni inteqritate cum montibus et fontibus pascuis et ribis piscariis atque pratis et aliis pertinentiis. Casas in Calaquxra cum ingressu et egressu et hereditatibus pascuis et aqueductibus ad riqandum et aliis pertinentiis suis. Casam de Formella cum hereditatibus ingressu et egressu vineis et terris pascuis et ribis et pertinentiis suis. Hereditates de Arroja, et

hospitale ibidem constitutum cum oratorio suo hereditatibus et pertinentiis. Ecclesiam Sancti Emiliani de Allesanco cum hereditatibus et pertinentiis. Ecclesiam Sancti Tirsi de Caniellas cum hereditatibus et pertinentiis. Sanctam Mariam de Cannis cum hereditatibus et pertinentiis suis. Sanctam Mariam de Sozoribus cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Villarejo cum parroquiali ecclesia et exminis ab omni inteqritate montibus et fontibus et xibis pascuis et defesis et aliis pertinentiis suis. Parroquos cum exminis et hereditatibus montibus et fontibus pascuis et xibis et defesis et aliis pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Laurentii de Cuculla cum pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Emiliani de Rebenga cum hereditatibus et pascuis et pertinentiis.

In Valle de Oxacastro ecclesiam Sancti Sebastiani cum montibus et fontibus hereditatibus et pertinentiis. Ecclesiam Sancti Emiliani de Sexmo cum hereditatibus et pertinentiis. Ecclesiam Sanctae Mariae de Rozezno: collaceos et hereditates in Zidamon, et in Villaporquera, et hereditates in Castanares. Sanctam Mariam de Barnares cum hereditatibus et pertinentiis et collaceos ibidem. Sanctam Mariam de la Vega cum hereditatibus et pertinentiis suis. Albiano cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ulazizi cum hereditatibus et pertinentiis suis. Zornezo cum hereditatibus et pertinentiis suis. Zofuzi cum exminis et hereditatibus et pertinentiis suis. Paduleja cum hereditatibus et pertinentiis. In Pherramelluri hereditates et collaceos et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Martini de Framon cum hereditatibus collaciis et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Michaelis ibidem cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Felicis de Oca cum hereditatibus et pertinentiis suis. Sanctum Emilianum de

~~Oca cum defesis, exquenis, que comprehendentur in carta dotium, que non fuit~~ compulsata. Locum Sancti Michaelis de Petroso: ecclesiam Sancti Johannis de Zaherera: Locum de Espinoza cum ecclesiis Sanctae Eugeniae et Sancti Laurentii de Nanva. Locum de Exqueruela cum sua decima parroquiali: ecclesiam Sancti Michaelis in Valle sanctae Mariae, et ecclesiam Sancti Emeterii: Ecclesiam Sancti Adriani in loco Villorobi. Et in locis Sanctae Eugeniae, Tirsi de Ulonne, villaxia, Villarra Fuentanax, Regecilla de Campo Ecclesiam Sanctae Mariae de Ordexno cum omnibus pertinentiis suis = Vide Zifotomam, pontificatum nº 726.

septem Fenestris cum hereditatibus et pertinentiis suis. Casas in Burgis et in Sabiella; in Forniellos casam et hereditates, pratum, cum pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Emiliani de Avila cum hereditatibus et pertinentiis suis. Casas in Secobia cum Loranca ultra Serram, hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancte Crucis in Sepulbeda cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Andre in Soria cum pertinentiis suis. Ecclesiam Sancte Marie de Tera cum palatiis et hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Andree de Trepiana cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. In Sancto Emiliano de Hecola collaceos cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Martini in Valloreanos cum collaceis et hereditatibus et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Romani ibidem cum hereditatibus et pertinentiis suis. Arci cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Artable cum collaceis et ecclesia parroquiali ab omni integritate cum hereditatibus et pertinentiis suis. Palacium in Villanova cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. (1) Villulam Sancti Mametis cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Sanctam Crucem de Ripa-rotunda cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Ballarta cum ecclesia parroquiali ab omni integritate cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Christofori in Villaselenna, et ecclesiam Sancti Clementis ibidem cum hereditatibus et pertinentiis suis. In Nava hereditates, et in Formosiella, et in Moscadoro, in Campo de Pallares, Pomazuri cum hereditatibus et pertinentiis suis. Ecclesiam Sancte Agathe et ecclesiam Sancte Marie de Inicio cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Villulam, que dicitur Lanauf cum collaceis hereditatibus et pertinentiis suis. Sanctam Crucem de Bozo cum hereditatibus et pertinentiis suis. Sancta Mariam de Quexera cum hereditatibus et pertinentiis suis. In Bagicabo, in Bergondo, in Bar-

(1) Cova de gallegos cum ecclesia parrochiali ab omni integritate, hereditatibus et pertinentiis suis

et pertinentiis suis

rio collaceos cum hereditatibus. In Nograro ecclesiam et collaceos cum pertinentiis suis. Sanctum Jacobum de Mardones cum pertinentiis suis. Sanctum Martinum de Terram cum omnibus pertinentiis suis. Sancta Mariam de Antuzanos cum omnibus pertinentiis suis. Sanctam crucem de Fernedo cum pertinentiis suis. Taranco cum pertinentiis suis. Monasterium Sanci Vincentii de Annez cum omnibus pertinentiis suis. Oballiam cum omnibus pertinentiis suis. Sanctum Jacobum de Lanclarez cum omnibus pertinentiis suis: Et quidquid habet monasterium Sancti Emiliani in Alaba, et in Vizcaya, in regno Navarre, hereditates in Badoztain et in Ocoyen, et in Azagra. Monasterium Sancti Felicis de Dabalos cum pertinentiis suis. Et Torrentejo cum pertinentiis suis. Sane laborum vestrorum, quos propriis sumptibus colitis tam de terris quam de vineis sive hortis et virgultis et piscationibus vestris, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos a seculo fugientes ad conversionem recipere, et eos absque contraditione aliqua retinere: illud districtius inhibentes ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius: sique vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis manachus sive conversus sub professione domus vestre astrictus, sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli vestri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam ~~habeat~~, mutuo accipiat ultra precium capituli vestri prohibentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestre utilitatem, quod si facere presumpserit, non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere. Licitum sit preterea sit vobis

in causis propriis sive civilem sive criminalem contineatque-
tionem fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu
testium ires vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate
apostolica inhibemus ne ullus episcopus vel alia quelibet persona
ad conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de propria substan
tia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domos
vestras causa ordinis celebrandi, causas tractandi, vel conventus
aliquando convocandi nisi vocatus venire presumat, nec regula-
rem electionem vestri impediat abbatis, aut de instituendo, vel re-
movendo eo qui pro tempore fuerit, contra statuta ordinis se ali-
quatenus intromittat. Si vero episcopus, in cuius parrochia domus
vestra fundata est, cum humilitate et devotione, qua convenit,
requisitus substitutum abbatem benedicere, et alia que ad offici-
um episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit ab-
bati Si tamen sacerdos fuerit, omnia que ad officium suum per-
tinent exercere: et vobis omnia ab alio episcopo percipere
~~fuerint~~, que
à vestro fuerint indevite denegata; illud adiicientes, ut in reci-
piendis professionibus, que a benedictis vel benedicendis abbatibus
exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que
ab origine ordinis nostrorum instituta, ut scilicet abbates ipsi salvo
ordine suo professi debeant, et contra institutia ordinis sui nul-
lam professionem facere compelantur: pro consecrationibus ve-
ro altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel quolibet
ecclesiastico sacramento, nullus a vobis aut sub obtentu con-
suetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec
omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat, alioquin li-
ceat vobis quemcumque volueritis catholicum adire antistitem,
gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra
fretus auctoritate, vobis, quod postulatur, impendat: Quo si fe-

des diocesani episcopi forte vacaberit, in tantum omnia eccle-
siatica Sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque
contradictione possitis; sic tamen ut ex hoc nullum preiudici-
um in posterum proprio episcopo generetur: Quia vero inter-
dum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum
Romane sedis, ut diximus, gratiam atque communionem apos-
tolice sedis habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per
vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, con-
secrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate
apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii eccle-
siarum rectores in monasterium vestrum vel personas inhibi
constitutas suspensionis excomunicationis vel interdicti sen-
tentiam ~~pronunciaverint~~ mulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro
eo quod decimas non solvitis, sive aliqua ocasione eorumque
ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, sententiam protu-
lerint, ipsam tamquam sedis apostolice indulta prolatam du-
ximus irritandam: nec ulle littere firmitatem habeant, quas
tacito nomine vestri ordinis contra tenorem apostolicorum privi-
legiorum constiteri impetrari. Paci quoque ac tranquilitati ves-
tre paterna in posterum solicitudine providere volentes, auc-
toritate apostolica prohibemus ne infra clausuras decaniarum
vestrarum ullus rapinam seu furtum commitere ignem appo-
nere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interfi-
cere, seu violentiam audea exercere. Mandamus etiam districte
atque precipimus, ut omnes ille terre solvant votum Sanc-
ti Emiliani ecclesie annis singulis, que ab antiquis temporibus
redere consueverunt, sicut in antiquo privilegio continetur; alio-
quim Excommunicationis sententia se noverint innodatos. Pre-
terea omnes libertates et immunitates et exemptiones secu-
larium exationum a regibus et principibus vel aliis fidelibus
rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirma-

mus, et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastici secularisve persona hanc mee confirmationis paginam sciens infringere secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere dum perpetua iniquitate cognoscat, et a sacratissimo copore ac sanguine Dei Domini redemptoris nostri Jhu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat: Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax Domini nostri Jhu Christi: quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen.



3.a colum.a en medio, y al costado del signo y 3.a colum.a

Ego Jnocentius catholice ecclesie episcopus

† Ego Octavianus Hostiensis et Velleriensis episcopus

✠ Ego Petrus Portuensis et Sancte Rufine episcopus

✠ Ego Johannes Albanensis episcopus

2.a Col.a entre el signo y el margen derecho

✠ Ego Pandus Basilius Duodecim apostolorum presbr cardinalis.

✠ Ego Petrus titulo Sancte Cecilie presbiter cardinalis.

✠ Ego Jordanus sancte Pudentie titulo pastoris presbr card.s

✠ Ego Guido sancte Marie trastiberim titulo Calixti, presbr. card.s ff.
✠ Ego Hugus presbiter cardinalis Sancti Martini titulo Equitii ff.
✠ Ego Johannes titulo Sancti Stephani in Celiomonte presbr. Card.s ff.
✠ Ego Cinthius titulo Sancti Laurentii in Lucina presbr. Card.s ff.
✠ Ego Bernardus Sancti Petri ad Vincula presbr. Card.s titulo Eudoxie ff.
✠ Ego Soffredus titulo Sancte Praxedis cardinalis ff.
✠ Ego Johannes titulo Sancte Prisce presbiter cardinalis ff.
✠ Ego Girardus titulo Sancti Marcelli presbiter cardinalis ff. =
3.a Colon.a } ✠ Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus Cardinalis ff.
✠ Ego Berardus Sancti Adrianii diaconus Cardinalis ff.
✠ Ego Gregorius Sancte Marie in Aquiro diaconus Cardinalis ff.
✠ Ego Gregorius Sancti Georgii ad velum aureum diac.s card.s ff.
✠ Ego Nicolaus Sancte Marie in Cosmidyn diaconus Cardinalis ff.
✠ Ego Gregorius Sancti Angeli diaconus cardinalis ff.
✠ Ego Bobo Sancti Theodori diaconus Cardinalis ff.
✠ Ego Centius sancte Lucie in Orthea diaconus cardinalis ff.
✠ Ego Hugus Sancti Eustachi diaconus cardinalis ff.

Datis Lateranensi per manum Rainaldi domine pape notarii cancellarii vicem agentis, tertio nonas maii, indictione secunda, incarnationis Dominice anno millesimo centesimo nonagesimo nono, pontificatus vero domini Innocentii tertii anno secundo.

Num.o 494.

De 14 de mayo de 1199. Cajon E.7. rollo 1.o n.o 3.o tit. iglesias.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui Sancti Emiliani, salutem et apostolicam benedictionem. Ea que concordia vel iudicio statuuntur, ne in recidibe contentionis scrupulum reduci valeant, apostolico convenit presidio communiri. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus gratam connivientiam impendentes, compositionem inter ecclesiam beati Emiliani, et Cathedralem ecclesiam Burgensem super tertiis omnium hereditatum, que sunt in dioce-

si Burgensis ecclesie celebratam, sicut de voluntate omnium fratrum ipsarum ecclesiarum sine pravitate facta est, et utrimque recepta, et hactenus observata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licitum sit hanc nostre paginam confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Laterani secundo idus maii, pontificatus nostri anno secundo.

Num.º 495.

Carta 1238: año 1200; á 11 de Octubre: archivo de monjas de Cañas: Cajon de Formelleja.

In nomine Domini nostri Jhu Christi amen. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Tota Garsie abbatissa Sancte Marie de Cannis et totus conventus de consensu et voluntate Domne Endulcie Comitisse vendidimus vobis Domine Maxime Oxomensis episcope et fratribus vestris ad opus hospitalis, quod mater vestra hedificavit in Stracca beati Jacobi prope Navarret, ubi ipsa iacet, hereditatem nostram de Formeiaco, quam predicta Comitissa monasterio nostro donavit: hanc inquam hereditatem vendidimus vobis cum domibus cum sexna de palo, que continua est ipsi hospitali, et cum omnibus aliis terris et vineis cultis et incultis cum introitibus et exitibus et cum omnibus directuris, que ad nos in predicta hereditate pertinebant, pro ducentis morabitinis quos iam recepimus de bonis ipsius hospitalis, cui hereditatem istam vendidimus, dando pro hereditate ad utilitatem monasterii nostri et pro hereditate quam habebatis in Formelleia ex parte matris vestre, et cum domibus et terris cultis et incultis cum introitibus et exitibus et cum omnibus directuris, que ad vos in predicta hereditate de Formelleia

pertinebant. Fidiatores de Sanamento sive de redra secundum forum terre Xemenus de Baztan, Didacus Semenez de Davalos. Auditores qui presentes fuerunt et testes Sancius de Cardenas archidiaconus calagurrensis, Guillelmus de Guinea, Xemenus Fortuniones, Gonsaldus Didaci, Ferrandus Petri de Ceco, Petrus de Antlena, Fortunius Jeneguez de Bannis, Petrus Sancii de Antlena, Gonsaldus Pedrez filius domni Petrilloni, Garsias Furtado, Sancius Furtado, Petrus Garsie de Fontemaiore; de Navarret Petrus sacerdos, Dominicus sacerdos, Dominicus Johannis de Aleson, Johannes Petri, Martinus Pastor: De hereditate de Formelleia fidiatores de redra Didacus Martini, Petrus Sancii de Antlena: auditores qui presentes fuerunt et testes, Alfonsus abbas confratrie de Naiera, Johannes Alcalde, Didacus de Villar, Johannes frater Pardi Alcaldi, Guerrarius, Pascual carnifex, Martinus filius Blanche, Xemenus Fortuniones de Harriaga, Petrus Bruni, Sancius gener Martini Amoris, Dominica de Formelleia et Maria. Ego Tota Garsie abbatissa ff. Ego Endulcia comitissa ff. Ego Elvira Lupi ff. Ego Sancia Ferrandi priorisa ff. Facta carta apud Cannas quinto idus octobris, era millesima ducentessima trigesima octava, regnante rege Aldefonso in Castella et in Alava et in Campezo et in Marannon et in Ypuzcua et in Sancto Sebastiano, Didaco Lupi per manum eius seniore in Soria et in Naiara et in Marannon et in Sancto Sebastiano. merino in Castella Guterio Didaci, et per manum eius Petro Gonsalvez merino in Camero et in Lucronio, et in Rivoiroce. Ego Guerrarius de Soria clericus domni Martini Oxomensis episcopi scripsi cartam istam.

Num.º 496.

Era 1239: año 1201: got.... gal. 244. b.º

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Garsias Olivz una cum uxore mea domna Elvira animo et voluntate spontanea ob facinorum nostrorum ablutionem offerimus Deo et beato Emiliano

et ibi abbati Egidio patri spirituali, et omnibus monachis tam presentibus quam futuris ibidem degentibus et Deo servientibus, domos illas quas habemus in Naiera de pignore subtraximus pro ducentis aureis, quos dedit abbas beati Emiliani pro domibus supradictis subtrahendis: et iram hereditatem quam habemus in valle de astellas videlicet domos vineas terras et illam partem quam habemus in molendino et in azenna extos prata ingressu et regressu. Propter hanc donationem ego abbas Egidius et conventus ecclesie beati Emiliani damus et concedimus vobis Garsea et domne Elvire monasterium Ecclesiesendenie, et collacios et omnia pertinentia ad idem monasterium, et centum abnudes de pane medium de trigo et medium de ordeo: reliquimus vobis in ecclesia sindenia noven cozedras, quinque cabezales, quinque sabanas, septem lenzuelos, novem pares de manteles, tria tapetia, et duos alfamares, et quinque boves et unam mulam bonam et centum zablatas de pane sine seminato, et omnia superlectilia alia, ut post obitum vestrum tantum et plus ibi relinquatur: et in singulis annis senioxum quatuor aureos persolvendo. De facto Naiere sunt testes et auditores alcaldes domnus Johannes, et Dominicus Pardus ..... Brun, Petrus Brun ..... del Olmo, Martinus filius Marte, Guerrero, et domnus Lucas alcayades, et Petrus de Miranda: et de facto de Valle-Astellas sunt testes et auditores Vincentius Pastor, Dominicus Buxadano, et Martinus frater eius et Dominicus Lozano. Facta carta sub era millesima ducentesima trigesima nona, regnante rege Alfonso in Toleto et in Castella et in Alaba et in Sancto Sebastiano, sub eo dominante in Buxobia, et de Soria usque ad mare Biscahie Didacus Lupiz.

Num.º 497.

Era 1240: año 1202, a 25 de Julio: Cajon 0.º 0: col. 3.º n.º 2.º

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Fernando, pro grato obsequio quod in sanandis meis hominibus vulneratis michi devote exhibuistis, libenti animo et voluntate spontanea dono et concedo vobis Didaco de Villari et uxori vestre Cara-andexaro et filiis et filiabus vestris et posteris et omni successioni vestre ommem hereditatem et vineas, quas habeo in Villari de Torre iure hereditario in perpetuum habenda et irrevocabiliter possidenda, ad faciendum inde quicquid voluerit is, dando vendendo concambiando impignorando, vel quidlibet aliud faciendo. Siquis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod hujus hoc vobis intulerit, duplicatum restituat. Facta carta apud Burgis era millesima ducentesima quadragesima, octavo Kalendas augusti. Ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Martinus Toletane sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat. Signum + Aldefonsi regis Castelle. Gonzalvus Roderici maiordomus curie regis confir. Comes Fernandus Nunii alferiz regis confir.= Matheus Burgensis episcopus confir. Aldericus Palentinus episcopus confir. Didacus Oxomensis episcopus confir. Rodericus Segontinus episcopus confir. Julianus Conchensis episcopus confir. Gundisalvus Secobiensis episcopus confir. Jacobus Abulensis episcopus confir.= Petrus Garsie de Lerma confir. Rodericus Diaz confir. Lupus Sancii confir. Dominicus Petri confir. Rodericus Roderici confir. Egidius Garsie confir. Ferrerius Diaz merinus regis in Castella confir. Dominicus domini regis notarius, Didaco Garsie existente cancellario, scripsit.

Num.º 498.

Era 1242: año 1204: galic. 245. b.º

In Dei nomine et eius gratia. Ego dompna Elvira Oriolez de Navas dono et concedo Deo et Sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Egidio abbati cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, totam hereditatem meam quam habeo et deinceps habere potero in Navas, scilicet domos terras vineas prata et arbores fructuosos et infructuosos cum fontibus et pascuis cum exitu et regressu et partem meam quintam scilicet illius monasterii, qui est ultra serram: dono quinetiam quintam partem meam ecclesie Sancti Stephani: et in Burgis dono mediam bodegam et unam tendam desuper et unam terram. Dono etiam tabule seniorum pro anniversario meo quicquid habeo in illa villa, que vocatur Busto, videlicet quatuor solares et totam hereditatem quam ibi habeo: et hec omnia facio cum consensu fratrum meorum scilicet Petri Orioli et Alfonsi Orioli, Lhamne, et aliorum parentum meorum Et ex hoc sunt auditores et testes omnes fratres mei, et archipresbiter de Berozoja, et Martinus Johannes de Navas, et Dominicus Lopez Sacerdos, et dompnus Ferrandus et dompnus Benedictus de Ecclesiasendenia, et dompnus Marcus filius eius. Regnante rege Alfonso in Toleto et in Castella usque ad Sanctum Sebastianum, sub eo dominante in Borobia Rodericus Roiz, et sub eo merinus Dominicus Chico, merino regis Serrano. Facta carta sub era millesima ducentisima quadragesima secunda.

Num.º 499.

Era 1242: año 1204, á 1. de julio: galic. 244. b.º

In Dei nomine et eius gratia. Ego Rodericus Garsiez de Sancto Petro dono Deo et Sancto Emiliano et tibi abbati Egidio et conventui Sancti Emiliani pro remedio anime mee, et omnium parentum meorum unam ecclesiam, que vocatur

Sancti Michael in Sancto Petro, cum sua ferragine, et vnum solare, in quo sunt aletanei los fijos de Garci Ronco, et ex alia parte est via, et vnam terram en nas eras inter duas terras Sancti Emiliani, et vnum parrale tan grande sicut illud de don Albertin. Hoc totum quod supradiximus, confirmo et concedo, ut serviat Sancto Emiliano in perpetuum. Quapropter Egidius beati Emiliani abbas cum consensu totius conventus facimus cartam filio tuo Albaro de tota nostra hereditate, quam habemus in Sancto Petro et in Sancto Juliano del Monte cum omnibus suis pertinentiis, ut habeat eam in omni vita sua, dando tamen in vno quoque anno duos aduzedes Sancto Emiliano vnum tritici, et alium ordeo: Sic quoque ut ipse edificet vnam casam stadiorum quatuordecim in longitudine in Sancto Petro: et si forte abbati vel monachi transire contigerit, eos honeste recipiat et procuret. Post mortem vero suam iste supradicte hereditates libere et ingenue Sancto Emiliano remaneant. Huius facti Petrus prior maior testis. Johannes prior minor testis. Petrus prepositus testis. Lupus Sacrista testis. Petrus Camararius testis. Michael refectorarius testis. Egidius abbas et conventus sunt factores et testes. Regnante rege Alfonso cum vxore sua Alienor in Toleto et in Castella vsque ad Sanctum Sebastianum, sub eo dominante Naiera Rodericus Didaci de los Camberos, Lupus Sancii dominante Bilforado et Rivogie, era millesima ducentesima quadragesima secunda, prima die iulii facta fuit carta ista

Num.º 500.

Era 1245: año 1207: Cajon A. 13: titulo Camprobin ecclesiastico leg. 1.º n.º 2.º

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris: quod ego Johannes Vele agressus sum tali Sancti Emiliani ecclesiam ratione: dicebam me filium illius ville quod dicitur Camprobin, et ad me eius decimas et oblationes, et cuncta iura ecclesiastica pertinere.

Sed mee contrarium voci erat; quod prefatam villam cum sua ecclesia et iure ecclesie monasterium Sancti Emiliani per sexaginta annos imo diutius possederat, et sine ullius contraversia questionis. Ventilata causa, cum fuisset undique ab utrisque partibus allegatum in presentia Calagurritani pontificis Johannis Scilicet de Vigonciello, iudicialis sententia diffinivit, totum illud ad Sancti Emiliani ecclesiam pertinere, de quo fuerat tam longo tempore disputatum. Unde ego Johannes Vele me victum asserens, abrenuncio huic per secula questioni. Similiter ego Petrus diaconus filius eiusdem ville abrenuncio: et totum concilium eiusdem ville abrenunciavit. Huius rei sunt auditores et testes Sancius archidiaconus Calagurre, Julianus decanus, Johannes cantor, Garsias Thesaurarius, et totus conventus Calagurre sunt auditores et testes. De monasterio Sancti Emiliani Egidius abbas, Petrus prior maior, Garsias prior minor, Petrus preposicus, Petrus camerarius, Dominicus refectorarius, et omnes monachi Sancti Emiliani sunt auditores et testes. De Campzobin Johannes iudex testis, Garsias Azenarii testis, Johannes Azenarii testis. Blasius Fortuni testis Blasius de Varaca testis. Blasius Johannis testis, Garsias Rodericii testis. Petrus Navarrus testis, omnis concilius supradicte ville sunt auditores et testes. Facta carta sub era millesima ducentesima quadragesima quinta, regnante rege Adefonso in Toleto et in tota Estremadura, et in Alaba usque ad Ax, sub eo dominante Didaco Lupi in Bizcaia, et in Naiera et in Carrella vetula et in Calagurra, merinus regis Garsias Rodrici, maiordomus regis Fondissalbus Roderici. Sancius scriba exaravit, Deo gratias.

Núm. 501.

Era 1247: año 1209, á 1. de enero: Cajon V. 42: rollo 4.º n.º 3.

Notum sit tam presentibus quam futuris, Dompnum Johannem abbatem Sancti Emiliani cum universo conventu sibi comisso, et dompnum Dominicum electum Sancti Salvatoris cum omni congregatione sibi subiecta firmiter statuisse suis capitulis, quod noverunt statutum esse in decretis. Videlicet, quod si contraversia vel negotia habuerint inter se, apud cognitores Seculi non accusentur neque iudicentur,

sed ex utraque ecclesia eligantur, qui universas causas debeant deli-
berare. Et si abbas tale negocium adversus monachum habuerit, vel mo-
nachus adversus abbatem quod in proprio capitulo non potest per diffi-
nitivam sententiam diffiniri, non ad seculares personas neque ad se-
cularia iudicia recurrant, sed apud alterum abbatem et apud alterum
capitulum in predictarum ecclesiarum, quicquid illud est, dirimatur.
Siquis vero contra hoc fecerit secundum statuta canonum, conventum
et causam perdat et a comunione utriusque monasterii fiat extraneus.
Item statuimus, quod si aliquis monachus a proprio monasterio non
expulsus, sed propria sponte egressus fuerit, et infra viginti dies ad
alterum monasterium predictarum ecclesiarum in spiritu humili-
tatis advenerit, ibi omnia vite necessaria sicut ceteris fratribus reci-
piat, excepto homicidio pro quo ab utraque ecclesia esse expellendus.
In omnibus aliis criminibus si secundum regulam beati Benedicti,
vel secundum dispensationem abbatis et capituli alterius ecclesie
satisfacere voluerit, ut supra dictum est omnia vice necessaria si-
cut ceteris fratribus de monasterio predictarum ecclesiarum recipi-
at. Item statuimus ut a proprio monasterio nullus expellatur
absque cognitione utriusque capituli. Item statuimus ut abbates
semel in anno predictas ecclesias visitent, et aliqua corrigen-
da ibi invenerint, secundum timorem Dei et regulam beati
Benedicti corrigant et emendent. Item statuimus, ut post fes-
tum beati Michaelis singulis annis officium plenarium Onnien-
sis ecclesia pro congregatione Sancti Emiliani celebret, et con-
ventus Sancti Emiliani pro ecclesia Onniensis similiter. Siquis
vero hoc pactum (las imprec.s ordinar.s). Facta carta era millesima
ducentesima quadragesima septima, noto die Kalendas ianuarii,
regnante rege Aldefonso in Toleto, et extrematura, Burgis, Na-
gera, et in tota castella, Didacus Lupi dominante Borobiam
et castellam vetulam, Garsias Ruderici existente merino re-
gis. Ego Johannes abbas Sancti Emiliani cum assensu et volun-
tate capituli nostri ut factum nostrum firmum permaneat,
sigillum meum appono. Ego Dominicus Onniensis ecclesie

ecclesie, et omnis ecclesie loci conventus, ut factum nostrum omni tempore firmum permaneat sigillum Capituli nostri apponimus. Petrus, prior maior Sancti Emiliani confirmat. Petrus prepositus confir. Petrus camerarius confir. Pelagius capellanus confir. Lupus capellanus confir: omnisque conventus Sancti Emiliani confir. Aldefonsus prior Sacristia Oniensis ecclesie confir. Maximus prior claustralis confir. Rodericus dominus de Tolada confir. Dominicus frater capellanus confir. Johannes cellerarius maior confir. Omnisque conventus Oniensis confir.

Num°. 502.

Era 1247: año 1209, á 17 de mayo: Cajon J. D: rollo 3°. n°. 5°.

Sex presens scripturum notum sit tam presentibus quam futuris: quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor et cum filiis meis Fernando et Henrico liberi animo et voluntate spontanea facio cartam absolutionis concessionis confirmationis et stabilitatis vobis populatoribus de Sancto Georgio et de Varrionovo presentibus et futuris perpetuo valiturum: absolvo ita vos qui modo ibi estis populati et illos qui venturi sunt ad populandum ab omni pecto in perpetuum, nec michi nec domino villarum aliquid pectetis pro illis, que in his duobus villis possederitis. Si quis vero hanc cartam in aliquo infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille auros in cauto persolvat, et dampnum vobis super hoc illatum restituat duplatum. Facta carta apud Burgos era millesima ducentesima quadragesima septima, regis exponis, decimo septimo die mensis madii. Ego ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus Toletanus electus hispaniarum primas confirmat. Signum + Aldefonsi regis Castelle = Gonzalbus Roderici maiordomus curie regis confir. Albarus Nunni alferiz regis confir = Garsias Burgensis episcopus confirmat. Rodericus Segontinus episcopus confir. Petrus Abulensis episcopus confir. Gonzalvus Secoviensis episcopus confir. Johannes Calagurritanus episcopus confirmat.

Tellius Palentinus episcopus confir. Garsias Conchensis electus confir = Didacus Lupi de Faro confir. Comes Ferrandus confir. Rodericus Didaci confir. Lupus Didaci confir. Fernandus Albari confir. Fernandus Garsie confir. Rodericus Roderici confir. Garsias Roderici merinus regis in Castella confir. Dominicus Domini regis notarius abbas Vallisoleti, Didaco Garsie existente cancellario, scribi fecit.

Num.º 503.

Era 1247: año 1209, á 19 de agosto: Cajon V. 12: rollo 1.º n.º 13.

Pre presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris: quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Tolleti una cum uxore mea Alienore regina et cum filiis meis Ferrando et Henrico libenti animo et voluntate spontanea facio cartam donationis libertatis et absolutionis et stabilitatis vobis magistro Didaco dilecto meo et uxori vestre domne Marie in perpetuum valituram. Dono namque vobis et concedo intuitu Dei, et propter curationes vulnerum, quas meis militibus et meis de creatione fecistis et facitis et facere promititis, ut nullam postam, nullam facenderam nullam fossaderam, nullumque penitus pectum de cetero unquam persolvatis: Cauto insuper et contestor domos vestras, ut nullus merinus vel Sayon, nullusque alius homo aliqua occasione eas per vim intrare, nec aliquid inde violenter extrahere audeat. Siquis vero huius mee donationis vel absolutionis cartam in aliquo rumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore penas in inferno paciatur eternas: et insuper regie parti centum aureos in cauto persolvat, et vobis iam dicto magistro dompno Didaco, vel vocem vestram pulsanti, dampnum restituat duplatum. Facta carta apud Victoriam era millesima ducentesima quadragesima septima, decimo nono die mensis augusti. Et ego Aldefonsus rex supradictus hanc cartam quam fieri iussi, ad maiorem firmitudinem propria manu et sigillo meo roboro et confirmo. Rodericus Toletanus electus hispaniarum primas confirmat. Signum ✠ Aldefonsi regis Castelle = Gonzalvus Roderici maiordomus cu

xie regis confirma. Albarus Munni alferiz regis confirmat. = Johannes Calaguritanus episcopus confir. Rodericus Legionensis episcopus confir. Garcias Burgensis episcopus confir. Grendalvus Secobiensis episcopus confir. Petrus Abulensis episcopus confir. Bricius Nacentinus episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Garcias Conchensis electus confir. = Didacus Lupi de Faro confir. Comes Ferrandus confir. Rodericus Didaci confir. Ferrandus Garcie confir. Rodericus Roderici confir. Rodericus Garcie confir. Lupus Didaci confir. Suerius Telli confir. Garcias Roderici merinus regis in Castella confir. = Dominicus domini regis notarius abbas Vallisoleti, Didaco Garcia episcopo Cancellario, Dominico Albarii subnotario scribere iussit

Numº. 504.

Era 1248: año 1210, á 31 de Julio: Becerro galic. 246.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Dompna Maria de Villa-Vrquid do et concedo hospitali Sancti Emiliani omnem meam hereditatem, quam habeo in villa Vrquit pro remedio anime mee, scilicet, domos vineas et terras, et quantum ad me ibi pertinet. Huius rei sunt testes Lupus Sancii de Faro ospitalarius, Dompnus Didacus de Villar: et de Villa Vrquit sunt testes: Dompnus Dominicus clericus Semen Rubio, Blasco Vecino, Dominicus Sancii merinus, Sancius Petri del Cruela, Dominicus Sancii de Medoriz, filius Sancii Ennego, Dominicus Gomiz. Siquis autem propinquorum vel extraneorum hanc meam donationem in aliquo loco infringere voluerit, ad partem regis centum aureos persolvat, et in tali loco hanc donationem duplatam: insuper iram omnipotentis Dei incurrat, et apud inferos cum Juda traditore penas luat sempiternas. Merinus regis Petrus Didaci in Naiera, et in Boroviа; Dompno Didaco Lopez de Faro dominante in Castella vetula et in Alava, et in Bizchaia, et in Naiera; regnante rege Aldefonso in nova Castella et in Toleto et in Alava usque ad Sanctum Sebastianum, era millesima ducentesima quadragesima octava, vidie Kalendas augusti.

Num.º 505.

Era 1250: año 1212, á 25. de Junio: Becerro galic. 246.

In Dei nomine. Hec est carta donationis et confirmationis hereditatis, quam ego Didacus Albarez et sororibus meis, videlicet, dompna Teresa et dompna Elvira, et cum filiis dompne Tote sororis nostre pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum facimus Deo et beatis confessoribus Emiliano et Felici, et tibi Johanni abbati totique conventui eiusdem ecclesie per secula cuncta, amen. Donamus itaque vobis et confirmamus omnem hereditatem quam habemus en El ciego, excepta parte Lupi Albarez fratres nostri, cum terris vineis, pascuis, collaceis hermis et populatis cum ingressu et exitu, et uno molendino, et uno cannale in tronco negro sub nostra serna, ut serviat Deo et beato Emiliano atque Felici per secula cuncta amen. Siquis (las imprec.s ordin.s &a). Huius rei sunt testes Fortum Semenez de Quintaniella miles, Gundisalbus Michael de Berceo miles, Albarus Gundisalbez de Ferbias armiger, Roi de Agonciello armiger, Ferran Garciez armiger, Potestad de Muriellas armiger, Dominicus Sancii de Villar de Torre presbiter, Dominicus de Villa-porquera presbiter: Et insuper sunt testes de La Guardia Sancio Enneguez, que era prestamero de La Goardia per mano de don Diago Albarez, Pedro Martinez ermano de Dominico Martinez, Peidro Sanz de Cabannas, Juan Mazonero, don Ferrando el abbad, Dominico Perez filio de Peidro Cascajar, Julian, Sancio Ferrandez, Lope Lopiz de Tirgo, Peidro Ennecones, don Oria mulier de Ferrando de Ferbias, mulier de Peidro Cascajar Maria Carral, que est bodeguera de don Diego Albarez, Rodrigo de Agonciello, que metio en esta heredad per mandamento de don Diago Albarez et de sos hermanos al porposto don Peidro Furtado de Sant Millan: et sunt testes Sancti Emiliani, Michael prior maior, Dominicus prior minor, Dominicus Sacrista et totus conventus. Regnante rege Sancio en Navarra, et sub eo ego Didacus Albarez en La Guardia dominante, alcaldus Martin Sancho de Antonnana, iurati Dominicus Martin et Petrus Martin suus frater, Martin de la Puerta, el alcalde de Esquili Peon. Facta carta era millesima ducentessima quinquagesima, septimo Kalendas iulii.

Num.º 506

Era 1250: año 1212, á 17 de dicbre: Cajon O. J: rol. 5. n.º 5.º

Per presens Scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti vna cum vxore mea Alienore regina et cum filio meo Domno Henrico, libenti animo et voluntate spontanea pro remedio anime mee et parentum meorum facio cartam concessionis confirmationis et stabilitatis Deo et monasterio Sancti Emiliani, et vobis domno Johanni eiusdem monasterii instanti abbati et vestris successoribus, et vniverso eiusdem monasterii monachorum conventui presenti et futuro valituram: Concedo itaque vobis et confirmo quicquid vobis in Elemosinam datum fuit sive a regibus, sive comitibus, militibus, episcopis, dominabus, laboratoribus, illud scilicet quod in pace hodie possidetis, ut illud in eternum habeatis, cum totis illis quibus vobis fuit erogatum. Siquis vero hanc cartam infringere vel diminuere in aliquo presumpserit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum super hoc vobis illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Burgis decimo septimo die decembris, era millesima ducentesima quinquagesima. Et ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus Toletane sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat.= Johannes Calagurritanus episcopus confir. Melendus Oxomensis episcopus confir. Rodericus Segontinus episcopus confir. Garsias Conchensis episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Girardus Secobiensis electus confir. Dominicus Abulensis electus confir= Dompnus Didacus Lupi confir. Rodericus Didaci confir. Lupus Didaci confir. Alfonsus Tellii confir. Martinus Munnoz confir. Ferrandus Garsie confir. Petrus Ferrandi maior merinus in Castella confir.= Petrus Ponzi domini regis notarius, Didaco Garsie existente Cancellario, Dominico Alvari subnotario scribere iussit.

Num.º 507.

Era 1250: año 1252, á 29. de diciembre: Cajon V. 12: rol. 2. n.º 8.º

Ad equitatem spectat et consentaneum ..... ut crevris asiduis fidelibusque servitiis sit inconsumlibus et condignis premiis respondendum. Ea propter ego Aldefonsus Dei gratia rex castelle et Toleti una cum uxore mea Alienore regina et cum filio meo dompno Henrico pro multis et gratis servitiis, que michi tam in consilio quam in facto totis viribus et voluntate plenaria et perfecta semper impendere laborastis, et de die in diem ea augmentare intenditis toto posse. Pro eo enim quod quanto maiora michi servitia exhibetis, tanto namque a me quicquam petere affectatis, necque a me unquam aliquid postulastis sive in necesitate sive in ..... nisi grata beneficia exhibendo. Unde ego merito inteligens quod iustum est dare illi qui servit, quam illi qui petit, melius enim petit qui servit, quam qui petit, et tali servitio e..... merito premio respondendum vobis nec aliquid pro vobis michi a me petit. petente, libenti animo ac spontanea voluntate facio cartam donationis concessionis confirmationis et stabilitatis vobis dompno Didaco Lupi et uxori vestre dompne Tot... P....., et filiis et filiabus vestris et posteris et omni vestre sucessioni perpetue valituram: dono itaque vobis et concedo Durango cum omnibus monasteriis suis, cum terminis, pertinentiis, montibus, nemoribus, rivis, aquis, ... ingressibus et regressibus, et cum omni iure quod ego ibi habebam et habere debeam, ut illum iure hereditario in eternum habeatis, et irrevocabiliter sine contradictione perpetuo possideatis, ad faciendum inde quicquid volueritis dando, vendendo, concambiando, impignorando, seu tot..... ad v.... be. eplacitum faciendi. Set quia vos mecum ad presens non eratis nobis nec aliquis pro vobis illud nunquam petente decentius esse vidi, ut ubi vos eratis..... quam..... mecum existenti.

Facta carta apud Solana era millesima ducentesima quinquagesima, vigesima nona die decembris, eo scilicet anno quo ego predictus Aldefonsus rex castelle et Toleti Almimamorinum regem Cartaginis devici non meo merito set misericordia Dei et

servitio vasallorum meorum. Et ego Aldefonsus regnans in castella et Toleto ..... Rodericus Toletane Sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat. * ..... ✠ Aldefonsi ..... = Tellius Palentinus episcopus confir. Johannes Calagurritanus episcopus confir. Melendus Oxumensis episcopus confir. Rodericus Seguntinus episcopus confir. Garsias Conchensis episcopus confir. Giraldus Secoviensis episcopus confir. Dominicus Abulensis electus confir. Dominicus Placentinus electus confir. = Gonsalbus Nunni confir. Rodericus Didaci confir. Lupus Didaci confir. Albarus Didaci confir. Johannes Gonsalvi confir. Rodericus Petri de Villaluporum confir. Rodericus Roderici confir. Alfonsus Tellii confir. Petrus Ferrant maior merinus in Castella confir. = Magister Mauritius postulante rege ..... Petrus Poncii domini regis notarius ..... Didaco Garsie existente Cancellario, inscripsit. *

* solo se divisa el Aldefonsi en el signo rodado; y tampoco se divisan el mayordomo y Alferez por estar comidos del polvo.

Num.º 508.

Era 1251: año 1213, á 5. de junio: Cajon A. 5: titulo Arce, legajo 1.º n.º 1.º

Per presens scriptum notum sit tam presentibus, quam futuris, quod ego Adefonsus Dei gratia rex Castelle mandavi, quod ortam super monte contentionem inter illos de Arz et de Cellorigo et de Miranda, pesquisia terminaret: et super isto inventa est pesquisia. Esta pesquisa mandaron fer el rey et don Diego al arcipreste et a Gonzalvo Munioz et a Gomez Alardo entre los de Arz et de Cellorigo et de Miranda por el mont: Lop Garciez de Pancorbo iuro et dixo, quel sabie en tiempo del emperador et del rei don Sancho los de Arz cortaban en el mont de Cellorigo et pacien et logravan en Aranguria et en Laguna et en Tregutia et en la penna doliella por alli taiavan et pacien et iacien. Johan Garciez de Pancorvo de Sancta Eulalia iuro et dixo, que en dias del conde don Nuño, et dest rey quien prisieron a Buradon, quel sabie los de Arz cortar et pacer et iacer en los montes de Cellorigo

* En el dorso de la donacion, y de letra de aquel tiempo dice asi =
Carta de donacion del rey don Alfon de la merced que fizo de Durango et de sus monesterios á Diego Lopez et á su muger =

por Aranguxria et por la laguna et por Treguncia et por la penna doliella, et ques recuravan los de Cellorigo de los dArz porque los encubrien a los de Artable. Johan Dominici de Pancorvo de Varrio de Sancta Eulalia iuro et dixo todo lo que dixo Johan Garciez. Petrus Dominici de Pancorvo de Varrio de Sancta Eulalia iuro et dixo, que odiera decir a sue madre et a so avuelo Munio Nichetez de Riviella, que en tiempo del emperador et del rei don Sancho los dArz cortavan et pacien et iacien et logravan, et sabie en dias deste rey cortar sin querella ninguna. Martin Johan de Junquera iuro et dixo, que viniera morar ad Arz et era poco mozo, et morara con las rustiga nuera de Tello rustigo, et que les oiera decir, que en tiempo del emperador sabien á los dArz cortar et pacer et iacer et lograr et ir a Mercado de Miranda por foro con mierca de tres dineros. Domingo Martin ierno de Roi Peidrez de Trepeana iuro et dixo, que odio decir a so suegro, que en tiempo del emperador sabie a los dArz cortar en el mont de Cellorigo, et desque el alcanzo con este rei, sabie los cortar et pacer et iacer, et odio decir a so suegro, que avie a ir por foro a mercado de Miranda con mierca de tres dineros. Don Pardo de Artable el de la Riviella iuro et dixo, que odiera decir a so padre Martin Albarez, que en tiempo del emperador los dArz cortavan en el mont de Cellorigo in Aranguxria et in laguna et en Tregutia et en la penna doliella, et el dont alcanzo con este rey sabie a los dArz cortar et pacer et iacer et lograr en los montes de Cellorigo. Martin Dominici de Artable iuro et dixo que odio a so padre Domingo Velaz, que los dArz en tiempo del emperador cortavan et pacien et iacien et logravan en los montes de Cellorigo, et el dont alcanzo con est rei, sabie los cortar et pacer et iacer et lograr. Quia et ego Adefonsus regnans in Castellâ et in ..... pesquisiam, quam fieri iussi, veracem inveni, idcirco eam cum vxore mea Alienore regina et cum filio meo Henrico libenti animo et voluntate spontanea concedo roboro pariter et confirmo et sigillum meum apponi precipio ut

maioris roboris obtineat firmitatem. Facta carta apud Cudalfavin era millesima ducentesima quinquagesima prima, quinto die mensis iunii, secundo videlicet anno postquam ego Adefonsus rex predictus Almiramomenin regem de Maroco apud Navas Tolosa campestri prelio devici non meis meritis set Dei misericordia et meorum auxilio vassallorum. Rodericus Toletanus archiepiscopus ispaniarum primas confirmat.= Signum ✠ Adefonsi regis Castelle. Gonzalvus Rodrici maiordomus curie confir. Alvarus Nunnii alferez regis confir.= Rodericus Segontinus episcopus confir. Guizaldus Secoviensis episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Melendus Oxomensis episcopus confir.: * ..... Calagurritanus episcopus confir. Garsia Conchensis episcopus confir. Dominicus Abulensis electus confir.= Didacus Lupi de Faro confir. Rudericus Didaci confir. Lupus Didaci confir. Rodericus Rodrici confir. Guilelmus Gonzalvi confir. Maximus Munnioz confir. Petrus Petrandi merinus maior in castella confir.= Petrus Poncii domini regis notarius, Didaco Garsie existente cancellario, scribsit

* el nombre del obispo de calahorra era comido del polvo; pero se sabe lo era el de Johannes.

Num.° 502.

Era 1252: año 1214: Becerro galic. 244.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego Johannes abbas cum consensu totius capituli Sancti Emiliani facimus cambium tecum Garci Zamora et cum tua uxore Dona Oria; vos datis nobis illam vestram hernam de la cabzada, que est inter Vannares et Castannares circa illam hernam que est de filiis de Maria Galindez, et nos damus vobis pro ea illas duas terras, que sunt super Castannares, que fuerunt de filiis Petro Gonzalvez de Alava, ut habeatis iure hereditario in secula seculorum: et nos similiter quod dedistis vos. Quod factum ego Johannes abbas confirmo. Michael prior confir. Dominicus Supprior confir. Petrus prepositus et in-

firmarius confir. Garcia Sacrista confir. Petrus Camararius confir. Petrus refictorarius confir. Totus conventus Sancti Emiliani confir. Ex alia vero parte sunt testes Diag Pedriz, Diag Scemenez, Gonzalvo Romeo, J. de Angutiana, P. Zamora, Domingo Gutia, et Fortun Gutia so hermano, et totum concilium de Castannares. Facta carta era millesima ducentesima quinquagesima secunda, regnante rege Aldefonso in Castella et in Toleto, et sub eo dominante in Naiera et in Riogia Diago Lopez de Faro.

Num.º 510.

Era 1252: año 1214: Becerro galic. 245. b.º

In Dei nomine. Ego Pelagius decanus Sancti Michaelis de Petroso cum assensu abbatis Johannis et totius conventus Sancti Emiliani facio vobiscum Roderico Cornelli cambium tale, videlicet, vos datis Sancto Emiliano in villa Sancti Emiliani de Ecola unum solare, qui fuit de Diag Blaschez in sumitate ville sulco de dona Mayor cum sua era et duas ferragines et ingressu et exitu per secula cuncta, et nos dedimus unum solare in Incio: Et sunt fideiusores ex parte vestra Sancius filius de M. Munnoz, Dominicus Stephanez filio de don Estevan: et testes Sancio Pedriz, et Dominico Caballo, et don Dominico fijo de Sancio Pedriz, et Petrus Semenez iudex noster: et ex parte vestra Garsea fijo de don Peret, et Robert fideiussores: et testes Dominicus Martinez, et Petrus Martinez abbates, et Ferrera abbad, et totum concilium de Encinellas. Regnante rege Alfonso in Toleto et Castella et Alaba, era millesima ducentesima quinquagesima secunda, secundo anno ab illo quo rex Alfonsus vicit Almiramomelin. Ferrandus maiordomus scripsit.

Num.º 511.

Año 1215, a 26. de Enero: Cajon V. 12: rollo 6.º n.º 2.º

Innocentius episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis . . de Ferraria et de Sancta Pia abbatibus, et . . priori de Reia Calagurritane et Cesaragustane diocesium, salutem et apostolicam benedic-

zionem. Quexelam. . abbatis et conventus Sancti Emiliani recipimus continentem, quod venerabilis frater noster episcopus et Canonici Tirasonenses Sancte crucis de Tirasona et Sancti Juliani de Alcheda ecclesias cum pertinentiis suis de iure ad suum monasterium pertinentes contra iusticiam detinent, et reddere contradicunt. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam, et appellatione remota fine canonico terminetis: facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari: testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint per districtionem eandem appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibere: Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datis Laterani septimo Kalendas februarii, pontificatus nostri anno octavo decimo.

Núm.º 512.

Año 1215, a 31 de Diciembre: Cajon V.º 12: vol. 6.n.º 3.º

Innocentius episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis . . abbati Sancti Petri de Cardenia, et . . priori Sancti Johannis. et M. archidiacono Burgensi salutem et apostolicam benedictionem. Suam dicti . . abbas et conventus Sancti Emiliani querimoniam destinarunt, quod clerici de Salinis Burgensis diocesis quandam ecclesiam in ecclesie, sive Sancti Emiliani preiudicium construxerunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota fine debito terminetis: Facientes quod statueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari: testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione remota, cogatis veritate testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus

exquantur. Datis Laterani secundo Kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno octavo decimo.

Num.º 513.

Año 1215, á 31. de dicbre: Cajon E. 13. titulo Nograro. legajo 1.º num.º 2.º

Innotentius episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis . . abbati Sancti Petri de Cardenia, et . . priori Sancti Johannis, et M. archidiacono Burgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Querelam . . abbatis et conventus Sancti Emiliani recipimus continentem, quod clerici et laici de Lograno Burgensis diocesis in preiudicium ecclesie sue Sancti Stephani quandam ecclesiam construxerunt. Quocirca discreptioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam, et appellatione remota mediante iustitia terminetis: Facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari: Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibentes: Quo si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datis Laterani secundo Kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno octavo decimo.

Num.º 514.

Era 1253: año 1215: Cajon V. 12: rollo 3.º n.º 3.º

In Dei nomine. Notum sit omnibus, quod ista est convenientia, que facta fuit inter Sanctum Emilianum, et Roi Gonzalvez de Sancta Gadea, et sos cunnados de Sagrero super aquam, que vadit ad molendinos de Sancta pia. qui sunt de Sancto Michaele de Petrojo: cum beneplacito ambarum partium positum fuit per don Mariscot, et per Roi Sagrero, et per Peidro Garciez so sobrino, quod ipsa aqua iret semper

ad ipsos supra dictos molendinos tota, et non faceret in ea aliquod exabaio, set exibus mensibus iulio, augusto, et septembex si opus fuexit, accipiant alii quaxtam partem de illa agua, que venexit ad ipsos molendinos Sancti Emiliani, et in alio tempoxe nichil habeant de ea. Et sunt abenidoxes et testes de hoc Don Maxiscot, et Roi Sagxexo, et Peidxo Gaxciez so Sobxino: ede labxadoxes sunt testes Peidxo Milian, et Domingo de Maxichica, et Maxtinus suus fratex, et Juon. Exa millesima ducentesima quinquagesima textia, factum fuit hoc sub Johanne abbate Sancti Emiliani.

Num.º 545.

Cxa 1253: año 1215, á 25. de mayo: Cajon A. 2: título Alcable ecc.º legajo 1.º num.º 5.º

In Dei nomine. Hec ex concoxdia, quam facimus nos Sancius de Cardenas axchidiaconus calaguxxitanus, et Joxdanus axchidiaconus et Albaxus Sacxista Valentini, in quos compxomissexunt sub pena txecentoxum auxeoxum Johannes abbas et totus conventus Sancti Emiliani, et clexici et totum concilium de Alcable supex causa ecclexie sancte Maxie eiusdem ville, que vexebatux inter predictum abbatem et clexicos supra dictos. Pro bono itaque pacis et concoxdie axbitxatixve mandamus de consensu et beneplacito iam dicti abbatis et conventus: quod clexici eiusdem ville psesentes et futuxi teneantux sexvixe et celebxaxe in ecclesia sancti Sebastiani in omnibus divinis officiis, ita quod abbas Sancti Emiliani non teneatux ibi ponexe capellanum. Oblationes vexo, que pxovenexint ad ecclesiam beate Maxie, tote et integxe et sine diminutione bona fide defexantux ab ipsis clexicis ad ecclesiam sancti Sebastiani, et ibi pexcipiant psefati clexici medietatem oblationum vtxiusque Ecclexie tam vivoxum quam moxtuoxum, et medietatem decimaxum minutaxum. Decimaxum vexo annone et vinaxum quas predictus abbas et conventus connuexunt pexcipexe, pexcipiant sextam paxtem.

Decime autem neque minute neque granate dentur vel recipiantur in ecclesia Sancte Marie. Insuper mandamus, quod non habeant nec possint habere campanam vel signum aliquod loco campane in Ecclesia Sancte Marie, neque baptizare neque sepelire. Tesaurarius quem ad honorem Sancti Sebastiani clerici et laici composuerunt de suo, sit in custodia clericorum, et claves maioris porte, per quam intrant parrochiani: claves vero alterius porte sint in potestate abbatis, ita quod non habeant potestatem vel monachus Sancti Emiliani vel aliquis clericorum aut laicorum extraendi inde, neque vendendi vel alienandi, set sit ex integro ad servitium Dei et Sancti Sebastiani. Tempore vero decimarum detur communis custos vel custodes, qui fideliter custodiat vel custodiant, et ad partiendum exhibeat, vel exhibeatur. Statuimus etiam ut quicumque Sacristaniam predicte ecclesie Sancti Sebastiani tenuerint, antequam decima dividatur inter abbatem et clericos, Sacriste accipiant sex tabladas de decima quam dederint collacei Sancti Emiliani, et duas tabladas de tertia quam dictus abbas accipit de collaceis de Onia; et insuper omnes bolicos et unam oblatam cotidie de comuni, et ipsi Sacriste serviant clericis et ecclesie, et custodiant libros et thesauros ecclesie fideliter. Et si forte processu temporis fraude vel dolo Sacristarum aliquid fuerit augmentatum in los bolicos et minoratum in oblatis, unde dampnum veniat abbati et clericis; Sacriste qui hoc fecerint, perdant Sacristaniam et redditus sibi asignatos, et abbas et clerici instituant alios fideles Sacristas. Siquis vero partium contra hoc nostrum arbitrium in toto vel in parte venire temptaverit, et ammonita se infra quadraginta dies non emendaverit, cadat a toto iure suo et pectet supra dictam summam trecentorum aureorum parti arbitrium observanti. Acta sunt hec apud Artable mense madii in festo Sancti Urbani, anno illo quo rex Henricus cepit regnare sub era millesima ducentesima quinquagesima quarta. De hoc facte sunt due carte divise per alphabetum,

et quicquid continetur in vna, continetur in alia extra litteras plus minusve: et ut carte robur habeant et perpetuam firmitatem, sigillis nostris et sigillo abbatis Sancti Emiliani eas fecimus sigillari.

Num.º 516.

Era 1254: año 1216, á 30. de noviembre: Cajon J. 1: titulo Voto: rollo 2.º num.º 1.º

Sparagus miseratione divina Terrachonensis archiepiscopus: Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, clericis, et vniversis aliis ecclesiarum prelatis per Terrachonensem provintiam constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et benedictionem. Dilecti filii abbas et conventus Sancti Emiliani de Cuculla nobis conquerendo mostrarunt, quod laici vestre iurisdictioni subiecti vota sicut consueverunt hactenus solvere prefato monasterio dare ac reddere contradicunt. Quocirca per presentia vobis scripta iniungimus firmiter et mandamus quatinus parrochianos vestros, ut vota sua glorioso confessori predicto, et pro eo petentibus quiete et sine dificultate et contrarietate persolvant, diligenter et vtiliter moneatis: contradictores vero, si qui fuerint, vel rebelles, per excomunicationis sententiam ratione previa compellatis. Datis Sancto Emiliano secundo Kalendas decembris in era millesima ducentesima quinquagesima quarta.

Num.º 517.

Era 1255: año 1217, á 17. de mayo. Cajon E. 5: titulo Grañon, legajo 1.º num.º 2.º

Pre presens scriptum tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego Henricus Dei gratia rex Castelle pro multis et gratis servitiis, que michi fideliter exhibuistis et cotidie exhibere non cesastis, et pro hominibus et rebus aliis, que in servitio meo ammisistis, et quibusdam gravissimis destructionibus, quas in acqui-

sitione regni mei cum regnare ab adversariis impediebar, pro me sustinuistis, facio cartam donationis concessionis confirmationis et stabilitatis vobis comiti domno Gonzalvo et uxori vestre domne Marie, filiis ac filiabus vestris, et omni successioni vestre perpetuo valituram: dono etiam vobis et concedo illud meum castellum quod Granon dicitur prope Villam-furado situm, cum omnibus terminis et pertinentiis suis et cum omni iure, quod ibi habeo, vel habere debeo, ut illa vos et successores vestri habeatis, et irrevocabiliter in perpetum possideatis pacifice et quiete, ad faciendum de illo quicquid volueritis, dando vendendo concambiando impignorando, seu quidlibet aliud faciendo. Siquis vero hanc mee donationis cartam ausu temerario infringere vel in aliquo diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Juda Domini proditore penas sustineat infernales, et regis parti decem millia aureorum in cauto persolvat, et dampnum vobis super hoc illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Palentiam decimo septimo die madii era millesima ducentesima quinquagesima quinta. Et ego rex Henricus regnans in castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus toletane sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat. Didacus domini regis cancellarius confirmat.= Signum ✠ Enrici regis Castelle= Martinus Munionis maiordomus Curie regis confir. Comes Domnus Albarus alferiz domini regis confir.= Tellus Palentinus episcopus confir. Mauricius Burgensis episcopus confir. Melendus Oxomensis episcopus confir. Rodericus Segontinus episcopus confir. Garcias Conchensis episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Geraldus Secobiensis episcopus confir. Dominicus Placentinus episcopus confir.= Comes Ferrandus confir. Comes Gonzalvus confir. Comes Ferrandus puer confir. Nunius Sancii confir. Guillelmus Gonzalvi confir. Enecus de Mendoza confir. Garcias Ordonii confir. Ordonius Martini maior merinus in Castella confir.= Johannes Didaci domini regis notarius scribi fecit.

Num.º 548.

Caja 1256: año 1248, á 6 de Enero: Cajon 0. 1º:
título Villar de Torre, leg. 1º, n.º 3º.

Hec presens scripturam tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Ferrandus Dei gratia rex Castelle et Toleti pro multis et gratis obsequiis, que vos magister Didacus de Villari serenissimo avo meo regi domino Aldefonso recordationis felicissime in suorum sanandis plagis hominum facere procuratis, et adhuc eadem et pro posse melioza michi et domine Berengarie regine genitrici mee totis viribus anelatis; ex ipsius genitricis mee beneplacito et assensu una cum fratre meo infante domno Alfonso facio cartam concessionis confirmationis et stabilitatis vobis totique vestre successioni perpetuo valituram: concedo itaque vobis roboro et confirmo donationem illam hereditatis in perpetuum habendam et irrevocabiliter possidendam, ad faciendum quicquid inde facere voluerittis, dando vendendo concambiando impignorando seu quodlibet aliud faciendo. Volo enim facta et statuta avi mei, que aprobationem omnium viventium non immerito obtinuerunt, et a me et ab omnibus aliis plenarie et tam fideliter quam inviolabiliter observari. Siquis vero hunc mee concessionis confirmationis atque roborationis privilegium infringere vel diminuere attemptaverit, vel ei in aliquo presumpserit contraire; iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore penas sustineat infernales, et regie pacis mille aureos in coro persolvat, et dampnum vobis super hoc illatum, restituat duplicatum. Facta carta apud Burgos nono idus januarii era millesima ducentesima quinquagesima sexta. Et ego rex Ferrandus regnans in Castella et Toleto hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus Toletanus sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat.= Signum ✠ Ferrandi regis Castelle= Gonzalvus Rodrici maiordomus curie regis confirmat. Lupus Didaci de Faro alferiz Domini regis confir=

Mauricius Burgensis episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Rodericus Segontinus episcopus confir. Melendus Oxomensis episcopus confir. Garsias Conchensis episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Dominicus Placentinus episcopus confirm. Johannes domini regis cancellarius abbas sancti Anderii confir.= Rodericus Didaci confir. Comes Ferrandus confir. Albarus Didaci confir. Alfonsus Telli confir. Rodericus Roderici confir. Johannes Gonzalvi confir. Garsias Ferrandi maiordomus domine regine confir. Gonzalvus Petri de Arenillis maior merinus in castella confir.= Dominicus Petri Soriensis iussu cancellarii scripsit.

Num.º 519.

Era 1260: año 1222: Cajon 0.10: titulo Villar de torre legajo 1.º n.º 4.º

Per presens scriptum tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego Ferrandus Dei gratia rex Castelle et Toleti vna cum vxore mea regina domna Beatrice et cum filio meo Alfonso, ex assensu et beneplacito domine Berengarie regine genitricis mee facio cartam concessionis confirmationis roborationis et stabilitatis Deo et monasterio sancti Emiliani vobisque domno Johanni instanti abbati, necnon et toti conventui monachorum ibidem Deo servientium presenti et futuro perpetuo valituram. Concedo itaque vobis iure hereditario habendam et irrevocabiliter et libere perpetuo possidendam hereditatem illam ~~quam~~ de Villari de Turre, quam vobis Didaco de Villari vendidit pro quingentis morabitinis, eam videlicet quam avus meus bone memorie rex dominus Alfonsus illi dedit pro servicio sibi facto, quamque postea ego ipse eidem concessi, ac per cartam plumbatam sollempniter confirmavi. Ipsam ergo ex integro prout vobis a prefato Didaco de Villari vendita est concedo iure hereditario perhenniter possidendam, prout superius est expressum, volens ut hec mee concessionis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Siquis vero hanc cartam infringere

seu diminuere in aliquo presumpserit; iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore penas sustineat infernales, et regie parti mille aureos in coto persolvat, et dampnum eis super hoc illatum, restituat duplicatum. Facta carta apud Burgos vigesimo quinto die februarii, era millesima ducentesima sexagesima. Et ego rex Ferrandus regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus Toletane sedis archiepiscopus hispaniarum, primas confirmat.= Signum ✠ Ferrandi regis Castelle= Gonzalvus Roderici maiordomus curie regis confirmat. Lupus Didaci de Faro alferiz domini regis confirmat.= Mauricius Burgensis episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Geraldus Secobiensis episcopus confir. Lupus Segontinus episcopus confir. Garsias Conchensis episcopus confir. Melendus Oxomensis episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Domicus Placentinus episcopus confir. Johannes domini regis Cancellarius abbas Vallisoleti confir.= Albarus Didaci confir. Alfonsus Tellii confir. Rodericus Roderici confir. Johannes Gonzalvi confir. Suerius Tellii confir. Rodericus Gonzalvi confir. Guillelmus Gonzalvi confir. Garsias Ferrandi maiordomus regine domine Berengarie confir. F. Latorus maior merinus in Castella confir. Egidius iussu iam dicti cancellarii scripsit.

Num.º 520.

Era 1262: año 1224 á 12 de Junio: y en 2 de diciembre de 1254: Cajon J. 1: tit. Voto. leg. 1. n.º 5.º

D.n Alfonso por la gracia de Dios rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallicia de Sevilla de Cordova de Murcia et de Jahen, A todos los omnes de mio regno que esta mi carta vieren salut et gracia. Sepades que vi carta que vi carta del rey D.n Ferrando mio padre fecha en esta manera= Ferrandus Dei gratia rex castelle et Toleti, omnibus hominibus regni mei hanc cartam

videntibus salut. et gra. Mando vobis firmiter quod detis numptiis Sancti Emiliani vota sua, que ei dare solebatis tempore avi mei regis Domini Alfonsi, et sciatis quod numptios istos collectores votorum recepi in protectione et defensione mea, mandans et firmiter precipiens, quod nullus sit ausus eos in aliquo iniuriare, aut prendere ..... quod qui faceret, iram meam haberet, et pectaret michi centum morabitinos ..... et dampnum ipsis illatum redderet duplicatum. Facta carta apud Munnon Castro reg. exp. duodecimo die iunii, era millesima ducentesima sexagesima secunda, anno regni nostri septimo = Et yo sobredicho rey don Alfonso otorgo esta carta et mando que vala. Dada en Burgos, el rey la mando dos dias de diciembre, Juan Perez de Berlanga la fizo por mandado de maestre Ferrando el Notario en era de mill et doscientas et noventa et dos años.

Num.º 521.

Era 1263: año 1225, á dos de septiembre: Archivo de monjas de Cañas, Cajon de Balluercanes.

In Dei nomine et eius gratia. Notum sit cunctis presentibus et futuris: quod ego dona Gracia vna cum coniuge meo Martino Lupi vendimus vobis comitissa dompna Vrracha et omni conventui de Cannas quantum nos habemus in Valluercanes palatios et ortos era et paiares molinos et ferragines, sernas, et vineas, et quinque collazos don Mathe, Petro Garcia, Martin Johannes, Johannes Martin, Domingo Covo, et quantum habemus in heremo et populato cum ingressibus et regressibus cum suis aquis, et cum omnibus suis pertinentiis, exceptis la serna de Cuesta de quiel, et la de valtenna: pretium supradicte venditionis trecententos quinquaginta morabitinos, et sunt pacati predicti aurei, et sua robra. Fideiussores sicut fuero est de Cereso Didacus Lupi de Belascuri, et Ferdinandus Periz Sancti Emiliani.

Testes Martin Roiz de Cereso, Rodericus Periz de Bilforado, Gundisalvus de Quintanar, Dominicus Periz de Pancorvo, el alcalde Luchas, et el alcalde Jague, dompnus Ferdinandus archipresbiter, dompnus Paulus, dompnus Petrus, dompnus Dominicus Scriva Janguis. Regnante Ferdinando in castella et Toleto una cum Beatriz uxore sua regina, et mater eius dompna Belengaria; alferiz curie regis Lupus Didaci de Faro; maiordomus Gundisalvus Roderici; chancellarius Johannes abbas Vallisoleti; archiepiscopus Toleti Rodericus Eximini; Mauricius Burgensis episcopus; Johannes Calagurritanus electus. Dominicus Scriva Janguis scripsit hanc cartam sub era millesima ducentesima sexagesima tertia, secundo die mensis septembris intrantis.

D.n Juan Perez.

Num.º 522.

Era 1265: año 1227, á 12. de septiembre. Cajon V. 12: rollo 3.º num.º 7.º

In nomine Domini amen. Sepan quantos esta carta vieren como yo Dona Maria Perez offresco et do mi misma a Dios et al obispo et á la eglesia de Calaforra et al hospital de la Cadena por servir a Dios et a los pobres en mios dias, por mi alma et por redencion de mios pecados, et doi hi comigo quanto que he en Huercanos mueble et raiz casas et piezas et viñas. Et luego me desisco de todo et fago ent sennor a vos don Juan obispo de Calaforra poral hospital, et otorgo vos que daqui adelant seades ent sennor et mandador, asi como sodes de todo lo al del hospital: et otrosi vos do pora aquel logar mismo la metad de dos colazos que me acaezen en Castrovieio con sus pertenencias. Et yo don Juan por la gracia de Dios obispo de Calaforra de consentimiento de todo el cabildo de Calaforra recebimos a vos Dona Maria Pedrez en el hospital de la cadena pora servicio de Dios et de los pobres del logar, et prometemos vos, que en nostros dias vos demos nos et aquellos que vernan despues de nos, vostros obos a vuestro cuerpo en comer et beber et vestir et calzar en aquel logar. Et otorgamos que

Este hospital estaba en Navera.

Este D.n Juan es distinto del q. se expresa desde el 1207. hasta el de 1225. en q.e suena electo.

todo el diezmo, que ixiere daquello que voj nos dades, et el diezmo de todo lotro bien del hospital, que todo lo recivades et departades, como voj semeiar en servicio de Dios et de los pobres: Et despues de vostros dias otorgamos, quel quanto que ixiere de quanto bien voj nos dades, sea siempre pora los pobres del hospital: et otrogamos vos, que si yo, o algun obispo de Calaforra viniese contra esto, que dicho es, que voj con todo lo vostro meiorado podades en exir en tal que peorado non sea: et si peorado fuese, que la eglesia de Calaforra vos sea tenuda de refacer vos lo todo, et rendex vos todo el bien que por voj fuese venido al logar. Et desto son fechas estas cartas la una que tengades voj doña Maria, et la otra q sea en Calaforra, et la otra en Sant Millan. Desto son testigos Maestre Bernalt archidiano de Naiera, Crespo Martin, Pedro de Bilforado, Miguel chancelez del obispo, Pedro Sanchez, don Gil capelan del obispo canonigos de Calaforra, don Pedro el capelan de Naiera, el adelantado de Maiarrez, don J. maiordomo del obispo, don Asserrio clerigo de la capiela de Naiera, don Martin monge de Rioseco et semnor de la casa de Huercanos, don Bertolome de Naiera, Garci Morazho de Huercanos, don Rodrigo capelan de Arcos, Rodrigo Perez, et Ferrant Perez so hermano, don Martin del campo, Orti Ortiz merino de don Lop, Joan Pardo alcalde de Naiera. Facta carta apud Arcos duodecimo Kalendas octobris era millesima ducentesima sexagesima quinta, et ut carta ista maius robur obtineat firmitatis eam sigillis nostris et capituli Calagurritani fecimus. communiri.

Num.° 523.

Era 1265: año 1227, á 16. de Octubre: Cajon V. 52: rol. 3.° n.° 1.°

Quia longinquitate tepe fit temporis, ut rerum gestarum inter homines propter labilem memoriam eorundem conditio seu qualitas occultatur, idirco solent scripture memorie commendari. Capropter nos

Johannes Dei gratia calagurritanus episcopus notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod super controversia, que vertebatur inter nos et calagurritanam ecclesiam ex una parte, et F. Petri priorem et capitulum Albaidense ex altera super eo, quod petebamus ab eis plenum castri dominium eiusdem loci, et ius parrochiale in eadem ecclesia, et tertias seu quartas episcopatus, quas longo tempore detinuerat idem albaidense capitulum, et super instauratione prioris et canonicorum in eadem ecclesia, et super aliis multis. Post multas altercationes inter nos et ipsos talis compositio intervenit: Quod dictus F. prior et capitulum nobis et successoribus nostris recognoverunt et concesserunt plenum castri dominium in hunc modum: Nos F. Petri prior et capitulum Albaidense notum facimus universis, quod nos unanimiter recognoscimus et concedimus plenum castri dominium de Albelda vobis domino Johanni Petri Calagurritano episcopo vestrisque successoribus, ita videlicet, quod prior vel canonicus vel quilibet alius etiam si non fuerit ibi prior vel canonicus, aptus et sufficiens ad castri custodiam, qui fideliter ipsum custodiat episcopo et ecclesie Sancti Martini, teneat castrum de manu episcopi, ita videlicet quod episcopus quotiescumque et quandocumque voluerit, intret castrum suum predictum ipsarus videlicet et pacatus, omnibus aliis inde electis si voluerit, et ponat ibi panem suum et vinum, et faciat etiam apothecam, et faciat ibi moram quantam sibi placuerit, et videri expedire sicut in domo sua: in recessu vero suo dimittat castrum priori vel canonico vel alii, prout dictum est: et si voluerit etiam episcopus, concedimus et placet nobis, quod baiulus seu claviger episcopi moretur in castro, et faciat homicinium de securitate et castri custodia ei qui tenuerit castrum de manu episcopi, si voluerit: hoc super castro disponimus et sacramento firmamus, nos nunquam contraventuros, salvo iure Domini regis. Item concedimus ei quinque procurationes

in quolibet anno, preter illam que debetur ei ratione visitationis, et preter alias duas quas percipiebat vnam in vigilia Sancti Martini, et aliam in die, quas percipere poterit cum triginta equitaturis, si sibi placuerit ad plus: de aliis quinque debet percipere vnam de Sacristania eodem modo sicut predictas tres, pro residuis autem quatuor debet recipere in festo purificationis beate Virginis triginta duos aureos annuatim: Concedimus etiam episcopo sine contradictione aliqua appellationes ville Albaidensis et aliarum villarum sub iurisdictione ecclesie Sancti Martini constituarum. Nos autem Johannes Dei gratia calaguritanus episcopus attendentes devotionem, quam erga nos F. Petri prior et capitulum Albaidense ostenderunt, eis petitiones suas concessimus in hunc modum: Nos Johannes Dei gratia Calaguritanus episcopus de consensu et beneplacito capituli calaguritani constituimus, quod vos F. Petri, prior et reliqui canonici Albaidenses, qui nunc estis, vestrique successores eatenus sitis et vocemini vere canonici: et concedimus quod ea, que actenus possidetis videlicet terras de Ocon, de Palaciolos, de Albelda, de Isla, de Mozuero, de Boio, de Savia, et ecclesiam Sancti Cosme, et ecclesiam Sancti Johannis de Corneciella, et ecclesiam Sancti Augustini, et ecclesias Sancti Sanctonis, et ecclesias de Villiella, et ecclesiam Sancti Valerii cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam Sancte Crucis de Suel cum omnibus pertinentiis suis; quartas de Desoio cum pertinentiis suis, quartas Sancti Petri de Burro, et quartas de Melgar cum omni iure quod actenus habuistis, et ecclesiam Sancti Andree de Burro de iure cum omnibus pertinentiis suis; et cum omnibus aliis bonis vestris, de cetero canonice habeatis. Constituimus etiam de beneplacito et assensu vestro, quod capitulum vestrum viginti quinque canonicorum, et quinque portionariorum numero de cetero sit contentum: Addimus etiam de consensu vestro, quod nunquam constituatur canonicus in ecclesia vestra a vobis sine consensu episcopi neque ab episcopo sine vestro: Constituimus etiam de

beneplacito et consensu vestro, quod quandocumque in ecclesia vestra electionem prioris celebari contingeret, vestrum capitulum duos eligat electores, et episcopus Calagurritanus qui pro tempore fuerit ..... aliquem canonicum Calagurritanum loco sui, qui canonice celebrem electionem, et postea episcopus confirmet electum secundum quod ius dictat, alicer vero facta electio nullam obtineat firmitatem. Ut autem presens carta robur obtineat firmitatis eam proprio et Calagurritani Capituli et prioris et capituli Albaidensis sigillo fecimus communiri. Super his autem tres cartas fecimus fieri, quarum una remanet apud Calagurram, aliam apud Sanctum Emilianum, alia apud Albaidam. Facta sunt hec apud Albaidam in pleno capitulo decimo sexto Kalendas octobris sub era millesima ducentesima sexagesima quinta. Testes Magister B. archidiaconus Nagarensis, et P. Petri archidiaconus Calagurre, Egidius de los Arcos, M. Lupi de Varea, Rodericus Eximini, R. Petri de Agonciello canonici Calagurritani et Albeidenses, P. de Bilforado, Michael cancellarius episcopi, P. Sancii, J. Gonzalvez, Dompnus Egidius capellanus episcopi canonici Calagurritani; P. de Trepiana cantor Albaidensis, Dompnus Rodericus, Paulus, P. Petri, Dompnus Didacus, M. Martini, Matheus, Lupus de Desoio; P. de Sancto Laurentio canonici Albaidenses: Ordonius Petri, R. Petri frater eius; R. Garsie de Sanana milites: M. abbas Sancti Egidi de Lucronio, P. Romei archipresbiteri, et P. Blanc, et Dompnus Petregrinus, et Petregrinus de Limoias, et Michael de Soria, Pardus de Muriello, P. Serrano de Medrano, M. Semenei de Boio: de Albelda D. mexino, alcaldus Dominicus, P. Romeri mexinus ville, Egidius Petri Lozani, D. Petri, G. Joannis, Pardus, Petrus Garsie, Stephanus, et totum concilium de Albelda: de Ubago scriptor P. Sancte Crucis, filius G. de Mendoza. Regnante rege Domino Fernando cum uxore sua Domina Beatrice regina in Castella et in Toleto et in Baeza et in Andoiar, et in Murcoiahen, Dompnus Lupus Didaci Alferiz Domini regis, Gonzalvus

Roderici maiordomus domini regis, Garsias Gondissalvi de Terrera merinus maior regis castelle.

Num.º 524.

En 31. de Octubre de 1228: Cajon E. 7: titulo nullius, legajo 2: num.º 2.º

Quia propter prothoplasti vicium spoliati gratuitis et vulnerati naturalibus labilis erat mortalium memoria, divina clementia condolens humano generi ac eius ordinationi providere cupiens, pia consideratione statuit litterarum remedium, ut preterita et antiqua tamquam presentia seu nova scripturarum testimonio ad posteros perpetuo servarentur. Hinc est igitur, quod nos Johannes Suarii Berbericensis archidiaconus, magister Guillelmus de Sequencia calagurritanus, et magister Johannes de Raticella calciatensis canonici et iuris professores, presentis instrumenti testimonio posteritati omnium ipsum inspicientium fieri volumus manifestum. Quod cum venerabilis pater noster dominus Johannes Petri calagurritanus et calciatensis episcopus contra religiosum virum Johannem Sancii abbatem et conventum Sancti Emiliani de cuculla calagurritane et calciatensis diocesis, ordinis Sancti Benedicti super Ecclesia sancti Martini de Bervarana, et Ventoja, et ecclesia Sancti Sebastiani iuxta Naiaram sita, et Cardenas, et Terrero, et Ecclesia Sancte Marie de Badaran, et Villagonzalvo, et Villula Sancti Georgii, et Ledesma, et Bobatella, et Colia, et Cadovin et ecclesia Sancte Marie de Cannas, et Sancte Marie de Sorbus, et Sancti Emiliani ecclesiola de Alesanco, et ecclesia Sancti Tirsi de Canniellas et Villarijo, et Sancte Marie de Vannares, et Paduleija, et Zofiuri, et Alviano, et Murucuri, et Ternero, et ecclesia Sancti Martini, et Sancti Michaelis de Grannone ecclesijs, quas ad se dicebat idem episcopus lege diocesana pertinere, movisset auctoritate apostolica questionem: Tandem pro bono pacis et concordie, ac ut parceretur partium laboribus et expensis; memoratus episcopus in me magistrum Guillelmum de Sequencia,

a dictus abbas in me magistrum Johannem de Raticella, et utraque pars communiter in me Johannem Suarii archidiaconum Berbericensem sub pena mille marchaxum argenti compromiserunt simpliciter et de plano, promittentes bona fide ac successores suos ad hoc sub dicta pena obligantes in perpetuum, ut quicquid nos tres vel duo ex nobis super dicta questione laudando, componendo, iudicando, seu arbitrando mandaremus, et idem memorati episcopus et abbas ratum haberent et firmum; et pars que nostrum nollet subire arbitrium vel mandatum, vel ei per omnia obedire, promisit parti alteri mille marchas argenti pene nomine soluturam; arbitrio vel mandato seu iudicio laudo vel compositione in suo robore nichilhominus duraturis, et ad hoc successores suos in perpetuum obligarunt. Nos vero auditis partibus et allegationibus, quas episcopus memoratus fundata intentione super lege diocesana voluit allegare, visa insuper ex adverso compositione olim inita inter venerabilem patrem bone memorie Dominum Rodericum calaguritanum episcopum de consensu et beneplacito sui prioris et capituli ex una parte, et virum religiosum dompnum Garsiam abbatem supradicti monasterii de consensu similiter et beneplacito sui prioris et conventus ex altera *: visisque privilegiis confirmationis tam Romanorum pontificum quam Domini Terrachonensis archiepiscopi eorum metropolitani; audita insuper et intellecta prescriptione legitima quam quadraginta annorum allegavit et probavit legitime dictus abbas, et quia constitit nobis calaguritanum episcopum bone memorie Dominum Rodericum de consensu et voluntate sui prioris et capituli pro cenis et tertiis ecclesias de Madrix et Camprobin ab abbate et suo conventu recepisse: concluso que in causa communiter hinc et inde, habitoque prudentium virorum consilio arbitrando unanimiter et concorditer pronunciamus = Johannem Sancii abbatem Sancti

* Son las escrituras numeros 730.= 31 - y 32.

Emiliani et suum monasterium supradicto Johanni Petri calagurritano et calciatensi episcopo super nominatis ecclesiis lege diocesana in aliquo non teneri, et eundem abbatem et eius monasterium ab impetitione eiusdem episcopi absolvimus, precipientes ei per sententiam nostri arbitrii sub pena supradicta, quod dicto abbati vel eius monasterio lege diocesana supradictis ecclesiis questionem aliquam per se vel per alium decetero non removeret. Et ne nostri arbitrii memoria per lapsum temporis in obliviorem caderet, tres cartas testimoniales inde fieri iussimus, quarum una dicto episcopo, aliam memorato abbati tradidimus, et tertiam nobis retinuimus ad perpetuam originalis memoriam conservandam. Illud vero pretereundum non duximus, quod privilegia et confirmationes et alia documenta superius nominata pro parte antedicti abbatis induta fuere nobis exhibita; externa die ante prolationem arbitrii circa horam tertiam per Domnum Bartholomeum eiusdem monasterii sacristam, et domnum P. Furtado prepositum, in quodam solio inter atrium cacamere domini abbatis et ultimum claustri angulum iuxta parietem ecclesie super altare sancti Martini, presentibus pro parte episcopi Martino Petri decano, et Martino Petri cantore, et dompno Egidio Capellano episcopi et canonico calagurritano, quia noluerunt abbas et monachi quod extra claustrum privilegia deducerentur vel alia monasterii documenta. Actum est hoc pridie Kalendas novembris, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo intra septa monasterii Sancti Emiliani ad introitum prime porte a sinistra parte in porticu palatii, quod hostal vulgariter appellatur; eo quod illud construxerunt ad opus hospitum dictus abbas. In prolatione vero nostri arbitrii fuerunt presentes circa horam tertiam memorati episcopus et abbas, et alii infrascripti Martinus Petri decanus, Martinus Petri cantor, Ennecus Martini canonicus, Egidius Capellanus episcopi, magister Johannes de Harroniz, Gomez de Almogera, Petrus de Sancto Dominico canonici

Dominicus Picardi archipresbiter Vitoriensis, Martinus Paschasii archipresbiter Riogensis, dompnus Sancius prior Sancti Emiliani, dompnus R. Enneci monachus, dompnus P. Furtado prepositus, dompnus Bartholomeus Sacrista, dompnus Benedictus monachus, Alfonsus Petri, Albarus Petri, dompnus Simon milites episcopi, dompnus Johannes de Burgis maiordomus, dompnus Guillelmus de Stagora dispensator, Petrus Martini de Lucronio ianitor. Et ut hoc robur obtineat firmitatis ego J. Suarii archidiaconus Berbericensis huic carte sigilum meum appono: et ~~xxxx~~ ego magister J. de Raticella sigillum meum appono: et quia ego magister Guillelmus de Sequencia sigillum meum pre manibus non habeo, presentem cartulam cum sigillo J. Suarii Berbericensis archidiaconi sigillo.

Num.º 525.

Era 1267: año 1229, á 23. de Octubre: Cajon V. 12: rol. 2: n.º 4.º

In Dei nomine. Sabida cosa sea a quantos esta carta vidieren, Ke yo don Diag Alvarez do a vos abbad don Juuannes de San Millan e al conviento Ke i es en pennos quanto yo e en Gragera e en Eglesias yermo e poblado con todo so mueble por sexcientos e veinte e cinco moravedis, por los quales io so fiador e depdor de dona Teresa mi ermana Ke me echo fiador e depdor a vos abbad don Juuannes e a vuestro conviento por las rendas de Sancta Maria de Cannas de veinte e sex annos Ke non pago, e dest empennamiento quanto end sacaredes non vos entre en quitazon a vos nin al conviento, e por mas firmedumne pongo i mi seyello pendient. Desto son testes Pero Perez de Soreiana e so ermano Gonzalvo Perez, Alvar Lopez fide Lop Albarez, Pero Martinez de Torres, Gutier Munnoz de Vannos, Diag Roiz, et Ferrand Roiz de Gragera, Ferrand Martinez de Sonsoto, Rodrig Albarez de Pedrosa, Domingo de Amaya, don Aznar de Berceo, e Pero Lopez de Burivar; de Cabrera el abbad don Lop, e Guarras, Garcia e so ermano Sancho, Pero Aranna, Martin abbad, Per Vzquita. A Diag Garciez de Gragera

Caballero dio don Diago por mano Ke meta en ello ad abbad, o a qui el mandare, e a Gonzalvo Seco Kel mantenga el abbad. Esto fue fecho en el mes de Octubre en el dia de Servandi et Germani, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, regnando el rey don Ferrando en Castiella et en Toleto, e de Baeza fata Sant Sabastian, Sennor so el de Burgos fata San Sabastian don Lop Diaz de Faro, merino mayor del rey Garci Gonzalvez de Ferrera, Era millesima ducentesima sexagesima septima.

Num.º 526.

Era de 1267: año 1229, á 10 de marzo: archivo de la Villa de Ausejo.

1. está mal copiada.

Conoszuda cosa se a quantos esta carta vieren, que nos el conceio de Auseio ficiemos composicion con el conceio de Alcanadre pora siempre: Que los de Auseio que pesquen las tres menguas de marzo e de abril e de mayo, e que fagan la laguna de tal manera que puedan bien pescar e que non fagan danno a la de Alcanadre, e sobresto que abran los de Auseio la laguna en tres delubios, quales ellos quisieren en todo el anno: e que en cada tres delubios, que pesquen tres noches, saliendo el agua a tal manera que non fagan danno a la de Alcanadre. Et sobresto, que quando los de Alcanadre quisieren regar, que lo fagan saber a los de Auseio, e que pesquen mientras ellos regaren: e los de Alcanadre que cierren en la boca de la laguna fasta que pegue el agua a la tierra de cofrades de Sant Martin, fuera desta sazones que son ansi dichas de pescar. Et si por aventura el agua pasare de la cosera que esta en el suelo de la pieza de los cofrades de Sant Martin, que abran la laguna los de Alcanadre, en que salga el agua fasta que torne en la cosera. Et que pesquen los de Auseio en el termino de Alcanadre dende la pieza de derecha de Johan fi de Toda Sanchez fasta la ponteciella sin coto ninguno: et los de Auseio que non sean poderosos de abrir la laguna fuera destas sazones de pescar. Et los ganados de Auseio que pascan en el termino de Alcanadre

de sol a sol, e que se bayan a so termino a la dija de noche. Et los ganados de Alcanadre que pascan en el termino de Auseio de sol a sol, e se bayan a so termino a la dija de noche; salvo en la defesas viejas, e bebederos de ambas las partes que non entren los vnos a los otros: et los ganados de la cabanna de la casa de los Fraires que pascan con los de Auseio noche e dia, salvo en las defesas vieias: et los fraires que fagan leña para su casa dende la carrera que sale a la navas e a pieza del rey a suso. Et el dia primero que los de Auseio quisieren pescar, que lo fagan saber a los de Alcanadre, e los de Alcanadre que paren buitrino de somo la serna de los fraires a suso. Et ninguno que estas posturas en algo quisiere quebrantar que peche al rey mill moravedis en coto. Et porque estas posturas sean mucho firmes, ficiemos dos cartas, e en cada vna dellas pusiemos nuestros seellos pendientes de ambos los conceios. Testigos que le vieron e le obedecieron Pero la Cambara, e Johan Perez fide, Pero Thomas de Ocon, e Pero Lopez, e Gonzalo Martin de Arnedo, e Johan Herrero testigos, Johan fide Johan de la puebla de Autol. Fecha la carta diez dias de marzo era mill doscientas sesenta e siete.

Num.º 527.

Era 1267: año 1229, en diciembre: Becerro Bulario del archivo de S. Millan fol. 49.

Quia longinquitate temporis rei conditio sepius ocultatur; idcirco facta hominum scripture solent memorie commendari. Ea propter nos Mauricius Dei gratia Burgensis, et Johannes eadem Calagurritanus episcopi notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod inter nos de consensu capitulorum nostrorum super his, que in confinio episcopatum nostrorum habeamus communia, scilicet, Caranca, Miranda, Potanzie, Lamorcuera, Galvarruri, Saiazaharra, vtriusque ecclesie vtilitate pensata: talis facta compositio videlicet quod omnia supradicta quantum ad temporalium ecclesiasticorum perceptionem, et ecclesiasticam iurisdictionem, ceterorumque spiritualium administrationem episco-

po, archidiacono, archipresbitero Burgensis vno anno subiaceant; et episcopo, archidiacono, archipresbitero Calagurritanis alio in anno vicis sue vtriusque ecclesie consuetudine reservata, quam in aliis sue diocesis locis consuevit habere, et hoc vicisim ad annos inter istos et illos perpetuo perseveret, ita quod si sententia data vel causa incepta fuerit sub aliqua partium predictarum sub eadem finem devitum sorciatur. Actum est hoc anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, sub era millesima ducentesima sexagesima septima, mense decembri: Ut autem factum istud cerciori fide roboretur quatuor cartas inde fecimus sigillis nostris et capitulorum nostrorum roboratas, ita quod vna reservetur in monasterio regali Burgensi, secunda apud monasterium sancti Emiliani, alie due remaneant penes episcopos memoratos. Convenit autem inter predictas ecclesias, ut episcopus Calagurritanus cum vicariis suis primitus incipiat vti iurisdictione et perceptione predictis prima die martii sequentis.

Es decir q. p.a el Sig.te de 1268. daba principio por el de Calahorra

Num.o 528.

Aunq.e no tiene fecha la presente, pertenece a los años de 1230.

Cajon V. 12: rollo 3.o n.o 2.o

Reverendo in Christo, et domino G. Dei gratia sanctorum Cosme et Damiani diacono Cardinali: Calagurritanum et Calciatense capitulum reverentiam debitam, et devotum cum omni genere famulatus. Suscitata super quibusdam articulis inter venerabilem patrem nostrum Johannem Calagurritanum et Calciatensem episcopum ex vna parte, et Martinum Petri de Palentia ecclesie nostre decanum ex altera materia questionis: Nos vidimus et audivimus et de hac paternitati vestre veritatis testimonium perhibemus, quod cum in nostri presentia memoratus episcopus convenit amicabiliter interdum per se quandoque per aliquos de nostris promitens, quod si eum offenderat in aliquo, paratus erat plane corrigere atque plene ad nostri vel aliquorum de nostris arbitrium: quod si sic

non credebat sufficere ad arbitrium duorum vel trium prelatorum Terraconensis, seu Toletane provincialium ad hoc electorum, seu aliquorum de dictis provinciis in dignitate constitutorum, aut etiam omnes causarum querelas et querelarum causas in scriptis redigere ad verae discretionis arbitrium sapientes: et ad hoc indixit generale capitulum celebrari, mandans nobis omnibus tam personis quam canonicis et sociis, quod ad maiorem ecclesiam conveniremus in festo Sancti Luche proximo preterito, modis omnibus eidem decano precipiens nichilominus in virtute Sancte obedientie viva voce, quod ad dictum capitulum accederet ad ordinandum et statuendum, quomodo servirentur melius ecclesiis in virisque; et ad tractandum de mittendo ad picardem veteram nuncio tam super confirmatione unionis unanimiter celebrate, quam eorum que super premissis in illo capitulo contingerent ordinari, et ut redderet rationem de quadam summa numerate pecunie, quam a nobis et a dicto episcopo idem decanus ad opus fabrice Sancte Marie de Calagurra receperat; et ut sera pacis nobis vel aliis bonis viris medianibus clauceret ianuam, quam antiqui hostis invidia reserarat. Dictum autem decanus, ut salva pace loquamur, accepto rebellionis spiritu contra voluntatem canonicorum omnium principiis inquietis obstare volentium, inmitens sue prudentie atque imperitis retens consiliis dixit formaliter: quod dicto capitulo vel ordinationi seu statutis patris nostri episcopi et nostris ad mandatum suum et preces nostras nullatenus interesse, nec rationem reddere postulatam. Quare dominus noster episcopus eundem decanum propter sui inobedientiam et colligationes seu conspirationes plures ac manifestas, quas fecisse dicitur et turbationes alias, quas, quantum in eo fuit, in nostra ecclesia et in tota diocesi seminavit, a quibus per ipsum et nos sepe monitus compesci noluit: nobis presentibus excommunicationis vinculo innodavit, et nobis omnibus et vicinis ecclesiis publice exco-

municatum nunciavit: et sic ut dictum est contra voluntatem nostram medio tempore insalutatis Sociis, non expectato capitulo, habens quasi pro derelicta nostram ecclesiam, ad sedem apostolicam est profectus. Nosque ad dictum capitulum convenimus ad calciatensem ecclesiam, et que ibi super premissis statuta fuerunt et ordinata, in brevi per nostrum nuncium specialem, quem super confirmatione unionis dicte ad vos mittimus curavimus plenius intimare: Supplicamus igitur paternitati vestre universaliter nostrorum singuli et singulariter universi; quod si quis de negotiis ecclesie nostre procurare vel in preiudicium eiusdem, seu persone dicti patris nostri episcopi viri vigue discreti providi et honesti, vitegue laudabilis et honeste conversationis, et ecclesie nostre valde utilis, per cuius industriam status eius et totius episcopatus tam in temporalibus quam in spiritualibus multipliciter dignoscitur relevatus, attemptare presumpserit; non dignemini porrigere vestras aures, maxime ingrato homini, qui contra benefactorem suum et tam eius quam nostram ordinationem et statuta, proficiscitur, et presertim, ut dicitur, contra unionem factam, per ipsum et nos concorditer; ut obtentu quorumdam principum, qui eundem patrem nostrum episcopum propter iustitiam, quam in aliquos ipsorum ad compescendas eorum insolentias exercuit, odium; et qui se tam sibi quam nobis semper opposuerunt viriliter in hoc facto, possit factum de vestra gratia tam laudabiliter consummatum dissolvere, ac saltem contra eiusdem patrem nostrum, et hec omnia mentes nostri Cesaris et eius procerum concitare. Et licet propter factum translationis et alia negotia, que memoratus episcopus expedire habuit tam in Romana curia quam in..... esset aliquibus debitis nostra ecclesia obligata in via in liberationis debiti erat ad presens dicti patris nostri diligenti solicitudine. S. vexemus et in quanto cum idem decanus unus fuerit de solutionis provisoribus per nos et eumdem episcopum deputatus; ne quod avertat Dominus occasione sua,

seu perfidia Revixorum ecclesie soluvio super cuius non expedito articulo comexa ipsum universaliter movemur ..... reaxo retur. Quod si forsitan sigilla nostra seu aliqua sigillata nomine nostri capituli tam ipse quam aliquis de suis complicibus exhibuerit Romane curie; adulterina pro certo noveritis, ut patet, preter voluntatem nostram confecta; cum sigilla Calaguritani et Calciatensis capituli, que apud ipsum exant deposita, sepius exacta reddere renuit, nec personis vel locis certis dimittere, ut cum necesse foret, possemus ad utilitatem publicam ipsis uti. Et ideo necesse habuimus cum subscriptionibus canonicorum et portionariorum, et sigillis personarum nostre ecclesie infrascriptarum, et abbatis sancti Emiliani et prioris sancti Sepulcri in Lucronio, presentia sigillare. Ego Petrus archidiaconus Calaguritanus subscrivo, et sigillum meum appono. Ego J. Suarez Alabensis archidiaconus ff, et sigillum meum appono. Ego canonicus Sepulcri Dominici in Alangovi et in Lucronio humiliter prior dictus ff, et sigillum meum appono. Ego B. Naiarensis archidiaconus ff, et sigillum meum appono. Ego C. Petri Biscaiensis archidiaconus ff, et sigillum meum appono. Ego, magister Joannes archidiaconus Berbericensis ff, et sigillum meum appono. Ego Joannes sancti Emiliani ff, et sigillum meum appono. Ego Andreas canonicus subscrivo. Ego D. Capata canonicus sub. Ego J. de Castannares canonicus ff. Ego Remixus Canonicus ff. Ego Rx Semenei canonicus ff. Ego S. Oliveri canonicus ff. Ego F. Albarez canonicus ff. Ego C. de Arcubus canonicus ff. Ego P. dictus prior Canonicus ff. R. Petri canonicus ff. Ego M. dictus abbas canonicus ff. Ego Navarrus canonicus ff. Ego P. Stephani canonicus ff. Ego Egidius Capellanus canonicus ff. Ego Petrus de Sancto Dominico canonicus ff. Ego magister J. de Raticiella canonicus ff. Ego D. de Villa-regina portionarius ff. Ego P. Joannis canonicus ff. Ego Guterius Capellanus canonicus ff. Ego M. Guillelmi canonicus ff. Ego F. Didaci canonicus ff. Ego M. Pascasii portionarius ff. Ego Joannes Dominici portionarius ff.

Ego Radulfus porcionarius SS. Ego Dominicus abbas porcionarius SS. Ego Martinus Remiriz porcionarius SS. Ego Dominicus de la Serra porcionarius SS. Ego Pascasius de Bannares porcionarius SS. Ego Stephanus porcionarius SS. Ego J. Gundisalvi porcionarius SS. Ego Michael Cipriani porcionarius SS. Ego D. Pichardo porcionarius SS. Ego.....

Num.º 529.

Año 1231; á 12 de agosto. Becer. galic. 242.

En nonne de Dios. Yo Diag Gonzalvez e mios hermanos e fijos de Pedro Gonzalvez vendemos a vos don Pedro Furtado prepuesto de Sant Millan en vez del abad don Juan Sanz, un solar que aviemos en Covagallegos a muertas por tres morabedis que sea siempre de Sant Millan: e fuemos pagados de los morabedis con su robra. Fiadores de riedra e testes los de su dichos per omnia. Factum est totum hoc in die Sancti Ipoliti, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, regnante el rey don Ferrando en Castiella e en Leon, sub eo Sennor de Burueba don Lop Diaz de Faro.

Num.º 530.

Año 1232, en diciembre: Cajon O.3: titulo Sta Maria de Riba-redonda leg. 1.º n.º 2.º

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris: quod cum abbas et conventus monasterii Sancti Emiliani ab antiquo omnes decimas collatiorum suorum in Sancta Maria de Riparotunda integre percepissent; tandem post multas questiones super decimas dictorum collaciorum pospositas inter Mauricium episcopum Burgensem et clericos et laicos dicte ville ex una parte, et abbatem et conventum monasterii predicti ex altera, accedente consensu capituli Burgensis talis inter eos compositio intervenit: quod episcopus percipiat integre tertiam dictarum decimarum omnium collaciorum suorum, et abbas et conventus secundam tertiam, et tertiam aliam dividant per medium clerici et laici preno-

minate ville: preter hoc dicti abbas et conventus partem prevende, quam, percipiebant in ecclesia memorata, gratis remiserunt clericis. In cuius rei signum clerici memorati debent solvere annuatim unum morabetinum in denariis in die perceptionis decimarum abbati et conventui eiusdem loci; et nisi solverint, retineat abbas vel eius nuncius tantum de pane quantum valebit morabetinum. Hacta sunt hec Burgis anno ab incarnatione Domini millesimo, ducentesimo trigesimo secundo, mense decembri. Testes magister Arnaldus decanus, magister Martinus Cantor, magister Petrus Verbescensis archidiaconus, magister Dominicus Sacrista: de canonicis magister Lupus, Andreas prior, Joannes Rogerii, Petrus Johannes, Gundisalvus Inauri, Dompnus Daniel, magister Martinus parvus, Johannes Beltrandi, Rodericus Petri. Ut autem sit factum firmum sigilla espiscopi, et capituli Burgensis, et abbatis fecimus presenti scripto apponi.

Num.º 531.

Era 1272: año 1234, en mayo: Becer. galic. 240.

In Dei nomine. Noscant presentes et posteri. Como esta es la pesquisa que mando fer el rey don Ferrando a don Moriel merino mayor en Castiella por la heredat, que demandava el abbat de Sant Millan en Sant Juan de Plagaro, et vino don Moriel en Frias, et mando a Johan el alcalde et a su yerno Roy Martinez, et a Gonzalvo Periz de Castiella que fuesen a Plagaro et ficiessen pesquisa daquella heredat en los buenos ormes de las villas de Cuesta que sopiessen la verdat: et iuro Dia Sanchez caballero, que era tenedor en la heredat, et Fernan Gonzalez cavallero, et Martin Sanchez escudero que era tenedor en la heredat, et Estevano de Paiares labrador del rey, et Johan Perez de Vergaza labrador de fidalgo et don Pero de Riva labrador de don Diago, et iuraron et dixieron verdat, que era de Sant Millan. Et fueron estos pesquiridores sobredichos con esta pesquisa a don Moriel, et mando don Moriel al su portero que fues, et que lo meties en ello al prepuesto de Sant Millan, et metiol en ello, et coteol en cient morabedis, et el danno doblado. Et dest here-

damiento del vn cabo con los moiones de Soma la Riva de Riva Velasco a como entra el sendero derecho a la carrera que va a la fuente de Fontaniellas, et de la fuente de Fontaniellas como va la carrera, para Verzara fasta la fuente del perro que dicen de la zoba, et el sendero arriba que sale por el dorsa del mont fasta fondon de pedrequera, et de la otra parte de Soma riba Velasco por la ribiella arriba et sale a la larra de San Johan et al Colladiello que es a oio de la fuente del abellano. Et San Johan de Fazocio con zoda su heredat es de San Martin de Ferran. Facta carta in mense maio diez dias andados, era millesima ducentesima septuagesima decunda.

Núm.º 532.

Año 1235, dia miercoles á 4 de Julio: Cajon V. 32: rol. 3.º n.º 20.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis quod super controversia, que erat inter venerabilem patrem Calagurritanum et Calciatensem episcopum ex una parte, et decanum et quosdam de capitulo videlicet Calciatensi ex altera, super eo quod Dominus Johannes Petri episcopus asserebat se gravatum contemptum et dehonoratum a Martino Petri decano et a quibusdam sociis eiusdem Capituli in eo quod iura ad eum spectantia in ecclesia Sancti Dominici, et in villa, sicut ipse dicebat, sibi usurpaverant contra mandatum, contradictionem et appellationem ipsius, que fecit, ne aliquid in eius prejudicium attemptarent, et in eo quod decanus sedi episcopali insidebat in choro contra sedium episcopalium morem et locum episcopalem in processione et capitulo occupabat, et in eo quod in dominio ville et in proventibus ecclesiasticis et secularibus ad ecclesiam Sancti Dominici spectantibus, episcopum expertem esse, et nichil penitus habere dicebant. Item in eo quod procuratori Calciatensi, scilicet, Martino Guillelmi mutuaverat sexagina morabetinos in auro sub penis et conditionibus sub quibus ipse receperat a mercatoribus, que sibi debere dicebat. Item in eo quod decanus dicebat se appellasse pro omnibus personis canonicis et beneficiatis et sociis capituli, quod postmodum non fuit a pluribus approbatum. Ex parte vero alia dicebatur, quod de-

canus spoliatus erat iniuste in particulari sue officio dignitatis scilicet in suo vicario destituto, in ablatione sedis quam se habere in choro dicebat. Item in eo quod contra solitum morem episcopus suum Vicarium instituerat supra decani vicarium, et supra decanum in ecclesia cathedrali. Item quod remoti fuerant maiordomi de mandato episcopi a toto capitulo constituti. Item super spoliationibus quorundam de capitulo, qui occasione huiusmodi controversie a tempore unionis facte spoliati fuerant bonis suis, scilicet Gundisalvi, M. Guillelmi, P. Xemeni, F. Didaci. Item super eo quod occasione huiusmodi dissexebatur sigillacio unionis super his omnibus, excepto dominio civitatis Sancti Dominici, quod perpetuo esset apud capitulum, utrique parti placuit; in hoc quinque fuit sponte et liberaliter compromissum videlicet magistrum J. Petri Berbicensem, magistrum B. Naiarensem archidiaconos, D. thesaurarium, magistrum J. de Mericella, et Dominicum Martini canonicos calaguritanos et calciatenses: tali modo ut quicquid nos vel maior pars nostrum arbitrando iudicando amicabiliter componendo sedendo vel stando sententiando vel alias disponendo facere vellemus, utraque pars teneretur firmiter observare sub pena mille morabetinorum in auro solvendorum nobis arbitris et parti ordinatione nostra servare volenti, ita quod pena soluta utrique parti salvum sit iustitiam prosequi quocumque tempore facti compromissi habebat, si forte ordinationem nostram remuere acceptaret. Nos autem super premissis habito diligenti tractatu arbitrii potestate nobis tradita, sententiando, mandamus: quod decanus et socii eius renuncient appellationibus quas fecerunt, et quod decanus et socii sui humiliter implorent a domino episcopo Johanne Petri veniam, si in aliquo ab eis reputat se grabatum, et quod episcopus eis omnia in continenti remittat, que contra honestatem suam reputat esse facta a tempore appellationis emisse. Item mandamus, quod omnia gravamina, que facta sunt decano et sociis eius, revocentur, et status eorum reducatur in omnibus ad illum eundem statum, in quo erat tempore appellationis emisse. Item quia dominus episcopus multum ad exal-

tationem ecclesie laboravit et expensas immensas fecit, et debita multa contraxit ad relevationem ipsorum, mandamus ei dari de bonis capituli mille morabetinos in denariorum pecunia numerata. Item mandamus dari domos, que sunt magistri J. de Raticella, et domni Ennici Martini circa murum et ecclesiam sancte Marie constitutum: parrale autem et ortum et domos predictas, sic volumus, quod habeat venerabilis pater noster J. Petri episcopus, ut sive cedat episcopatui sive non sive ad quemcumque statum se transferatur, ipse habeat omnibus diebus vite sue. Post mortem autem suam domos qui sunt magistri J. de Raticella, et domni Ennici Martini totum ortum et parrale supradicta, libere redeant ad successores, nisi dominus episcopus de supradictis pro anniversario suo capitulo aliter duxerit statuendum. Et mandamus, quod capitulum reddat magistro J, et domno Ennico recompensationem incontinenti condignam. Item mandamus, quod carta facta super unione secundum quod concepta sigilletur. Item mandamus quod episcopus absolvat capitulum a petitione sexaginta aureorum cum penis et interesse, quos dicit se procuratori calciatensi mutuasse. Omnia supradicta mandamus firmiter fieri et servari a partibus inconcusse. Sub pena superius annotata. Actum hoc apud Calagurram mense iulii die mercurii quinta die post festum apostolorum Petri et Pauli, anno domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto

Num.º 533.

Era 1274: año 1236: Cajon V. 12: rollo 3.º n.º 3.º

In Dei nomine et eius gratia. Hec est institutio Karitatis (inserta á la letra la del n.º 476). Facta huiusmodi institutionis carta subscripti speculo perpetualiter roborata in era millesima ducentesima septuagesima quarta. Nos igitur Johannes Sancii abbas sancti Emiliani, et Martinus abbas sancti Dominici, cum assensu utriusque conventus hanc institutionem predecessorum nostrorum laudabilem aprobamus, et eam sigillorum nostrorum impresionibus muniendo modis omnibus quibus pos-

sumus per omnia confirmamus. Siquis (las imprec.s &c). R. prior maior monasterii sancti Emiliani huius facti confirmans. Sancius prior minor confir. Petrus prepositus confir. Petrus Camerarius confir. Marinus Sacrista confir. Martinus cellerarius confir. Benedictus hospitalarius confir. Omnis monachorum conventus Sancti Emiliani confirmans. Prior Johannes maior monasterii Sancti Dominici huius facti confirmans. Augustinus prior minor confir. Dominicus Johannes precentor confir. Petrus Sacrista confir. Gundisalvus Camerarius confir. Martinus Petri cellerarius confir. Johannes de Sancta Maria refectorarius confir. Michael infirmerarius confir. Omnis monachorum conventus Sancti Dominici confir.

Num.º 534.

Era 1275: año 1237, á 9. de enero: Cajon 01: titulo privilegios reales: rollo 1.º num.º 4.º

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum: quod ego Ferrandus Dei gratia rex Castelle et Toleti Legionis et Gallecie et Corduve vna cum filiis nostris Alfonso, Frederico et Ferrando ex assensu et beneplacito regine domne Berengarie genitricis mee facio cartam concessionis confirmationis et stabilitatis Deo et monasterio Sancti Emiliani de la Cogulla, et vobis dompno Johanni Sancii instanti abbati et successoribus vestris totiq.e conventui eiusdem loci perpetuo et irrevocabiliter valituram. Concedo itaque vobis, quod illos ducentos morabetinos, quos pro pedido consuevi accipere a monasterio vestro; quos inquam morabetinos dompnus lupus dum viveret, et terram de me teneret, sibi ocupabat; non detis decetero alicui ricohomini, qui terram de me tenuerit, quia ego faciam meum pedidum ducentorum morabetinorum vel plurium, si voluero et quando voluero. Concedo iterum quod mampostam monasterii vestri non dabo alicui rico homini, sed semper eam michi retinebo. Et hec mee concessionis et confirmationis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Siquis vero hanc cartam in-

fringere seu in aliquo diminuere, presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum vobis illatum restituat duplicatum.

Facta carta in Burgis nono die ianuarii, eo videlicet anno quo capta fuit Corduva nobilissima civitas, era millesima ducentesima septuagesima quinta. Ego ego predictus rex Ferrandus regnans in Castella et in Toleto Legioni et Gallecia Badallocio et Baecia et Cordova hanc cartam, quam fieri iussi, approbo roboro et confirmo. Rodericus Toletane sedis archiepiscopus Hispaniarum primas confirmat. Infans dompnus Alfonsus frater Domini regis confirmat. Bernardus Compostellane sedis archiepiscopus confirmat. Johannes Oxomensis episcopus et domini regis cancellarius confirmat. = Signum ✠ Ferrandi regis Castelle Toleti Legionis et Gallicie et Corduve = Alferezia curie regis vacat. Garsias Ferrandi maiordomus curie domini regis confirmat = Mauricius Burgensis episcopus confir. Tellius Palentinus episcopus confir. Bernaldus Segobiensis episcopus confir. Lupus Segontinus episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Johannes Calaguritanus episcopus confir. Gonzalvus Conchensis episcopus confir. Dominicus Baeciensis episcopus confir. Adan Placentinus episcopus confir. Dompnus Moniel maior maximus in Castella confir. = Albarus Petri confir. Rodericus Gonzalvi confir. Tellius Alfonsi confir. Gonzalvus Gonzalvi confir. Egidi Malrici confir. Rodericus Rodrici confir. Didacus Martini confir. Albarus Ferrandi confir. Didacus Gonzalvi confir. Dompnus Moniel maior maximus in Castella confir. = Johannes Ouetensis episcopus confir. Nunius Astoricensis episcopus confir. Martinus Salmanticensis episcopus confir. Maximus Zamorensis episcopus confir. Michael Lucensis episcopus confir. Laurentius Auriensis episcopus confir. Stephanus Tudensis episcopus confir. Sancius Cauriensis episcopus confir. Ecclesia Legionensis vacat = Rodericus Gomez confir. Rodericus Ferrandi confir. Ferrandus Furtii confir. Ramirus Tolez confir. Rodericus Tolez confir. Petrus Sancii confir. Pelagius Arie confir. Ferrandus Johannes confir. Ordonius Alvaxi confir. = Dompnus Moniel maior maximus in Castella confir. Sancius Pelagii maior maximus in Gallecia confir. Garsias Rodrici maior maximus in Legione confir.

Aqui ay dos maravedis de oro

Al fin de la 4ª colum.

Num.º 535.

Era 1275: año 1237, á 2. de marzo: Cajon E 5:
titulo ganado del monast.º leg. 1.º n.º 1.º

Ferrandus Dei gratia rex castelle et Toleti Legionis et Gallicie et Cordube. Omnibus hominibus regni sui hanc cartam videntibus salutem et gratiam. Sepades, que yo recibo en mi comienda et en mio defendimiento los ganados de Sant Millan de la Cogolla, et mando que seguros anden et pascan por todos los logares de mio regno ond los mios ganados deven andar et pacer et non faciendo danno ..... non sea osado de contrallarlos nin de peydrarlos; ca el que lo ficiese avrie mi yra et pechar mye en coto cient morabedis et al monasterio el danno duplado. Facta carta apud Nageram, regis expensis, secundo die marcii, era millesima ducentesima septuagesima quinta.

Num.º 536

Era 1275: año 1237, á 3 de abril: Cajon V. 12: rol. 2.º n.º 7.

Conosuda cosa sea a todos los omes, que esta carta vieren, que yo don Ferrando por la gracia de Dios rey de Castiella et de Toledo et de Leon, et de Gallicia et de Cordova: sobre contienda que avie el abbat de Sant Millan con el conceio de Frias sobre la heredat de Sant Adrian. mandelos venir ante mi al abbat de Sant Millan et a los de Frias; et el abbat dicie que el conceio le diera la heredat de Sant Adriant en cambio por otra heredat que avie el monesterio de Sant Millan en termino de Frias en Sant Acisle et que ge la tenien forzada la heredat los de Frias quel dieran en cambio, et los de Frias otorgaron que aquella heredat de Sant Adrian en cambio la dieran al monesterio por la heredat de Sant Acisle, et que tenedor fuera della el monesterio en tiempo de mio avuelo et a su muerte; et despues en mio tiempo fuera el monesterio forzado de la heredat, et abinieronse ante mi el abbat et los de Frias desta guisa: que el monesterio de Sant Millan oviese la heredat de Sant Adrian, et los de Frias la heredat de Sant Acisle. Et pues los de Frias esto otorgaron ante mi et esta abeniencia ficieron, yo otorgo el cambio et el abeniencia, et mando que el monesterio de Sant Millan aya la heredat de

Sant Adrian, et los de Frias la heredat de Sant Acisle. Facta carta in Onna, regis expensis, tertia die aprilis, era millesima ducentesima septuagesima quinta.

Num.º 537.

Era 1275: año 1237, á 14 de junio: Cajon J. 9: titulo Valle de San Millan rollo 4.º, n.º 6:

In nomine Domini amen. Sabida cosa sea, que esta es la composicion que fizo don Johan Sanchez abbat de Sant Millan entre el concejo de Madriz de la una parte, et de los Barrios de Santurdi et de Barrionovo de la otra, valedera e firme ad ambas las partidas pora siempre. El concejo de Madriz demandaba pecho a omes de Santurdi e de Barrio-novo diciendolis, que tenien eredades pecheras de Madriz: dicien a los unos, que estando pecheros en Madriz, passaron a los Barrios; demas que estando en los Barrios tornaban pecha a Madriz de pan e de vino e de marzadga: a los otros dicien, que passaron en casamiento, e tornando media pecha en na pecha de palacio, que compraban las heredades pecheras, e non tornaban nulla pecha a Madriz, e algunos dellos que avien comprado a matado pecho. Dicien los de los Barrios los que tornaron marzadga que la dieron por fuerza, e que non la darien: Los que passaron en casamiento dicien, que ~~[illegible]~~ el baron tornando pecha, la mugier boteja, que a comprar avian: Los otros dicien, que anssi compraron en el tiempo del rey don Alfonso, e que non pecharon, e que mandava el rey viviessen quomo estonz, e por esto non devien pecho. Sobre esta contienda acordaronse ambas las partidas de poner todo esti pleito en mano del de suso dicho abbat don Johan de Sant Millan, e que quedasen todos por qual abeniencia, o por qual iudicio elli lis diese. Esto asentado: el abbat aviendo consejo con su conviento, diolo por aveniencia et juzgolo por iudicio: que quantos fasta essi dia tornaron pecho a Madriz, siquier de marzadga, siquier de la pecha de palacio, que assi lo dencab adelant sin nulla contraria ellos o quiquier que aia esto, por qui ellos tornan esti pecho a Madriz, e los de Madriz non ayan poder de demandarlis mas de quanto fasta estonz pecharon, fuera

tanto a los que provassen, que desradigaron pecho, que tornen de mas por esto solo, sobre lo que pechavan, media pecha a Madriz de pan e de vino, e non otra cosa ninguna. Los otros que tenien compras, e non tornavan pecha ninguna, siquier fuese de los Barrios, siquier de criazon de Sant Millan por cient soldadas, o end a iuso, que aya compradas, contandolo quomo fo comprado, que remanesca quito pora siempre, e nunqua peche por ello nada a Madriz: Et qui toviere mas de cient soldadas contandolas segunt la compra, que torne a Madriz media pecha cadanno del pan e del vino, que dan a San Millan, e noli demanden los de Madriz ninguna otra cosa. Sobre todo esto mando el abbat e diolo por iudicio: que dessi dia adelante onme de los Barrios nin de criazon de San Millan non comprasse nin prisiese en pennos eredat pechera de Madriz; e si alguno de Madriz lis vendiese, o empennase tal eredat, que entrasse el concejo de Madriz la eredat, e el abbat de San Millan levase los morabedis. Otrosi ningun onme de los Barrios, nin de criazon, que non aya poder de vender nin de empennar a onme de Madriz de la eredat que tienen de San Millan que torna decima o alguna facendera a San Millan, e si la vendiere, o la empennare, que entre el abbat la eredat et el concejo de Madriz aya los morabedis: salvos los casamientos que anden ad della e della con so fuero. Desta aveniencia fueron pagados los de Madriz e los de los Barrios, e recibieronla por iudicio. Desto son testes: de monges de San Millan don Rodrigo prior, don S.º sosprior, don Benedicto ospitalero, don Marin sacristano, don Benedicto capellan del abbad, don D.º de Villarejo, e otros de Conviento: de Madriz Fijote de Marfojal, e Fijote de Berceo alcaldes, D.º S.º Matutano merino; demas de Berceo don Gonzalvo, don Aznar, don D.º, don Estevan prestes, D.º S.º de Tuviano, D.º de Sancho Ruvio andadores de concejo, D.º P.º de ..... Pascual Mengo echanes; de Santandres D.º Christoval, e Fijote Cerveri echanes; de Sant Miguel D.º de Caranandezazo; de Estollo Ennego, e

echanes de concejo de Madriz; de Barrionuevo Pascual Lopez merino, Garcia de Lope, Johan de Sant Martin, Lope Semenez, Dº Lopez, e concejo de Santurdi Dº Martin merino, Mingete, Dº, Pº el Madrigal, Johan Terrin, Dº Pº ierno Gª Sº, e concejo. Factum est hoc en San Millan era millesima ducentesima septuagesima quinta, quarto decimo die iunii, regnant el rey don Fernando con su madre dona Verenguela en Castiella et en Toledo et en Leon et en Gallicia et en Baeza et en Cordova, merino mayor en Castiella don Moriel, alcayade de Najera Ferrando Diaz; la mampuesta de la tierra vacat. Yo abbad don Johan de San Millan que fiz esta abeniencia e judge esti iudicio, fiz facer ende dos cartas partidas por alfabeto seelladas con nuestro seiello pendient.....ron la una concejo de Madriz, e la otra los de los Barrios.

Numº 538.

Era 1275: año 1237, á 3. de septbre: Cajon V. 12: rol. 2. nº 6.

Per presens scriptum tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod eo Ferrandus Dei gratia rex Castelle et Toleti Legionis et Gallicie et Corduve una cum filiis meis Alfonso, Frederico, et Ferrando, ex assensu et beneplacito regine Domne Berengarie genitricis mee facio cartam concessionis et confirmationis et stabilitatis monasterio sancti Emiliani patroni nostri et Johanni instanti abbati vestrisque successoribus, totique eiusdem monasterio monachorum capitulo presentibus et futuris perpetuo valituram. Confiteor itaque et concedo me in donatione de Tudela, quam feci Petro Lupi et uxori sue domne Agneti, filiis et filiabus suis totique successioni sue, non dedisse nec habuisse intentionem dandi aliquid de monasteriis vel collaciis, vel possessionibus, que monasterium sancti Emiliani possidet in Tutela vel in suis Barriis vel in su alfoz. Unde statuo et mando, quod Petrus Lupi vel aliquis de heredibus suis ratione supradicte donationis non possit exigere servitium nec petitum nec aliquid iuris vel fori seu consuetudinis in monasteriis vel colla-

Sn. Fernando llama á Sn. Millan su Patron.

ciis vel possessionibus seu quibuscumque aliis, que monasterium sancti Emiliani possidet in Supradictis locis. Et hec mee concessionis et constitutionis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Siquis vero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit; iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum super hoc illatum vobis vel vocem vestram pulsanti restituat duplicatum. Facta carta apud Burgos tertio die septembris secundo videlicet anno quo ego rex Ferrandus obsedi Cordubam famosissimam civitatem, et cooperante immo penitus faciente gratia Spiritus Sancti, prestante laborem meum reddita est culmini Christiano, era millesima ducentesima septuagesima quinta. Et ego prenominatus rex Ferrandus regnante in Castella et Toleto Legione et Gallicia et Cordoba, Badallocio et Baecia hanc cartam roboro et confirmo. Rodericus Toletane sedis archiepiscopus hispaniarum primas confirmat. Infans dompnus Alfonsus frater domini regis confirmat. Ecclesia comportellana vacat. Johannes Oxomensis episcopus domini regis cancellarius confirmat. = Signum ✠ Ferrandi regis Castelle et Toleti, Legionis, Gallicie et Cordube = Didacus Lupi de Haro alferiz domini regis confirmat. Garcias Ferrandi maiordomus curie domini regis confirmat. = Mauricius Burgensis episcopus confirmat. Tellius Palentinus episcopus confir. Bernaldus Secobiensis episcopus confir. Dominicus Abulensis episcopus confir. Gonzalbus Conchensis episcopus confir. Lupus Segontinus episcopus confir. Dominicus Baeciensis episcopus confir. Adam Placentinus episcopus confir. Ecclesia Calagurritana vacat. = Albarus Petri confir. Rodericus Gonzalvi confir. Tellius Alfonsi confir. Gonzalvus Gonzalvi confir. Egidius Matricii confir. Didacus Martini confir. Rodericus Roderici confir. Albarus Ferrandi confir. Didacus Gonzalvi confir. = Johannes Ovetensis episcopus confir. Numnus Astoricensis episcopus confir. Martinus Salmanticensis episcopus confir. Laurentius Auriensis episcopus

confix. Maximus Zamorensis episcopus confix. Michael Lucensis episcopus confix. Stephanus Tudensis episcopus confix. Sancius Cauriensis episcopus confix. Ecclesia Legionensis vacat = Rodexicus Gomez confix. Rodexicus Texxandi confix. Texxandus Guterrii confix. Ramirus Rodexicus Tolet confix. Petrus Poncii confix. Texxandus Johannis confix. Pelagius Arie confix. Ordonius Albari confix. = Dompnus Muniél maior merinus in Castella confix. Sancius Pelagii maior merinus in Gallecia confix. Garsias Rodexici maior merinus in Legione confirmat.

Núm° 539.

Año 1238, a 26 de Julio: Cajon V. 32: rollo 3: n°6°

In nomine Domini Jhu Christi, amen. Ego Rodexicus Dei gratia Toletane sedis archiepiscopus hispaniarum primas. Notum facimus vniuersis, quod in causa, que vertebatur inter venerabilem patrem Oznarium Calagurre et Calciatensis electum, et capitulum eiusdem ex vna parte, et dominum R. Petri et capitulum Albaidense ex altera in nos compromissum extitit in hunc modum. Noverint vniuersi presentem paginam inspecturi quod super controuersia, que vertebatur vel verti sperabatur inter venerabilem patrem Oznarium Calagurritanum et Calciatensem electum et eiusdem capitulum ex vna parte, et dominum R. Petri de Agonciello, qui se pro Albaidense electo gerebat, et capitulum eiusdem ex altera super iuribus prioratus, secundum quod continetur in vltimo instrumento confecto a Johanne Petri bone memorie Calagurritano et Calciatensi episcopo in capitulo Albaidensi, et restitutione eiusdem, et tertias de Boyo, et costis et Calumpnis et homicidiis, compignorationibus, alienationibus, colligationibus, contumaciis, violentiis, invasionibus et restitutione collatorum, super quibus omnibus idem electus ..... sibi iusticationi postulabat. Pars vero altera nichil minus exigens ab eodem electo ut liceat eis habere priorem secundum antiquam consuetudinem ipsius ecclesie, et tertias de Malda in recompensa

tionem domus de Pavia, et tertias de Muriello et de Lardero et de Ataix ad operam spectantem. Tandem de consensu utriusque partis in venerabilem patrem domnum Rodericum toletane sedis archiepiscopum hispaniarum primatem extitit compromissum: Videlicet, ut super predictis omnibus, auditis tamen cause rationibus utriusque partis, procedat, et quicquid sententiando vel arbitrando seu amicabiliter componendo decreverit, utraque pars adimplere teneatur: et ut arbitrium Domini Toletani predicti firmius observetur, Dominus electus mandavit D. thesaurario suo, quod iuraret in anima sua pro se et capitulo suo, quod ipse adimpleat et adimpleri faciat quicquid iudicaverit dominus Toletanus sub pena iuramenti predicti. Pars vero altera, videlicet, R. Petri et Albaidense capitulum singuli universaliter et singulariter in animas suas iuraverunt super omnibus supradictis adimplere sub pena iuramenti quicquid dominus Toletanus decreverit iudicandum arbitrandum vel amicabiliter componendum. Actum est hoc apud Albaidam in pleno capitulo
à 26 de Junio } in die Sanctorum Joannis et Pauli atque Pelagii. Et utraque pars sub pena dicti iuramenti debet comparari in die Sancte Marie Magdalene ante dominum Toletanum archiepiscopum ubicumque fuerit circa tagum. Nos vero postquam ad eorum instantiam recipimus compromissum, partes citari mandavimus coram nobis; et partibus in nostra presentia constituis: electus per se, et domnus R. Petri per se; pro parte Albaidensis capituli Rodericus Michaelis, et G. Petri canonici eiusdem comparaverunt coram nobis cum procurationis litteris. . . . . .
. . . . . patri ac domino Roderico Dei gratia Toletano archiepiscopo hispaniarum primati: Devotissimum capitulum Albaidense manuum osculum non minus debitum quam devotum, cum super iuribus prioratus, et calumpniis inter nos ex una parte, et venerabilem patrem Aznarium calagurritane, et calciatensis electum et eiusdem capituli ex alia controversia oriretur, constituimus procuratores G. Petri, et R. Mi-

chaelem canonicos Albadenses super iuribus et aliis articulis, que continentur in instrumento confecto inter nos et predictum electum, salvo tamen communi nostro, ita ut quod procuratio sua nec ad alienationem nec ad diminutionem communis nostri aliquatenus extendatur. Data apud Albaidam die veneris ante festum beatarum virginum Iuste et Rufine: et tunc venerabilis frater Arnaldus calaguritane et calciatensis electus proposuit se a R. Petri, qui se pro electo gerebat, et a capitulo Albaidensi indebite spoliatum, postquam Johannes bone memorie calaguritanus et calciatensis episcopus inter alia impetravit ad sedem apostolicam accedendi: et specificavit de tribus portionibus quantum datur tribus canonicis omni die: item de victu duorum capatium quantum datur aliis, qui non sunt canonici omni die: item de quinque coceis boni ordei ad mensuram ducxonii: que omnia predecessor eius etiam in absentiam percipere consuevit. nec non de duobus kaficis unum siliginis et aliud tritici ad mensuram ducxonii, que de cartai custodiam predecessor suus percipere consueverat annuatim. Hec omnia petebat sibi restitui secundum estimationem temporis, quo percipi debuerant. petebat etiam expensas, et interesse, que omnia ad mille et quadringentos bisantios estimabat: et cum hec omnia in instrumento compositionis cum Johanne bone memorie calaguritano et calciatensi episcopo date continerentur: pars adversa confessa est coram nobis quod predictus episcopus in plena possessione vel quasi erat omnium predictorum petitorum, cum predictus episcopus inter alia impetrasset sedem apostolicam adeundi; set quia idem episcopus in recessu suo ex calumpnia spoliaverat, de quibus in instrumento compositionis mentio non habetur, ideo ipsi cum predictis iuribus spoliaverunt: et priorem etiam contemptis quibusdam canonicis, qui commode vocari potuerant, elegerunt; quod dicebat electus, in suum preiudicium attemptatum, cum secundum formam compositionis nullus ibi debeat prior esse, nisi calaguritanus et calciatensis episcopus qui eorum est immediate prelatus.

Nos igitur his et aliis auditis, sententiando et arbitrando, sub pena periurii in compromisso edita, ad tres portiones cotidianas, ad victum duorum rapatium, et quinque cotias boni ordei, et duo Kaficia unum sigilinis et aliud tritici secundum estimationem, quam temporaliter valuerunt: et item ad possessionem vel quasi immediate prelationis, in qua erat predecessor suus tempore arrepti itineris, electum restituendum decernimus memoratum, hac tamen moderatione habita, ut de preteritis fructibus, qui a recessu episcopi ad curiam donec de morte eius Albaidensi capitulo constitisset, et eos qui a tempore confirmationis huius electi usque in hordiernum diem percepti fuerunt, vel percipi potuerunt, electo mandamus restitui memorato: a fructibus portionum, qui tempore vacationis ecclesie percipi potuerunt, Albaidensi capitulo absolventes; ita tamen quod Kafitia ad Castri custodiam deputata, a die recessus episcopi usque in hodiernum diem restituant electo, secundum quod temporaliter valuerunt: Calumpnias vero licet in instrumento compositionis de eis mentio nulla fiat, nec in hoc articulo iura pretium clara essent, inter electum et capitulum Albaidense de voluntate partium per medium decernimus dividendas: tertias autem scilicet de Ocon, de Palazuelos, de Albella, et quartam de Desoio, quas petebat electus iam dictus, nec non tertias de Lardero, de Ataix et de Muriello, quas capitulum Albaidense dicebat ad ecclesie sue fabricam pertinere, sic eisdem decernimus possidendas, sicut eas tempore recessus episcopi ad curiam possidebant: iure proprietatis partibus reservato. Petitum veo collatorum, seu vasallorum Albaidensis electo restituatur ab eo vel ab eis, qui illud percipere presumpserunt: de mortuariis insuper, legatis, anniversariis, et ex quacumque causa ecclesie Sancti Martini donatis, seu donandis, oblatis vel offerendis secundum compositionem inter Johannem bone memorie episcopum et capitulum Albaidense habitam, electo medietatem de mobilibus adiudicamus, et restitutionem de huiusmodi ablatis a tempore quo dictus episcopus iter arripuerit ad Romanam curiam accedendi:

immobilia quoque legata seu ex quacumque causa donata dicto Albaidensi capitulo adiudicantes, prout in predicte compositionis instrumento continetur: merinus autem in Albaida per electum et capitulum Albaidense decetero instituatur: de tertia vero de Boio et de Nalda, et de institutione alcalli, et iuratorum in Albaida: item de restitutione interesse et expensarum, quas electus petebat memoratus, et quibusdam aliis in compromisso contemptis, de quibus hac vice non duximus arbitrandum, in manu nostra retinemus ad presens, donec super eis consilium habeamus, mandantes partibus sub pena in compromisso contempta, ut cum a nobis super hoc citate fuerint, coram nobis compareant arbitrium recepture. Nec autem super premissis aliquis valeat in posterum dubitationis scrupulus suboriri, tres cartas fieri iussimus, quarum unam in Calagurre, aliam in Albeidensis, tertiam in Sancti Emiliani carthofilatiis duximus reponendas. Facta sunt hec apud Sanctum Torcatum septimo Kalendas augusti, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo.

Num.º 540.

Era 1277: año 1239: Cajon V. 12: rollo 3º, num.º 7º

In Christi nomine et eius beatissime genitricis. Notum sit omnibus hanc cartam videntibus, quod ego Rodericus Enneci prior Sancti Emiliani cum licentia domini mei Johannis abbatis et cum beneplacito fratrum meorum gratissima et serenissima voluntate in honore Dei et beatissime virginis Marie et gloriosi patris Emiliani offero et dono altari meo dicti confessoris Christi Emiliani, ubi eius reliquie requiescunt illam vineam, quam cum licentia iam dicti domini mei Johannis abbatis apud Nageram in pago, qui dicitur Siervos de rey pro octoginta morabetinos de Fortunio Enneci milite, et de domna Elvira eius coniuge comparavi: tali tamen institutione iam dicto altari Sancti Emiliani duxi ipsam vineam asignandam, ut Sacrista Sancti Emiliani in sua eam semper habeat potestate; et teneatur, immo etiam compelatur ponere turibulum cum incenso in sepe dicto

altari ad missam maiorem conventualem, et ex hora qua Sacerdos qui pridie incoaverit, usquequo sacratissimum et reverentissimum Christi corpus et sanguis ab ipso ministro altaris assummatur, indesinenter et suficienter incensi fumus versus Christi corpus et sanguinem ~~ab ipso ministro altaris~~ omni die et omni tempore, per omnia seculorum secula protendatur. Similiter fiat in diebus dominicis donec corpus Domini recondatur, et in die cene Domini, et in tribus paschalibus sollempnitatibus, quibus debet conventus comunicare. Similiter fiat donec totum communicationis misterium peragatur. Et si Sacrista circa hoc negligens extiterit condignam et amarissimam a Deo sustineat ultionem. Siquis (las imprec.s &a). Ut autem factum istud firmius habeatur, ego Johannes abbas Sancti Emiliani cartam super hoc factam iussi sigilli nostri munimine, et fratrum meorum subscriptionibus roborare. Rodericus prior maior confirmat. Sancius subprior confir. Petrus prepositus confir. Petrus camerarius confir. Martinus cellerarius confir. Martinus Sacrista confir. Benedictus hospitalarius confir. Et totus conventus confir. Factum est hoc instrumentum anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, era millesima ducentesima septuagesima septima

Num.º 541.

Era 1278: año 1240: Cajon V. 12: rollo 3.º n.º 8.º

In Dei nomine, amen. Sabida cosa sea a quantos esta carta vieren, que io don Johan por la gracia de Dios abbad de Sant Millan con otorgamiento de nuestro conviento damos e otorgamos a vos don Pedro Momez, et a vos don Mome de Galvarruri.. aquella nuestra casa de Zofiuri con todos sos pertenencios con heredades et con collazos, et con toda Pauleja, et con quanto avemos en Ternero, et en Tironciello, et en Goreca, et en Anguciana, et en Naharruri, et el solar que nos dieron en Bannos Semen Lopez et Garcia Lopez sos hermanos de don Martin Lopez

de Goreca, por su alma: pero sacada la curam' animarum, et toda la derechura, que pertenece al espiritual, que sea del abbad de Sant Millan. Pero con tal paramiento vos damos la casa, que dedes cadanno al monesterio de Sant Millan diez azudezes de pan con el nuestro almud rendero el medio de trigo e el medio de ordio et vos que fagades aducir a los collazos al otxio de Sant Millan los quatro azudeces de pan, e que dedes cadanno seis cocas Nagerinas de buen vino, e que dedes cadanno al convento de Sant Millan su yantar en el dia de navitas sancte Marie pan et vino et pescado et pimienta et aguar sales; et si el abbad, o monges de Sant Millan o omnes del abbad de Sant Millan acaecieren hi, que lis dedes todos los huebos de lo que ovieren menester: Et que dedes cadanno a la sacristania de Sant Millan dos morabedis: Et que los homicidios en las calomas, de treinta ₳, o dem arriba, a los morabedis mayzales, et la yantar, et el pedido de los collazos, que sea del abbad de Sant Millan. Et si de Roma, o del rey nos echazen pecho o pedido, que nos dedes por cada uno dellos octo otro morabedis: et los quatro azudeces de pan que los collazos ayen a aducir a Sant Millan, que sean de trigo. Et que sean cantadas las Ecclesias de todas horas tot siempre allumnadas: Et vos que sedades todavia moradores en Rofuxi. Et si las casas o las ecclesias cayeren o alguna cosa dellas que las fagades, et que las mantegades. Et si por aventura prisiexedes orden de otro logar, que perdades la casa con todos los pertenencios, et todo quanto con la casa vos damos. Et despues de vuestra vida finque la casa libre et quita, et sin voz mala, et quanto con ella vos damos, et sacado otro tanto de mueble como con la casa vos damos, de todo lo demas que vos y ganaredes, finque toda la meatat quita por Sant Millan. Et esto es el mueble que con la casa vos damos guaxenta almudes de trigo, et guaxenta almudes de ordio, et treinta almudes de comuña, et sezenta almudes de mijo siete bueyes que fueron preciados catorze morabedis, un mulo que preciaron ocho morabedis, veinte e dos puercos, una p[illegible]

Sueldos?

ca con doce porcielloz, quatro obeias, vna cabra, veinte corderoz, cinco ansares, quatro cocedras, vn hocvete, dos cabezales, dos sabanas, quatro pares de manteles, seis cubas, tres tinas, vn lecho de sogas, vn escanno, vna gallera, dos cedazoz, doz calzones, vn lares, dos azadas. Esto es el tesoro de la eccleria vn calix de plata, quatro cruces, tres casullas de seda, vna capa de seda, vna casulla de lino, vna vestimenta con su aparejamiento, vn misal, doz breviarioz vno temporal vno Santoral, vn officiero, vn epistolero, doz psalterioz, vn sermonario, vn libro de reys, vn antifonario, doz ciriales, vn encensario, vn acetre, doz ampollas, vn cirio pascual, vna imagen de Santa Maria: es el altar de San Juan, et de Santa Maria abastados de todo enderezamiento, doz campanas, vna esquila. Et esto es lo de Sauleja, de la eccleria vna vestimenta con so enderezamiento, dos cruces de fust, vn misal, vn brebiario, vn psalterio, vn calix de plomo, et el altar abastado de Sabanas. Et que non ayades de poder de vender nin de empennar nin de enagenar nin de meter la casa nin ninguna coza de quanto con la casa vos damoz en otra mano que a noz pese. Et si estas conveniencias assi como de suso son escriptas et dichas non tovieredes; que perdades la casa, et con quanto con ella voz damoz: et que non ayades numquam mas poder nin voz de demandar la casa nin omne del mundo por voz. Johannes abbas confirmat. Ph. prior maior confir. S. Subprior confir. P. prepositus confir. P. Camararius confir. Martinus cellerarius confir. Benedictus ospitalarius confir. Martinus Sacrista confir. Et totus conventus confir. Facta carta anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, in era millesima ducentesima sopenagesima octava.

Num° 542.

Era 1279: año 1241: Cajon V. 42: rollo 4°, n° 7°

In Dei nomine amen. Sabida cosa sea a quantoz esta carta vieren et vieren que yo don Ph. prior de Sant Millan

con licencia de mi Sennor el abbad don Johan Sanchez do e establesco e ordeno el parral, que compre a Guigelino de Barrionuevo e de so mugier Domienga, que sea de la Sacristania de Sant Millan per secula cuncta; e el Sacristan que ÿ fuere, que tenga siempre una lampada que arda siempre de noch ante la ymagen de Sancta Maria que esta en la claustra en somo del panno do cuelgan los escudos, que ella nos de la so gracia, e que nos acabe la del so fijo precioso. E el Sacristan si esto non cumpliere, que ella gelo demande ant Dios amen. Todo esto fue ordenado e establescido ant el abbad e ant el conviento in era millesima ducentesima septuagesima nona. Et por mas firme seer esti fecho, yo don Johan Sanchez abbad de Sant Millan con cuia licencia esta cosa fue ordenada pongo mi seÿlio pendient.

Num.º 543.

Era 1272: año 1244, á 2. de Febrero: Cajon 0. 3:
titulo S.ta Maria de Ribaredonda legajo 1.º, n.º 6.º

In Dei nomine et eius gratia. Sabuda cosa sea quantos esta carta vieren et oyeren, que por la encaviztad que avian los de Villanova et de Sancta Maria vino ÿ donna Urraca Alfonso mugier que fue de don Lope, et puso treyguas al conceio de Villanova, et Sancta Maria por sesenta annos, et ningun conceio que las quebrantare por paramiento que pararon amos los conceios que peche quinientos morabedis a donna Urraca Alfonso, o qui della viniere, el conceio que finque por traydor; et la treygua por eso que ande adelant fasta los sesenta años, et el peon que las quebrantare de qualquier destos dos conceios, siquier de noche siquier de dia, finque en doña Urraca Alfonso quanto el oviere et xanquele por traydor amos los conceios. Por sus pendras que pendraren los de Villanova a los de Sancta Maria, o los de Sancta Maria a los de Villanova, si revelar el de Sancta Maria al de Villanova, o el de Villanova al de Sancta Maria, venga el de Villanova a Sancta Maria et iure sobre quatro evangellios que la revelo, et peche cinco ℔. al conceio

Sueldos.

de Villanova: Otrosi venga el de Sancta Maria al de Villonova, et iure sobre quatro evangelios que la revello, et peche cinco ft. al conceio de Sancta Maria. Et en estas treguas son de compaña de Garci Garciez las que fueron en aquella fazienda que ovieron los de Sancta Maria con los de Villanova, sobre Cadvesto fijos de Gonzalo Perit, et de Ferrant Perit, non son en estas treguas, ca non los metieron y el conceio de Villanova et si por aven+ acometieren aquellos que fueren en aquella fazienda que ovieron los de Sancta Maria et de Villanova, que el conceio de Villanova non sea tenudo de empararlos, nin de yudallos nin en su villa nin fuera de su villa nin de noche nin de dia, et si non que finquen por traydores, et que pechen el coto sobredicho. Estando fijos de Gº Perit, et de Ferrant Perit en Villanova en paz, si los que fueren en aquella fazienda los acometieren en Villanova, que sean tenudos los de Villanova en amparallos, et que non lis sea mal. De todo est paramiento que es sobredicho son fiadores el conceio de Sancta Maria et el conceio de Villanova chicos et grandes por sus personas pora doña Urraca Alfonso, o qui della vinier, que oveian los sobredichos cotos. Huius rei sunt testes, que lo vieron et oyeron, don Gº Perit archidiagno de Valpuesta, don Pero de Vidiziella, Fº Diaz merino del rey, et de Sancho Sanchez, Gil Gomez de Aguilar adelantado de Burueva, Gº Nunnez de Aguilar, don Bela de Cubo, Fº Yeñeguez de Marciello, don Mome, San Berenguel, Gutier Diaz, Johan Martinez, et so ermano don Andres, Gª Garciez de Sancta Cruz, et Johan abbat, coiedores de la moneda, don Marco, et Gª Perit de Elguesia saleña,* don Gil de Fuente-burueba, Miguel Seco, et Johan del Campo, et Pero de Gª fide Gª ..... et Pardo de Parrancavo estos son de Cubo, Martin Mora de Posadas, Dº Perit de Villalvos, Diego Mingu de Villalvos. Facta carta dos dias por andar de febrero anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, era millesima ducentesima septuagesima secunda, regnante el rey don Ferrando con su mugier la reyna doña Juana en Castiella et en Leon et en Cordova et en Murcia,

+ iura fijos de Gº Perit et de Ferrant Perit

* Elguesia saleña.

don Nuño prestamero en Burueva et en Rioja, don Johan obispo en Burgos et chanciller del rey, merino mayor del rey Sancho Sanchez, don Diag Lopez señor de Bizcaya, don Alfonso Lopez prestamero en Naxera; don Sº clerigo de Pancorvo me scripsit. Et yo doña Urraca Alfonso pongo mio sello en esta carta por tal que sea mas firme.

Numº 544.

Año de 1244: Cajon 12: rollo 4º, nº 4º.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, in presentia testium infrasubscriptorum: Nos Johannes abbas et prior et conventus Sancti Emiliani de cucula sentientes et timentes nos gravari ab episcopo Calagurritano et calciatensi propter indevitas exactiones et petita et procurationes, que hactenus in predicto monasterio, et eiusdem ecclesiis et clericis et parrochiis fecerat, et adhuc in presenti facere intendebat, et ulterius in futuro facere minabatur. tam personam abbatis et prioris et conventus et ecclesias parrochiales et clericos earumdem ad eosdem et eorumdem monasterium pertinentes minabatur publice adgravare; et quia ad mandatum et faborem ipsius super decimis et rebus aliis quosdam clericos adversus nos movere cernimus questiones; ut talis audatia per Romanam ecclesiam valeat refrenari, adeo personas nostras, monasterium, ecclesias parrochiales, clericos et laicos earumdem, vasallos, et amicos et familiares predicti monasterii sub protectione sedis apostolice ponimus, ad sedem apostolicam appellamus, et eius auxilium imploramus, et hec et alia tempore oportuno in prosecutione nostre appellationis coram superiore cum audatia proponemus. Testes autem sunt videlicet Domna Urraca Cometissa et abbatissa de Cannis, et Ozenda Petri priorisa, et dompna Terasia Didaci de Velascori, et Tota Johannis de Aramaona, et aliarum dominarum ipsius astantibus, et Petrus Dominici frater hospitalarius, et frater Martinus monachus Ferrarie, et Petrus Ortiz archipresbiter Ponticurvi, et dompnus Dominicus, et Petrus Ortiz de Mendoza, et Dominicus Ga-

lindo de Canniellas, et Dominicus Sancii, et dompnus Martinus Capellani, et de militibus Albarus Petri de Transpaderna, et Martinus Roderici de Luna, et Ferrandus Petri de Pavia, et dompnus Breton de Arnedo et pluribus aliis. Facta fuit hec appellatio apud Cannas coram predictis testibus in mense octubris tertio decimo Kalendas novembris hora sexta. In sequenti vero die renovata fuit hec appellatio predicto modo in conventu Sancti Emiliani coram testibus presente dompno Martino priori Sancti Johannis de Ortegas, et Petro canonico eius. Consequenter autem octavo Kalendas novembris, feria tertia, hora tertia repetita fuit hec appellatio apud Badaram a predicto abbate Sancti Emiliani coram testibus dompno Micael abbate de Buxedo et fratre eius Dominico, et Ferrando Didaci merino regis castelle, et Sancio preposito, et Petro camerario, et Benedicto ospitalario Sancti Emiliani, et dompno Dominico clerico de Villaorquit, et de hominibus 5 Ferrando Didaz, Gutier Perez de Junquera, Fortunio de Granno, Juan de Sant Millan merino de Ferrando Diaz, Pero Garciez de Tamayo, Lope Perez yerno de Pero Garciez de Vannos, Gonzalvo Juannes de Cellorigo, Rodrigo Alfonso de Cereso, Pero Dominguez de Bitoria. Et quia nos prior et conventus Sancti Emiliani de cuculla sigillum proprium non habemus, idcirco suplicavimus domino nostro Johanni abbati, ut instrumentum hoc appellationis sigillo suo faceret sigillari. Nos dompna Urraca cometissa et abbatissa de Cannis concedimus et asserimus hanc appellationem factam esse coram nobis, et supra nominatis testibus a Johanne abbate et Ferrando priore et conventu Sancti Emiliani de cuculla, sicut in hac carta continetur, et ad instantiam dicti abbatis et prioris et conventus in hac carta appellationis sigillum nostrum apponi fecimus. Nos frater Martinus prior Sancti Johannis de Ortegas asserimus et affirmamus hanc appellationem factam esse coram nobis et supra nominatis testibus a Johanne abbate, et F. priore et conventu Sancti Emiliani

de Cuculla, sicut in hac carta continetur, et ad instantiam dicti abbatis et prioris et conventus in hac carta appellationis sigillum nostrum apponi fecimus. Nos frater Micael abbas de Buxedo premonstratensis ordinis asserimus et affirmamus hanc appellationem factam esse coram nobis et supra nominatis testibus a Johanne abbate, et F. priore et conventu Sancti Emiliani de cuculla, sicut in hac carta continetur, et ad instantiam dicti abbatis et prioris et conventus in hac carta appellationis sigillum nostrum apponi fecimus. Yo Ferrando Diaz de Grannon merino del rey de Castiella otorgo et affirmo, que el abbat don Juan e el prior don Ferrando e el convento de Sant Millan de la cogolla fizieron esta appellacion ante mi e ante los sobre escriptos testes, como esta carta dice, e por ruego del dicho abbat e del prior e del convento mande poner mi seyello en esta carta.

Num.º 545.

Era 1283: año 1245, en 14 de septbre: Bulario 50. b.to

De mi don Alfonso Lopez de Faro Señor de Nagera et de Logroño et de Calafforra et de Agreda, a vos los conceios de Matut et de Anguyanos, salus. Sepades, que falle en Sant Millan de la cogolla privillegios del rey don Alfonso et del rey don Ferrando, que mandan que todos los ganados de Sant Millan que anden et que pascan et que yagan en todo su regno por do los sus ganados del rey andidieren et pascuieren et yoguyeren, et nul onme del mundo que mal lis fiziere, que avra la yra del rey, e peche en coto seis mil sueldos al señor de la tierra. Et yo otorgo et mando a vos, que non lis fagades mal, et que anden et que pascan et que yagan en vuestros montes et en vuestras deffesas por do siempre andidieren, et nul onme que mal lis faga, pechara a mi en coto seis mil sueldos, et Sant Millan el daño doblado, e si acaeciere mando firmemientre a mis merinos por el coto que pendren. Reddite cartam portitori. Data apud Sanctum Emilianum in era millessima ducentesima octogesima tertia, decimo octavo Kalendas octobris.

Num.º 546.

De los años de 1245: y 46: Bula de once sellos: Cajon E. 7. titulo nullius.

In nomine Domini. Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit: quod anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, nos de Silos et de Buxeto abbates Burgensis diocesis, et M. Petri archidiaconus Tirasonensis recipimus litteras apostolicas sub hac forma = Innocentius episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis de Silos et de Buxeto abbatibus Burgensis diocesis, et M. Petri archidiacono Tirasonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Calagurritanus episcopus nobis exposuit conquerendo, quod abbas et conventus Sancti Emiliani calagurritane diocesis super de Villagussalvi et quibusdam aliis ecclesiis ad mensam suam spectantibus, et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse; duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datis Lugduni decimo quinto Kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo. = Harum auctoritate litterarum citari mandavimus abbatem et conventum Sancti Emiliani de cuculla in hunc modum. Nos de Silos et de Buxeto divina miseratione abbates, et M. Petri archidiaconus Tirasonensis iudices a sede apostolica delegati, P. Romei abbati Sancti Eidii Lucroniensis, salutem et mandatis apostolicis obedire. Noveritis nos recepisse mandatum apostolicum sub hac forma: Innocentius episcopus et cetera, ut supra. Huius igitur auctoritate mandati in virtute obedientie vobis precipiendo mandamus quatinus visis litteris ad monasterium Sancti Emiliani de cuculla personaliter accedentes, abbatem et conventum eiusdem loci ex parte nostra et eiusdem mandati auctoritate, citetis peremptorie et

coram testibus, quod altera die post festum Sancti Luce, proximo venturum coram nobis apud Luxonium compareant, per se vel per sufficientes procuratores, domino Calaguritano episcopo super premissis querimoniis responsuri: Quod si ad diem et locum predicta non venerint, vel non miserint; nos nichilominus in causa ista quantum de iure poterimus, procedemus. Ideirco prelibatum eis terminum assignamus, ut terminum edictum sub uno peremptorio concludamus. Quod si forte ad abbatem et conventum ad citationem faciendam vobis additus non pateret, vos (non) nichilominus coram testibus adhibitis, ad hostium monasterii citatorium perlegatis, quod ad citandos eos non admittimini protestamur. Quod autem inde feceritis, nobis per vestras patentes et sigilli nostri munimine communitas litteras rescribatis, et eisdem exemplar presentis citatorii, si voluerint, concedatis. Datis tertio decimo Kalendas augusti anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.= Item recipimus alias litteras apostolicas, quarum tenor talis est. Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis de Siloe et de Bureto abbatibus Burgensis diocesis, et M. Petri archidiacono Tirasonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster episcopus Calaguritanus nobis conquerendo monstravit, quod abbas et conventus monasterii Sancti Emiliani ordinis Sancti Benedicti, calaguritane diocesis, super quibusdam decimis et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota, fine debito terminetis; facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datis Lugduni idus Januarii, pontificatus nostri anno secundo.= Auctoritate similiter litterarum istarum citavimus et citari mandamus

vimus, predictos abbatem et conventum Sancti Emiliani per
hec verba. Vos de Silos et de Burueto diuina miseratione ab-
bates, et M. Petri archidiaconus Tirasonensis iudices a sede apo-
stolica delegati P. Thome abbati Sancti Egidii Lucxoniensis Cala-
guxxitane diocesis, salutem, et mandatis apostolicis obedire.
Nouerit vos nos recepisse mandatum apostolicum sub hac forma.
Innocentius episcopus, et cetera, ut supra proximo. Datus igitur
auctoritate mandati, in virtute obedientie vobis precipiendo man-
damus, quatinus visis litteris, ad monasterium Sancti Emiliani
de Cucullia personaliter accedentes, abbatem et conventum eius-
dem loci ex parte nostra et eiusdem mandati auctoritate citetis
peremptorie et coram testibus, quod altera die post festum Sancti
Luce proximo venturum coram nobis apud Lucxonium compa-
reant, per se vel per sufficientes procuratores, domino Calagux-
xitano episcopo super premissis querimoniis respondituri. Quod
si ad diem et locum predicta non venerint vel non miserint, nos
nichilominus in causa ipsa quantum de iure poterimus, procedemus.
Deinde vero prelibatum eis terminum assignamus, ut unum editum
sub uno peremptorio concludamus: Quod si forte ad abbatem et con-
ventum ad citationem faciendam vobis aditus non pateret, vos ni-
chilominus coram testibus adhibitis ad hostium monasterii citato-
rium perlegatis. Quod autem inde feceritis, nobis per vestras paten-
tes et sigilli nostri munimine communitas litteras rescribatis, et
eisdem exemplar presentis citatorii, si voluerint, concedatis.
Datis quarto decimo Kalendas augusti anno Dominj millesimo
ducentesimo quadragesimo quinto. = Adveniente vero termino pro
parte episcopi et capituli Calaguxxitani et Calciatensi, Garsias San-
cii canonicus Calaguxxitanus comparuit cum mandato procura-
torio, cuius tenor talis est: Noverint universi presentis scripti
paginam inspecturi et audituri, quod nos Arnaldus Dei gratia
Calaguxxitane et Calciatensis episcopus de consensu capituli nostri
Calaguxxitani scilicet et Calciatensis constituimus, damus et ordi-
namus procuratorem nostrum Sindicum vel auctorem dilectum

nostrum Garciam Sancii clericum et canonicum nostrum in causa vel causis, litibus aut controversis, quam vel quas habemus vel habituri sumus super de Villagonzalvo, et quibusdam aliis ecclesiis, decimis et rebus aliis coram de Silos et de Buxeto abbatibus et archidiacono . . tirasonensi iudicibus a sede apostolica delegatis contra abbatem et conventum Sancti Emiliani de cucula ordinis Sancti Benedicti, dantes potestatem eidem agendi et deffendendi excipiendi et replicandi et iurandi in animam nostram, et faciendi omnia, que potest et debet facere legitimus procurator: ratum et gratum, quicquid per eum procuratum fuerit, habituri; et hoc iudicibus et adversarie parti significetur. In cuius rei testimonium presentem cartam sigillis nostro et capituli calagurritani et calciatensis fecimus communiri. Data apud Archos tertio decimo Kalendas novembris anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. = Pro parte vero monasterii comparuit dompnus Dominicus de Inicio monachus eiusdem monasterii exhibens mandatum procuratorium per hec verba: Viris venerabilibus et dilectis de Silos et de Buxeto abbatibus diocesis Burgensis, et M. Petri archidiacono tirasonensi, Johannes humilis abbas totusque conventus monasterii Sancti Emiliani de cuculla ordinis Sancti Benedicti Calagurritane et caliciatensis diocesis, salutem et sinceram in Domino Karitatem. In causis quas super decimis et rebus aliis, et super de Villagonzalvi, et quibusdam aliis ecclesiis vererabilis pater Calagurritanus et calciatenis episcopus contra nos movet ex delegatione apostolica coram vobis, dilectum socium nostrum Dominicum de Inicio monachum monasterii nostri sindicum et procuratorem constituimus, dantes ei plenam et liberam potestatem deffendendi, reconveniendi et excipiendi realiter et personaliter, et iurandi in animas nostras in predictis causis prout videtur expedire: ratum et firmum, quicquid idem sindicus seu procurator in predictis omnibus et singulis simul vel separatim sindici seu procuratoris officio fecerit, habituri; et hoc vobis et parti adverse duximus intimandum, et quia nos conventus sigillum proprium non ha

bemus, apposicionem sigilli abbatis nostri quantum ad hoc ratum et firmum habemus. Datis apud monasterium nostrum Sancti Emiliani pridie ante festum Sancti Luce anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. = Post hec partibus coram nobis de Silo et de Burgo abbatibus commissis apud villam, que dicitur Navarreth vulgariter appellatur, M. Petri archidiaconus tirasonensis nobis vices suas totaliter commisit, per literas sigilli sui munimine roboratis, quarum tenor talis est: Viris religiosis et amicis in Christo karissimis R. de Silo, et M. de Burgo abbatibus Burgensis diocesis, M. Petri archidiaconus tirasonensis, salutem in vero Salutis auctore. Cum examinationi cause, que inter venerabilem patrem nostrum Arnaldum calaguritanum episcopum, et capitulum suum videlicet calaguritanum et calciatense ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Sancti Emiliani de cuculla ex altera super de Villagonzalvo, et quibusdam aliis ecclesiis, et decimis et rebus aliis vertitur ex delegatione apostolica coram nobis, non possim personaliter interesse, committo vobis in integrum vices meas, iurisdictionem meam in vos totaliter transferendo. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Datis apud Tarazonam mense novembris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. = Vobis igitur duobus apud ecclesiam Sancte Marie de Navarreth pro tribunali sedentibus; post multas et varias exceptiones dilatorias proposicas coram nobis, et predicto coniudice nostro, et post altercationem diutinam habitam super eis, tandem oblatus fuit libellus ex parte episcopi et capituli Calaguritani et Calciatensis contra procuratorem monasterii memorati, cuius tenor talis erat: Ego Garcia Sancii canonicus calaguritanus et Calciatensis episcopi et capituli procurator pro nomine eorundem michi et ecclesie Calaguritane et Calciatensi adiudicari, per vos domini iudices iura episcopalia, videlicet, institutionem et destitutionem, subiectionem, correctionem et reformationem ac censuram ecclesiasticam, vocationem ad si-

nodum, obedientiam, et reverentiam, cognitionem quoque causarum matrimonialium, et omnium aliarum ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, visitationem, procurationem annuam, cathedraticum, et tertias pontificales decimarum, et mortuariorum penitentias in ecclesiis inferius anotatis, videlicet in ecclesia Sancti Martini de Berbarana, et Ventosa, et ecclesia Sancti Sebastiani iuxta Naiaram sita, et de Cardenas, et de Terrero, et Sancte Marie de Badaran, et de Villagonzalo, et de villa Sancti Georgii, et de Ledesma, et de Bobatella, et de Colia et de Cordovin, et Sancte Marie de Cannas, et Sancte Marie de Sororibus, et Sancti Emiliani de Alesanco, et Sancti Tirsi de Caniellas, et de Villareio, et Sancte Marie de Vannares, et de Paduleia, et de Zofiuri, et de Alviano, et de Murucuri, et de Ternero, et Sancti Martini, et Sancti Michaelis de Grannone, cum sint in Calagurritana diocesi constitute, et de iure communi debeant ad diocesanum episcopum pertinere. = Quo libello recepto et induciis deliberatoriis concessis procuratori monasterii supradicti in termino sibi prefixo, procurator monasterii litem contextando respondit in hunc modum: Ego Dominicus monachus Sindicus et procurator monasterii Sancti Emiliani, salvo iure reconventionis, et salvis peremptoriis exceptionibus litem contextando, respondeo: Ea, que dicuntur et petuntur in libello ex parte episcopi et capituli Calagurritani et calciatensis oblato, non esse vera, et fieri non debere, et consequenter procurator monasterii libellum reconventionis obtulit sub hac forma: Ego Dominicus monachus Sindicus et procurator monasterii Sancti Emiliani de cuculla nomine eiusdem monasterii in modum reconventionis peto condempnari per vos domini iudices michi et dicto monasterio episcopum et capitulum calagurritanum et procuratorem eorum in mille marchis argenti nomine pene et interesse, pro eo quod venerint contra compositionem initam inter episcopum et capitulum calagurritanum ex vna parte et monasterium Sancti Emiliani ex altera super ecclesiis et iuribus specificatis in libello ex parte dictorum episcopi et capituli oblato = Ad hoc

procurator episcopi et capituli idem conterando respondit: ista non esse vera, et fieri non debere. Postmodum vero fecimus iuramentum de veritate dicenda utrinque prestari: quo prestito, in continenti procurator episcopi et capituli predictorum fecit positiones suas in hunc modum: Ego Garcia Sancii canonicus calaguritanus et calciatensis episcopi et capituli procurator pono ecclesias Sancti Martini de Bexvarana, et de Ventosa, et Sancti Sebastiani que est iuxta Naiaram, et de Cardenas, et de Terrero, et Sancte Marie de Badaran, et de Villagonzalo, et de villula Sancti Georgii, et de Ledesma, et de Bovarella, et de Colia, et de Cordovin, et Sancte Marie de Camas et Sancte Marie de Soroxibus, et Sancti Emiliani de Alesanco, et Sancti Petri de Canniellas, et de Villareio, et Sancte Marie de Bamaxes, et de Paduleia, et de Zofuri, et de Alviano, et de Muxucuri, et de Terrero, Sancti Martini et Sancti Michaelis de Oramone esse sitas in calaguritana diocesi. Procurator monasterii respondit, credo: et in continenti suas fecit positiones sub hac forma.= Ego Dominicus de Inicio monacus sindicus seu procurator monasterii Sancti Emiliani de cuculla pono monasterium ipsum possedisse vel quasi pacifice et quiete omnia singula iuxta in libello ex parte episcopi et capituli calaguritani et calciatensis oblato comprehensa in ecclesiis, de quibus fit mentio in predicto libello, spatio decem annorum; idem pono de viginti: idem pono de triginta: idem pono de quadraginta: idem pono de quinquaginta: idem pono de sexaginta: idem pono de septuaginta: idem pono de octoginta. Ad istas positiones singulariter et singillatim respondit procurator episcopi et capituli credo. Nichilominus ad fundandam intentionem suam et monasterium defendendum induxit quedam publica documenta regis Sancii, et regis Garsie, episcopi Rodexici, archiepiscoporum Terraconensium, et episcopi Johannis Petri, et Innocentii pape tertii quorum tenor inferius annotatur.= In nomine Sancte et individue Trinitatis, per non finienda secula regnantis. Ego Sancius

* incluye á la letra la escritª nº 403. inceptamtᵉ y lo mismo las siguientes.

gxatia Dei ỽpaniaxum xex cexnens de die in diem toxam &ª *

* sigue literalmente la escritª del nº 458.

= In nomine Sancte et indiuidue Tuinitatis patxis et filii et Spiritus Sancti. Ego Sancius licet indignus Pampilonensis episcopus, et ego Gomessanus calaqurritanus et carrelle vetule episcopus * &ª ==

Ne forte predecessoxum nostxoxum iusta iudicia postexoxum malignitate in novam xeddeant questionem, huic presenti &ª * ==

* Sigue literalmᵗᵉ con la escritª nº 423.

Ugo Dei dignatione Texxaconensis archiepiscopus: dilecto filio Gaxxie monastexii Sancti Emiliani abbati, eiusque Successoxibus canonice substituendis in pexpetuum Sanctoxum canonum * &ª ==

* Sigue literalmᵗᵉ con la escritª nº 730: en el apendice.

* Sigue á la letra con la escritura nº 734 en el apendice.

H. Dei dignatione Texxachonensis archiepiscopus: dilectis filiis Texxando abbati, et vniuexso conventui Sancti Emiliani, Salutem *

* incluye literalmᵗᵉ la del nº 732. en el apendice.

== Innocentius episcopus Sexuus sexuoxum Dei: Dilectis filiis . . Abbati et conventui Sancti Emiliani, Salutem. &ª * ==

* Sigue literalmᵗᵉ con la del nº 524.

Quia proptex prostxatoxis vicium spoliati gxatuitis, et vulnexatis naturalibus, labilis exat mortalium memoxia * &ª ——

Nos vexo auditis et intellectis quecumque super questionibus huiusmodi partes coxam nobis proponexe voluexunt, communicato quoque consilio pexitoxum, et delibexatione prehabita diligenti, adiudicamus omnes ecclesias supexius annotatas monastexio Sancti Emiliani de Cuculla quantum ad iusta libello specificata et contenta, et absolvimus monastexium ab impetitione episcopi et capituli calaqurritani et calciatensis et procuxatoxis coxum super iuxibus episcopalibus specificatis supexius et notatis, dictis episcopo et capitulo calaqurritano et calciatensi super his pexpetuum silentium imponendo. Sane super mille marchis axgenti ex parte monastexii ab episcopo et capitulo calaqurritano petitis, eosdem episcopum et capitulum duximus similiter absolvendos, eidem monastexio et procuxatoxi eiusdem quantum ad hoc pexpetuum silentium imponimus. De ecclesia autem de Campxovin, in qua expedicas episcopus et capitulum Calaqurritanum et calciatense iusta episcopalia petebat sicut in aliis ecclesiis supexius annotatis, ita duximus statuendum; adiudicamus predictam ecclesiam quantum ad iusta omnia que in aliis ecclesiis in libello specificata fuexunt monastexio Sancti

Emiliani preter tertiam decimarum pontificalium, quam adiudicamus episcopo et capitulo calagurritano predictis; sepedictis episcopo et capitulo perpetuum silentium imponentes. Prolatis autem huiusmodi sententiis, in continenti partibus quominus constitutis, ut parcerent invicem laboribus propriis et expensis: episcopus pro se et procurator capituli huius speciale mandatum ad hoc, renunciavit appellationem, supplicationem, ac petitionem restitutionis in integrum, et cuilibet alii iuris remedio, quod posset eis competere contra sententias suprascriptas: et idem fecit abbas et procurator conventus ad hoc specialiter deputatus: et fecerunt prestare iuramentum per iam dictos procuratores in animas suas, quod nunquam contra sententias istas per se, vel per alios aliquid attemptarent. Ut autem factum huiusmodi robur obtineat firmitatis, et ne possit in aliquo tempore in dubium revocari; nos predicti iudices super hoc a sede apostolica delegati presentem scripturam sigillis nostris fecimus communiri, et ne de consensu partium dubitetur, dicti episcopus et capitulum pro se, et abbas Sancti Emiliani pro se et monasterio similiter huic scripture sigilla sua mandaverunt apponi. Et ego R. Petri archidiaconus Naiarensis huic facto consentio et sigillum meum appono. Et ego Enneco Martini archidiaconus Berberiensis huic facto consentio et sigillum meum appono. Et ego Petrus Xemeni huic facto consentio, et quod sigillum capituli calagurritani et calciatensis apponatur, approbo. Et ego G. Sancii canonicus calagurritanus huic facto consentio, et quod sigillum commune capituli calagurritani et calciatensis apponatur, approbo. Et ego Martinus dictus abbas canonicus calagurritanus huic facto consentio, et quod sigillum commune capituli calagurritani et calciatensis apponatur, approbo. Et ego Martinus Guillelmi Canonicus calciatensis huic facto consentio, et quod sigillum commune calagurritani capituli et calciatensis apponatur, approbo. Et ego Garsias Petri canonicus et sacrista de Albaida et portionarius calagurritanus huic facto interfui. Et ego Petrus Romei ab-

bas Sancti Egidii Lucxuriovensis et beneficiatus in ecclesia calaguxitana huic facto interfui. Et ego Petrus Petri beneficiatus in ecclesia calaguxitana huic facto interfui. Et ego Bartholomeus socius ecclesie calaguxitane huic facto interfui. Facta sunt hec intus in ecclesia Sancte Marie de Navarreth in presentia supradictorum omnium, et Ferdinandi Johannis prioris Sancti Emiliani, et Benedicti hospitalarii eiusdem monasterii, et Martini Sacriste eiusdem monasterii, et Ferdinandi Garsie maiordomi conventus eiusdem, et Benedicti monachi eiusdem monasterii; et D. Thomei prioris monasterii Sancti Dominici de Silos, et Dompni Petri monachi eiusdem monasterii, et Dominici Domici monachi eiusdem monasterii: et Martini de Hazo Petri Garsie, Michaelis Petri abbatis, Johannis Martini, et Martini presbiterorum ecclesie Sancte Marie de Navarreth, Emiliani, Dominici, Petri, Addam, Garsie, Belezandi, Martini Abbatis, Garsie Abbatis diachonorum eiusdem ecclesie, qui ut interessent huic facto rogati fuerunt. Facta sunt hec undecimo die decembris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Et nos Egidius monachus Sancti Emiliani de cucula, et dompnus Luchas civis Burgensis ad huiusmodi acta iudicii conscribenda de consensu partium a iudicibus deputati, notavimus omnia et singula, prout superius sunt expressa. Post hec lecta fuit presens carta in capitulo calaguxitano et calciatensi, et a decano et archidiaconis videlicet M. Petri, R. Xemeni, Michaele de Rada, et Johanne Suarii, et canonicis, et omnibus aliis sociis predictorum capitulorum concessa et aprobata.

Num°. 547.

Año 1246, á 31 de Diciembre: Cason E. 7. titulo nullius

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Noverint universi presentes litteras inspecturi: quod cum olim venerabilis pater Arnaldus Calaguxitanus et calciatensis episcopus una cum capitulo utriusque ecclesie religiosos viros Johannem Sancii abbatem et conventum Sancti Emiliani de cuculla, ordinis Sancti Benedicti, calaguxitane et calciatensis Diocesis super talibus ecclesiis ecclesia Sancti Mar

ini de Barbazana, Ventoja (expresa las mismas iglesias referidas nº 546) coram nobis Dn. abbate Sancti Dominici de Silos, et M. abbate de Burgeto de Campopaleazum Burgensis diocesis ex delegatione apostolica transisset in causam; cum idem abbas et conventus essent et fuissent a nonagenta annis retro in plena et pacifica possessione ipsarum ecclesiarum et iurium episcopalium in eisdem: tandem pro bono pacis vexationem perperam, et litis expensas redimere cupientes, nobis presentibus et videntibus dederunt totam hereditatem quam habebant in Resa et ecclesiam Sancte Marie eiusdem ville cum omnibus pertinentiis suis, et totam hereditatem quam habebant in Calahorra cum omnibus iuribus et pertinentiis suis plene et libere et integre, sicut ipsi tunc quiete et pacifice possidebant, episcopo memorato, capituli calagurritani et calciatensis interveniente consensu, ut ab eorum impetitione et molestatione cessarent omnino super ecclesiis et iuribus prenotatis. Acta sunt hec presentia predicti episcopi calagurritani et calciatensis et abbatis Sancti Emiliani de cuculla predicti, et Ennici Martini archidiaconi Berbericensis, et Pe Petri archidiaconi Nagerensis, et Petri Xemeni, et Garsie Sancii, et Martini Guillelmi, Garsie Petri sacriste de Albaida canonicorum calagurritanorum: Petri Romei, Petri Petriz capellani episcopi, et Rodrici Martini, Bartholomei possessionariorum calagurritanorum; Garsie Romeri prioris Sancti Dominici de Silos, et Dominici Petri eiusdem monasterii, et Dominici Gomici monachi eiusdem, et Ferdinandi Johannis prioris Sancti Emiliani de cuculla, et Benedicti hospitalarii monachi eiusdem monasterii; et Martini de Narra, Petri Garsie, Michaelis Petri abbatis, Johannis Martini et Martini presbiterorum ecclesie Sancte Marie de Navarrete; Emiliani, Dominici Petri, Abam, Garsie, Belasandi, Martini Abbatis, Garsie abbatis diachonorum eiusdem ecclesie, qui ut interessent huic facto rogati fuerunt. Et ego Dompnus Egidius monachus Sancti Emiliani de cuculla ad conscribenda acta iudicii et consensu partium a me

vicibus adhibitus, presentem cartam scripsit. In cuius rei testimonium nos predicti abbates iudices a Summo pontifice delegati presentem cartam sigillis nostris fecimus communiri. Acta sunt hec inter in ecclesia Sancte Marie de Navarreth in presentia supradictorum omnium, tertio idus decembris anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

Num.° 548.

Año 1246, á 11 de diciembre: Cajon E. 7. titulo nullius.

In nomine Domini nostri Jhu Christi Noverint universi presentes literas inspecturi: quod cum olim venerabilis pater Asnarius calagurritanus et calciatensis episcopus una cum capitulo utriusque ecclesie religiosos viros Johannem Sancii abbatem, et conventum Sancti Emiliani de cuculla, ordinis Sancti Benedicti, calagurritane et calciatensis diocesis, super quibusdam ecclesiis ecclesia Sancti Martini de Barbarana, Ventosa (expresa todas las iglesias contenidas en la escritura n.° 546) coram nobis R. abbate Sancti Dominici de Silos, et M. abbate de Burgo de Campopaleazum Burgensis diocesis, ex delegatione apostolica transmisset in causam; cum idem abbas et conventus essent et fuissent a nonaginta annis retro in plena et pacifica possessione ipsarum ecclesiarum et iurium episcopalium in eisdem; tandem pro bono pacis vexationem perpetuam et litis expensas redimere cupientes, nobis presentibus et videntibus dederunt duo millia morabetinorum usualis monete episcopo memorato, capituli calagurritani et calciatensis interveniente consensu, ut ab eorum impetitione et molestatione cessarent omnino super ecclesiis et iuribus prenotatis. Acta sunt hec in presentia predicti episcopi calagurritani et calciatensis, et abbatis Sancti Emiliani de cuculla predicti, et Emici Martini archidiaconi Berberiensis, et R. Petri archidiaconi Nagerensis, et Petri Semeni, et Garsie Sancii et Martini Guillelmi, Garsie Petri Sacriste de Albaida canonicorum calagurritanorum, Petri Romei, Petri Petriz capellani episcopi, et Rodrici Martini, Bartholomei portionariorum calagurritanorum, Garsie Romei,

prioris Sancti Dominici de Silos, et Dominici Petri eiusdem monasterii, et Dominici Gomici monachi eiusdem monasterii, et Ferdinandi Johannis prioris Sancti Emiliani de cuculla, et Benedicti hospitalarii monachi eiusdem monasterii; et Martini de Narra, Petri Garsie, Michaelis Petri Abbatis, Johannis Martini, et Martini presbiterorum ecclesie Sancte Marie de Navarreth, Emiliani, Dominici Petri, Adam, Garsie, Beltrandi, Martini Abbatis, Garsie Abbatis diachonorum eiusdem ecclesie, qui ut interessent huic facto rogati fuerunt. Et ego dompnus Egidius monachus Sancti Emiliani de cuculla ad conscribenda acta iudicii de consensu partium a iudicibus adhibitus, presentem cartam scripsit. In cuius rei testimonium nos predicti abbates iudices a Summo pontifice delegati, presentem cartam sigillis nostris fecimus communiri. Acta sunt hec intus in ecclesia Sancte Marie de Navarreth in presentia supradictorum omnium, tertio idus decembris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

Num° 542.

Año 1246, á 11 de diciembre: Archivo de la Sta. ig^la. de Calahorra.

Quoniam labilis est memoria hominum et rerum trahe non ..... Idcirco laudabilis cautela prudentium scripture remedium adinvenit, ut ea que fuerint universorum posterorum scripture remedium notitie inabdicabiliter imprimat exactio litteralis. Noscant igitur presentes pariter et futuri, quod nos Johannes divina miseratione abbas et totus conventus Sancti Emiliani de cuculla ordinis Sancti Benedicti damus omnes unanimiter et uno consensu et libera ac spontanea voluntate vobis domno Arnaldo reverendissimo patri, et domino nostro episcopo Calagurritano et Calciarensi, et omnibus successoribus vestris, ecclesiam Sancte Marie de Resa cum domibus et omnibus possessionibus, quas habemus ibidem cultis et incultis: et damus

domos, et vineas, possessiones cultas et incultas, quas habemus in civitate et territorio Calaguritano: et damus domos, hereditates et possessiones, quas habemus in territorio et in villa, que dicitur Murello de Hesa: Damus itaque vobis omnia, que habemus in predictis locis cum omnibus iuribus et consuetudinibus et pertinentiis suis, secundum quod nunc sine contradictione aliqua quiete et pacifice possidemus. Transferimus etiam in vobis totum ius et plenum dominium, quod habemus in predictis locis, vel habere ratione aliqua debemus, ut possitis ad utilitatem ecclesie vestre vendere, infeudare, opignorare, et dare, vel quomolibet alienare. Verum tamen, si (quod absit) nos vel successores nostri donationem istam infringere attemptaverint, quod incidant in penam centum marchasum argenti, bonorum novorum et legalium, sterlingorum tota manente donatione: insuper, quod episcopus qui pro tempore fuerit ex hac causa possit pignorare interdicere et etiam si necesse fuerit excomunicare. Preterea nos dictus abbas et conventus vobis domino Episcopo et patri nostro obligamus nos bona fide, et stipulamus, quod siquis questionem moverit super ista donatione vel pactis donationis; quod nos teneamus sanam et salvam facere, et in omnibus servare fideliter nos indemnes, et interesse, et damna, que vobis inde acciderint, restaurare. Et si forte aliquis hereditatem predictam a vobis evicerit, obligamus nos, et sub stipulatione promittimus, quod dabimus vobis hereditatem duplatam in simili, et meliori loco. Siquis autem contra donationem istam venerit, iram Dei omnipotentis incurrat, et sicut Datan et Abiron absorbeat eum terra, et sit anathema maranata. Sed ut presens donatio maius robur obtineat firmitatis, et ne possit in posterum in dubium revocari, nos de Silos et de Brunero abbates precibus abbatis et conventus Sancti Emiliani de cuculla, ordinis Sancti Benedicti, presenti scripture sigilla nostra duximus apponenda. Et ego Johannes predictus abbas similiter sigillum meum ibidem appono.

et quia nos conventus sigillum proprium non habemus, apposicionem predictorum sigillorum rata et firmam habemus. Hec autem facta sunt in ecclesia de Navarreth in presencia predictorum abbatum, et aliorum testium subscriptorum, videlicet archidiaconorum C. Martini Berbericensis, et R. Petri de Agoncello Valentensis, et J. Petri Sacriste Albaidensis, et P. Ximeni maiordomi, et G. Sancii de Arellano, et Martini Guillelmi canonicorum. et P. Thomei abbatis Sancti Egidii, Lucronensis, et P. Petri Domini episcopi Calaguritani capellani, et Bartholomei Calaguritani archidiaconi capellani, et P. Thomei Lucronensis, et P. Sanchi, et Martini Lupi, et Petri Martini, et Gundisalvi Garsie, et J. Petri Sociorum Calaguritanorum et Calciatensium et Sancti Sepulchri, et Petrus Lupi ecclesie Sancti Jacobi, et Johannis magistri primicerii de Valverna, et Martini ecclesie Sancti Bartholomei presbiterorum Lucronensium, et Petri Ermeci, et D. Petri ecclesie Sancti Martini, et D. Dominici abbatis ecclesie Sancti Martini de Unzelena, et Martini de Declarja magistri primicerii, et Michaelis et Petri Garsie presbiterorum, Emiliani et Dominici Petri diaconorum de Navarreth. Facta carta apud Navarreth tercio idus decembris anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto: et postmodum lecta et concessa et roborata in claustro Sancti Emiliani et in monachorum presencia et conventu.

Num°. 550.

Año de 1246 á 20 de Diciembre: Cajon E. 7tio. nullius.

Sanctissimo patri ac domino Innocentio divina providencia Sacrosancte Romane Sedis summo pontifici, Uzanaxius divina miseracione episcopus, licet indignus, eorum capitulum Calaguritanum et Calciatense pedum oscula beatorum. Cum in causa, que inter nos ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti Emiliani de Cuculla ex altera ex delegacione vestra coram venerabilibus et religiosis viris

de Siloj et de Burceto abbatibus Burgensis diocesis, et m. Petri archidiacono Tirasonensi super de villagonzalvo et quibusdam aliis ecclesis, decimis et rebus aliis vexebatur, partim pro nobis partim pro eodem monasterio sententia lata fuit, sicut per instrumentum exhinde confectum vobis liquebit apertre. Petimus et supplicamus per vos, patres sancte, easdem sententias ex certa sciencia confirmari, et ad petendam predictam confirmationem Johannem Tome clericum Burgensem et iuris professorem ad pedes sanctitatis vestre duximus destinandum cum presentibus litteris apertis sigillorum nostrorum munimine roboratis. Datis vigesimo die novembris*, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

*forte: Decembris.

Num.º 564.

Año de 1246, a 24 de diciembre: Cajon E. 7. titulo nullius. legajo 2.º num.º 3.º

Sanctissimo patri ac Domino Innocentio divina providentia sacrosancte Romane sedis summo pontifici, Johannes humilis abbas, totusque conventus monasterii Sancti Emiliani de cucula, ordinis Sancti Benedicti, calagurritane diocesis, pedum oscula beatorum. Cum in causa, que inter nos ex una parte, et venerabilem patrem nostrum virum calagurritanum episcopum et suum capitulum videlicet calagurritanum et calciatense ex altera ex delegatione vestra coram venerabilibus et religiosis viris de Siloj et de Burceto abbatibus Burgensis diocesis, et m. Petri archidiacono Tirasonensi super de Villagonzalvo, et quibusdam aliis ecclesiis, decimis et rebus aliis vexebatur, partim pro nobis, partim pro eodem episcopo et capitulo sententia lata fuit, sicut per instrumentum exhinde confectum vobis liquebit apertre: petimus et supplicamus per vos, patres sancte, easdem sententias ex certa sciencia confirmari, et ad petendam predictam confirmationem Dominicum de Inicio monachum monasterii nostri ad pedes sanctitatis vestre duximus destinandum. In cuius rei testimonium presens scripsem ego predictus abbas sigilli

mei munimine roboravi; et quia nos conventus sigillum proprium non habemus, appositionem sigilli abbatis nostri aprobamus. Datis apud monasterium nostrum nono Kalendas ianuarii, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

Num.º 552.

Año de la encarnacⁿ del Sor 1246, à 13 de Enero: Cajon E. 7: tit. nullius.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Petrus miseratione divina Tarraconensis archiepiscopus venerabilis fratris Azanarii calagurritanensis et calciatensis episcopi per manum Johannis Tome clerici nobis missas recipimus litteras sub hac forma: Reverendo in Christo patri, ac domino Dei gratia Tarraconensi archiepiscopo, Azenarius divina miseratione calagurritanus et Calciatensis episcopus, totumque capitulum eiusdem ecclesie cum reverentia et obedientia tam debita quam devota: Cum in causa, que inter nos ex una parte, et abbatem et conventum monasterii Sancti Emiliani ex altera coram venerabilibus et discretis viris de Silos et de Buxeto abbatibus, et M. Petri archidiacono tirasonensi super de Villagonzalvo, et quibusdam aliis ecclesiis, decimis, et rebus aliis ex delegatione apostolica vertebatur; partim pro nobis, partim pro eodem monasterio sententia lata fuerit, sicut per instrumentum sententie inde confectum liquebit aperte, petimus instanter et supplicamus per vos, reverende pater, easdem sententias ex certa scientia confirmari, et ad petendam confirmationem eundem Johannem Tome clericum Burgensem ad vos duximus destinandum cum presentibus litteris apertis sigillorum nostrorum munimine roboratis. Datis vicesima die novembris*, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Illud autem ultimo vobis scribimus, ut melius memorie commendetur, ut quicquid ex parte vobis nostra dixerit credatis, et fidem ei in omnibus dignemini adhibere.

* forte: decembris

Alias etiam litteras dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Sancti Emiliani de cuculla ordinis Sancti Benedicti nobis per manum fratris Dominici monachi eiusdem monaste-

rii presentatas recipimus in hunc modum. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Johannes Dei gratia abbas, totusque conventus monasterii Sancti Emiliani de cuculla, ordinis Sancti Benedicti, calagurritane et calciatensis diocesis constituimus et * duximus procuratorem nostrum Dominicum de Inicio monachum et socium nostrum latorem presentium, ad impetrandum et contradicendum, et iudices eligendum, et alia negotia monasterii nostri tractanda et procuranda, prout videri expedire. In cuius rei testimonium ego predictus abbas presentes litteras sigilli mei munimine roboravi: et quia nos conventus sigillum proprium non habemus, appositionem sigilli abbatis nostri ratam et firmam habemus. Datis apud monasterium nostrum septimo Kalendas iannuarii, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. = Item vidimus instrumentum sententiarum religiosorum virorum de Silos et de Buxeto abbatum Burgensis diocesis, et M. Petri archidiaconi tirasonensis iudicum a domino papa delegatorum, qui dictis abbatibus coniudicibus suis vices suas commisit tempore ferende sententie, cum non potuisset personaliter interesse, nobis per dictos nuntios presentatum in duabus cedulis contentum, consutis cordis rubeis sericis; in quibus cordis ex una parte pendent sigilla capituli calagurritani et calciatensis et R. abbatis Sancti Dominici de Silos; ex alia vero pendent sigilla A. calagurritani et calciatensis episcopi, et abbatis de Buxeto; in fine autem secunde pagine pendent septem sigilla in cordis sericis, videlicet, dilectorum filiorum abbatis Sancti Emiliani, et M. Petri decani Calagurritani et calciatensis, R. Xemeni calagurritani archidiaconi, et R. Petri archidiaconi Nauarensis, Ennici Martini archidiaconi Berbericensis, M. de Rada archidiaconi Bizchaye, et P. cantoris calagurritani et calciatensis. = Quod instrumentum sic incipit: In nomine Domini. In quo etiam continentur omnia inferius sub compendio annotata *. Instrumento igitur predicto diligenter inspecto, quod coram nobis fuit exhibitum, non viciatum, non cancellatum,

* desit: duximus

Azenarii.

* en efecto, hace relacion compendiosa de todo quanto se contiene en la escrit.ª n.º 546.

nec in aliqua sui parte corruptum, predictorum sigillorum
munimine roboratum: quia ex tenore predictorum documen-
torum cognovimus evidenter predictas sententias iuste et ca-
nonice a memoratis iudicibus esse latas sepedictorum omni-
um vestigiis inhesentes; eadem ad petitionem et instantiam
partium, et ut procurator eorundem laboribus et expensis,
auctoritate metropolitana confirmamus, et presentis scripti pa-
trocinio communimus ex certa sciencia, et auctoritatem pres-
tamus omnibus supradictis. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ausu
temerario contraire. Si qua igitur ecclesiastica vel secularis per-
sona scienter et spontanea ac attemptare presumpserit, iram
omnipotentis Dei incurrat, et ipso facto sit anathematis vin-
culo innodata. Ut autem super hoc nulla possit postea oriri
dubietas, presentem paginam sigilli nostri munimine du-
ximus roborandam. Datis apud Villam-viridem idus ianua-
rii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septo.
Ego S. de Alaxico scriptor domini archiepiscopi supradicti man-
dato eiusdem hoc scripsit.

Num.º 553.

Año 1247. á 20 de febrero: Cajon E. 7: tit. nullus: vol. 2.º n.º 6.º

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri episco-
po et dilectis filiis capitulo Calaguritano et Calciatensi, salutem
et apostolicam benedictionem. Ea, que iudicio vel concordia exami-
namus, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive con-
tentionis scrupulum relabamur, apostolico convenit presidio com-
muniri. Cum igitur petitio vestra nobis exhibita continebat, vos
abbatem et conventum monasterii Sancti Emiliani de cuculla,
ordinis Sancti Benedicti, calaguritane Diocesis coram . . de
Siloj, et . . de Buxeco abbatibus Burgensis Diocesis, et
M. Petri archidiacono tirasonensi super Sancti Mauricii de
Barbarana, de Ventosa, et ecclesia Sancti Sebastiani iuxta Na-

pexam Vita, et Cardenas, et Terrero, et ecclesia Sancte Marie de Badaran, et Villagonzalvo, et villula Sancti Georgii, et decesma, et Bovatella, et Colia, et Cordovin, et ecclesia sancte Marie de Cannas, et Sacte Marie de Sorozibus, et sancti Emiliani ecclesiola de Olesanco, et ecclesia Sancti Tirsi de Canniellas, et Villarijo, et Sancte Marie de Vannares, et Paduleija, et Zofiuri, et Olviano, et Muxucuri, et Terrero, et ecclesia Sancti Martini, et Sancti Michaelis de Szannione ecclesiis, decimis et rebus aliis fecissetis litterarum vestrarum auctoritate citari; tandem vestro et alterius partis procuratoribus in eorum presentia constitutis, dictoque archidiacono committente in hoc ipsis abbatibus totaliter vices suas, et libellis hinc inde porrectis, cum ex parte vestra procurator vester peteret adiudicari vobis et ecclesie vestre per eosdem iudices omnia iura episcopalia in predictis ecclesiis, prout dicebat de iure communi ad diocesanum episcopum pertinere; ac procurator dictorum abbatis et conventus, litem contestando, respondisset; petita non esse vera, et fieri non debere, reconveniendo nichilominus petens condempnari vos prefatis abbati et conventui in mille marchis argenti nomine pene, ac interesse, pro eo quod venerabilis contra compositionem inter vos et ipsos amicabiliter initam, sponte ab utraque parte receptam super ipsis ecclesiis et iuribus expressis in libello ex parte vestra porrecto, factis quoque positionibus et responsionibus ad eadem: iidem iudices cause meritis plenius intellectis, habitoque super hiis consilio peritorum, per diffinitivam sententiam supradictum monasterium a vestra et procuratoris vestri nomine vestro super omnibus premissis ecclesiis quarum ad iura specificata et contenta in libello, et vos a iam dictorum abbatis et conventus ac procuratoris eorum ipsorum nomine super eisdem mille marchis peritis, ab eis impetitionibus utrumque super hiis imponendo perpetuum silentium, absolverunt. Super ecclesiam autem de Camprovin, in qua iura epis

opalia petebatis, quantum ad iura petita in ecclesiis antedictis, absolverunt similiter sententialiter monasterium memoratum, preter terciam decimarum pontificalium, quam vobis diiudicarunt, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Quare fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum, ut eandem sententiam apostolico curaremus munimine roborare. Nos igitur vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu sententiam ipsam, sicut est iusta, nec legitima prouocatione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus, et presenti scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire: Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Lugduni decimo Kalendas martii, pontificatus nostri anno quarto.

Num.º 554.

Año de 1247, á 20 de febrero: Cajon E. 7. tit. nullius: Fardo 2. n.º 5.

Innocentius episcopus servus servorum Dei: Dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Sancti Emiliani de cuculla, ordinis Sancti Benedicti, calagurritane diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in dedivive contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Cum igitur petitio vestra nobis exhibita continebat: venerabilis frater noster episcopus et capitulum Calagurritanum et calciatense vos coram . . de Siloe, et . . de Buxeto abbatibus Burgensis diocesis, et M. Petri archidiacono Tirasonensi super Sancti Martini de Barbazana, de Ventosa, Sancti Sebastiani iuxta Nagerum* ecclesiis, decimis, et rebus aliis fecissetis litteratum nostratum auc-

* expresa todas las demas contenidas en la anterior n.º 553.

toritate citari, tandem eorum et vestro procuratoribus in eorum presentia constitutis, dictoque archidiacono commitente in hoc ipsis abbatibus totaliter vices suas, et libellis hinc inde porrectis, cum ex parte ipsorum procurator eorum peteret adiudicari eis et ipsorum ecclesie per eosdem iudices omnia iura episcopalia in predictis ecclesiis, prout dicebat de iure communi ad diocesanum episcopum pertinere, ac procurator vester litem contestando, respondisset, petita non esse vera, et fieri non debere, reconveniendo nichilominus petens condempnari dictos episcopum et capitulum vobis in mille marchis argenti nomine pene, ac interesse; pro eo quod venerint contra compositionem inter vos et ipsos amicabiliter, et sponte ab utraque parte receptam super ipsis ecclesiis et iuribus expresis in libello ex parte vestra porrecto, factis quoque positionibus et responsionibus ad easdem; iidem iudices cause meritis plenus intellectis, habitoque super hiis consilio peritorum, per difinitivam sententiam monasterium vestrum ab eorundem episcopi et capituli et procuratoris eorum nomine ipsorum super omnibus premissis ecclesiis quantum ad iura specificata et contenta in libello, et ipsos a vestris et procuratoris vestri nomine vestro super eisdem mille marchis petitis ab vobis impetitionibus utrumque super his imponendo perpetuum silentium, absolverunt. Super ecclesiam autem de Camprobin, in qua iura episcopalia petebantur, quantum ad iura petita in ecclesiis ante dictis absolverunt similiter sententialiter monasterium vestrum, preter tertiam decimarum pontificalium, quam ipsis adiudicarunt, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Quare fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum, ut eandem sententiam apostolico curaremus munimine roborare. Nos igitur vestris iustis postulationibus, grato concurrente asensu, sententiam ipsam, sicut est iusta, ne legitima procuratione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire

Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Lugduni decimo Kalendas martii, pontificatus nostri anno quarto.

Num° 555.

Cxa 1284: año 1246, á 3 de dicbre: Cajon v. 32: xol. 2. n° 3.

In Dei nomine. Yo don Roy Perez de Agonciello arcidiano de Naxera fago saber a quantos esta caxta viexen, que fui a San Millan de la cogolla, e en Cabillo estando don Juan Sanchez e todo el convento de San Millan presentes, e abrenuntie los doce monasterios que me fueron assignados en na casa de Avila que avia de aver de San Millan en prestamo en mis dias, e partime pagado del monesterio de San Millan e del abbat e del convento, que ni yo ni nul omme del mundo por mi nunca los demande. E por mayor firmedumme dile esta caxta de la abrenuntiation sellada con mi sello pendiente: desto son testigos, que fueron presentes don Ennego Martinez arcidiano de Berbiego, don Alvar Diaz fijo de don Diago Lopez de Blascon e canonigo de Calaforra e de la calzada, de clerigos del arcidiano don Ennego Martinez, Roy Martinez, e Sancho Martinez su capellan, Gonzalo Diaz clerigo del arcidiano don Roy Perez, et Per Fennequez de la Guardia clerigo, don Gonzalvo de Berceo prestre, Garci Garciez de Sancta Cruz, don Florenz. Facta fuit hec abrenuntiatio in angulo claustro Sancti Emiliani in ecclesia porcam medianam secundo Kalendas iannuarii, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

Num°. 556.

Cxa 1287: año 1248: Cajon v. 32: xollo 3°, n°. 44.

In Dei nomine qui nos creavit et recreavit. Ego frater Benedictus monachus et ospitalarius Sancti Emiliani, divina Dei misericordia providente ad honorem eiusdem, et eius beatissime genitricis, et beatorum confessorum suorum Emiliani et Felicis, et quorum reliquie ..... requiescunt ecclesia, et pro peccatorum

nostrorum remedio, cum licentia Domini et patris nostri Johannis abbatis et cum beneplacito fratrum nostrorum offero et dono Deo et altari iam dicti patroni nostri Emiliani quatuor vineas in Terrero, quarum due sunt in valle de Mahabe, tertia in valle Uroichi, quarta in valle Sancti Christofori, et alias duas in pago de Uarannon, quarum una fuit de Bartholomeo filio Guillelmi et altera de Maria Petri de Sant Vidi, que fuit filia Petri Guntisalvi. Istas sex supradictas vineas dono et offero Deo, et altari pretiosissimi confessoris Christi Emiliani sub tali conditione, quo amodo et usque in sempiternum Sacrista Sancti Emiliani ad missam maiorem conventualiter celebratam teneat unum thuribulum limonciensis operis cum incenso ad latus altaris Sancti Emiliani cotidie teneatur, ad modum illius, quem ibi celebris memorie R. quondam prior Sancti Emiliani, qui postea Siliensi prefuit monasterio, collocavit. Ita quod cum ille qui celebraverit, qui pridie inceperit, usquequo corpus Domini cum eiusdem sanguine sit assumptum, fumus incensi versus corpus et sanguinem Domini ex utraque parte altaris cum utroque turibulo incessabiliter dirigatur. Assumpto autem Christi corpore, unus ministrorum, qui thurificant, ad altare Sancti Johannis, et alter ad altare Sancti Petri celorum clavigeri diutar, incensatis altaribus unus eorum ad unam partem chori, et alius ad aliam accedant, et omnibus monachis, qui ibi fuerint, incenssi beneficium conferatur. Addicimus etiam, quod Sacrista eiusdem loci semper unam lampadem in capitulo teneat, et alteram coram imaginem beate Marie Virginis, que stat inter chorum et altare Sancti Emiliani, et alteram ante imaginem beati Emiliani, que de nocte semper ardeant. Statuimus etiam et sancimus, tam Domino abbate quam conventu annuente, quo cum aliquem monachum mori contigerit, cum corpus ad ecclesiam fuerit deportandum vel de aliis patribus admittendum, Sacrista det omnibus monachis et infantibus singulos cereos cubitales et moderate grossitudinis, et cum istis luminaribus corpus ad ecclesiam deportetur

quo si statim fuerit tumulandum, donec corpus sit sepultum, cerei minime extinguantur: si vero in crastinum fuerit reservandum extinguantur in nocte, ỳ sequenti die, cum missa super corpus inceperint, incendantur, et ardeant donec sepulture officium peragatur. Ad supradictarum vinearum vinum reponendum et preparandum ego frater Benedictus cum licentia domini et patris nostri abbatis Johannis dono triginta et quinque morabetinos, de quibus fecimus fieri unam apotecam in viconovo in solari quod fuit de Sancia filia Martini Petri carpentarii sancti Emiliani, alletanei cuius sunt Petrus Emiliani, Petrus Marci; et unum dolium novum et unam tineam novam, ut ita sint semper ad hoc officium deputata. Ego Johannes abbas sancti Emiliani totum hoc laudo aprobo et confirmo, F. prior maior confirmat, L. subprior confir. S. prepositus confir. Martinus Camerarius confirmat. M.nus cellerarius confirmat. Marinus Sacrista confirmat, et totus conventus sancti Emiliani aprobat et confirmat. Qui benedixerit huic facto benedictionibus, et qui maledixerit maledictionibus repleatur. Ut autem factum istud robur habeat et raptum maneat, ego Johannes abbas sancti Emiliani feci instrumentum facti sigilli nostri munimine roborari: factum est hoc anno millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, era millesima ducentesima octogesima septima.*

Num.º 557.

Era 1289: año 1251, a de : Cajon E.6: titulo

Haro: legajo 1.º n.º 4.º

In Christi nomine, amen. Sabida cosa sea a quantos esta carta vieren, que yo Dompna Elvira, que fui mugier de Diag Martinez de Zarraton, en uno con mis fijos Gonzalvo Diaz, Ferrando Diaz, Lop Diaz, Juan Diaz, Sant Diaz, Martin Gonzalvez, et con mis fijas Elvira Diaz, e Mari Diaz, et con mis nietos et con mis nietas Garci Zamora, Gonzalvo Zamora, Pero Zamora, Mari Zamora, Sancha

* ó se contó por el año de la encarnacion del Señor, ó hai equivocacion en la era teniendo una unidad demas: el sello q.e se expresa ni lo tiene ni lo tuvo; pues no tiene señales de haberlo tenido.

Zamora, que fueron fijos de mi fija Teresa Diaz, todos en vno vendemos a muertas a vos don Benito ospitalero de Sant Millan las dos partes a entregredat de dos molinos, que avemos en Faro so el castiello de los Judidios, por doscientos e cinquenta morabedis, de los quales fuemos luego bien pagados, e non remanetio nada por pagar; e estos molinos que sean por heredat pora el ospital de Sant Millan por siempre, e damos todos por mano a Gonzalvo Diaz, que en voz de todos que meta a vos don Benito en nos molinos, e vos que saquedes a el en voz de todos de los molinos. Desto vos damos fiadores de riedra, como fuero de Faro es, don Pero Narvona, don Mome de Galvarruri, Pero Velaz el gordo, Roi de Ballarta: testes de caballeros don Pero Zamora, don Zamora, Garci Lopez de Goreca; de clerigos Sancho Perez de Semellio, Martin Guillen fide Guillen de Saja e canonigo de Sancto Domingo de Lacalzada: testes de Faro de clerigos don Domingo el maestro prestre, don Semeno prestre, don Gil prestre, Sancho Garciez clerigo: de labradores el alcalde Domingo Sanz, Pero Perez el ferrero, Lope Semenez, Garcia de Sancta Maria, Garci Lopez el ferrero, Joan Perez de Palatio, Pero Ortiz caparron, Pero Martinez de Miranda, Sancho Lagaran, Gonzalvo fide Garci Gonzalvez, Pero Cardie, Martin Lopez de Sancta Maria, Rodrigo el Buhon, Martin Franco, Lop Juannes, Pero Calvo, Pero Semellio, Juan Perez el Rodero, Garcia yerno de don Estevan, Pero Talaqueth, Domingo Rodero, Pero Larrea: de monges de Sant Millan don Gil, Gonzalo Perez; de onmes de Sant Millan Garci Ortiz de Saliniellas, Ferrant capiella de Verzeo, Domingo fide Domingo dellalcaldesa de Madriz, Garci Ortiz de Fay, Martin Enneguez de Faro, Garcia de Zuhia: testes de escuderos Pero Ortiz fide Fortun Enneguez de Cazeta, Alvar Roiz fide Rodrig Alvarez de Tolsantos. Factum est hoc in era millesima ducentesima octogesima nona in die Sanctorum martyrum Juliani et Baselise, en tiempo de don Juan Sanchez abbad de Sant Millan, regnando el rey don Ferrando con su madre la reyna donna Berenguella, e su mugier la reyna donna Juana, e su fijo el infante don Alfonso en Castiella, e en Toledo, e en Leon, e en Gallizia, e en Baeza, e en Ubeda, e en Cordoba, so el rey Sennor de Faro don Diag Lopez, merino mayor de Castiella don Martin Gonzalvez de Mijancas.

Núm.º 558.

Cxa 291: año 1253: Cajon E. 4: titulo Frexneda:
legajo 1.º num.º 3.º

In Dei nomine, amen. Sabida coja sea a quantos esta caxta vierxen, como yo don Ferrando por la gracia de Dios abbat de Sant Millan con otorgamiento de nuestro convento damos e otorgamos a vos Ulenga Sanchez la nuestra casa de Sant Juan de Frexneda con todos sos pertenencios, que la ayades en que la mantegades en toda vuestra vida, pero con tal paramiento que dedes cadanno al abbat de Sant Millan dos morabedis por iantar e al convento cinco ff. al Sacristan ocho almudes de pan meyo trigo, meyo ordio: e que non ayades poder de vender ni de empennar, ni de malmeter de guanto con la casa vos damos. e al Sacristan de Sant Millan, o so omme, quando hi acaeciex, quel dedes todos sus vebos: e si estos paramientos de suso scriptos non tovierades, que perdades la casa con todos sos pertenencios, e que non ayades voz de demandalla, nin omme por vos; e despues de vuestra vida finque la casa libre e quita e sin voz mala ninguna poral monesterio de Sant Millan. F. abbas confix. L. prior confix. F. subprior confix. S. prepositus confix. M. cellerarius confix. Garcia Sacrista confix. Benedictus ospitalarius confix. totus conventus Sancti Emiliani confix. in era millesima ducentesima nonagesima prima.

Núm.º 559.

Cxa 292: año 1254, á 2. de mayo: Cajon 0.2. titulo
Sobron: legajo 1.º n.º 1.º

In Dei nomine amen. Sabida coja sea a quantos esta caxta vierxen e oyerxen, como nos don Ferrando por la gracia de Dios abbat de Sant Millan con otorgamiento de nuestro convento cambiamos con Diago Lopez de Salcedo una tierra en Sumtaniella de Bon, por otra que el nos dio y: e porque valie la nuestra tierra mas que la suya, tornonos don Diago Lopez diez morabedis de meiodia; e la tierra que nos li demos en cambio de la otra que el nos dio, es cerca del su palacio: alendanos de la una parte don Diago Lopez de Salcedo, de las dos, partes Sant Peydro de Cardeña, e de la

orra, parte heredexos de la villa: e la tierra que el nos dio en cambio de la nuestra es en la vega de yus de la villa: aledannos de parte de Villaeña Lope Royz, de parte de Quintaniella Sant Feyzio de Cardeña, e de la xxxa parte de suso la carrera que van de Carneno a a Villaeña, e lorra parte el calce del molino de don Diago Lopez de Salcedo. C en la tierra, que el nos dio a nos en cambio, de la que nos diemos a el, metio a nos en ella, e sacamos nos a el della, assi como fuero de tierra es. C en la tierra, que nos diemos a el en cambio de la que el dio a nos, metiemos nos a el en ella, e saco el a nos, assi como fuero de tierra es. C desto son testigos clerigos Garci Royz de Quintaniella de Bon, don Millan el abbat, don Feyzio abbat de Aquilar, Martin abbat; legos don Miguel el judiz, Juan Royz, don Gil, Gonzalvo Fernandez, Diago Gonzalvez, Juan Juannes, Gonzalvo Marquez, Sancho Martinez de Freres, don Gil de Fuentebuxueva, Juan Martinez de Garaj. C porque esta coja sea mas firme, facemos dos cartas partidas por a. b. c. la una que tengamos nos abbat e convento de Sant Millan, e la orra don Diago Lopez de Salcedo. C porque esti fecho sea siempre valedero, yo don Fernando abbat de Sant Millan pongo en estas cartas ambas mio seyello pendient. C nos convento porque seyello propio non avemos, otorgamos e avemos por firme la aposicion del seyello de nuestro donno el abbat: e otrosi yo don Diago Lopez de Salcedo, porque esti fecho sea mas firme pongo en estas cartas ambas mio seyello pendiem. Esto fue fecho el dia de Atanasi episcopi era millesima ducentesima nonagesima secunda.

Num.º 560.

Era 1293: año 1255, a 6 de Febrero: Cajon 0.º: leg. 3.º n.º 5.º tit. privil. (Regimen real)

Conozuda coja sea a todos los onmes que esta carta vieren: como yo don Alfonso por la gracia de Dios rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallizia, de Sevilla de Cordova de Murcia de Jahen vi privilegio del rey don Fernando mio padre fecho en esta guisa Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego Fernandus *. C yo sobre dicho rey don Alfonso regnante en

* incluye literalmente el privilegio del num.º 534. hasta las palabras approbo roborro et confirmo eam solamente.

uno con la reyna Doña Yolant mi muger et con mis fijas la infante Doña Berenguella, et la infante Doña Beatriz en Castiella en Toledo en Leon en Gallizia en Sevilla en Cordova en Murcia en Jahen en Baeza en Badallox et en el Algarve, otorgo este privilegio et confirmolo: Fecha la carta en Burgos por mandado del rey seis dias andados del mes de febrero en era de mill et dosientos et noventa et tres años, en el año que don Odorat fijo primero et heredero del rey Henric de Anglaterra recibio cavallería en Burgos del rey don Alfonso el sobredicho. Don Alfonso de Molina la confirma. Don Fredic la confirma. Don Henric la confir. Don Manuel la confir. Don Ferrando la confir. Don Felipp electo de Sevilla la confir. Don Sancho electo de Toledo la confir. Don Johan arzobispo de Santiago la confir. Don Aboabdille Abenazar rey de Granada vasallo del rey la confir. Don Mahomat Abenmahomat Abenhut rey de Murcia vasallo del rey la confir. Don Abenmahfot rey de Niebla vasallo del rey la confir. Don Garcon Bizconde de Beart vasallo del rey la confir. Don Gui Bizconde de Limoges vasallo del rey la confir= Signo ✠ del rey don Alfonso= Don Juan Garcia mayordomo de la corte del rey la confirma. El
1ª colum.ª } alferezeria del rey vaga= Don Aparacio obispo de Burgos la confir. La iglesia de Palencia vaga. Don Remondo obispo de Segovia la confir. Don Pedro obispo de Siguenza la confir. Don Gil obispo de Osmala confir. Don Matheo obispo de Cuenca la confir. Don Benito obispo de Avila la confir. Don Aznar obispo de Calahorra la confir. Don Lopp electo de Cordova la confir. Don Adan obispo de Plazencia la confir. Don Paschual obispo de Jahen la confir. Don frey Pedro obispo de Cartagena la confir. Don Pedro Yuañes maestre de la orden
2ª colum.ª } de Calatrava la confir.= Don Nuño Gonzalvez la confir. Don Alfonso Lopez la confir. Don Rodrigo Gonzalvez la confir. Don Simon Roys la confir. Don Alfonso Tellez la confir. Don Ferrant Roys de Carro la confir. Don Pedro Nuñez la confir. Don Nuño Guillem la confir. Don Pedro Guzman la confir. Don R. Gonzalvez el niño la confir. Don Rodrig Alvarez la confir. Don Ferrand Garcia la confir. Don Alfonso Garcia la confir.
3ª colum.ª } Don Diago Gomez la confir. Don Gomez Roys la confir.= Don Martin Fernandez electo de Leon la confir. Don Pedro obispo

Bizcaya, et in locis Incartaçationum, et in omnibus aliis, et quibuscumque locis regnorum hispanie tam nominatis quam non nominatis, sicut predecessores vestri in eorum omnium possessione ab immemorabili tempore citra, de cuius initio, seu contrario memoria hominum non existit, hactenus fuerunt, et vos de presenti estis; vobis et per vos eidem vestro monasterio auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo approbamus et confirmamus, ac presenti scripti patrocinio communimus, illaque de novo concedimus, supplentes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, siqui quomodolibet intervenerunt in eisdem; mandantes dilectis filiis curie causarum camere apostolice generali auditori pro tempore existenti, et archidiacono de Val bao in ecclesia calciatensi, et abbati pro tempore existenti monasterii beate Marie de Ferreira cisterciensis ordinis calagurritane et calciatensis dioceseis per apostolica scripta, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios vobis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra approbatione et confirmatione ac nova concessione omnibusque aliis et singulis in presentibus contentis pacifice frui et gaudere. Non permittas vos per quorumcumque locorum ordinarios et alias quascumque personas cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis et conditionis existentis quomodolibet molestari perturbari aut inquietari. Contradictores quoslibet et rebelles per quascumque censuras et penas ecclesiasticas et pecuniarias earum arbitrio moderandas et applicandas, aliaque iuris et facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo, ipsasque censuras aggravando reaggravando, interdictum ponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus quibusvis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac statutis et consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac privilegiis indultis et litteris apostolicis quibusvis locorum ordinariis et aliis personis quomodolibet concessis confirmatis et etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam si

de illis, cuiuscunque totius tenoribus specialis specifica expressa et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque. Illud si locorum ordinariis vel quibusvis aliis communiter vel diversim ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis confirmationis, commutationis concessionis supplicationis mandati et derogationes infringere vel ei ausu temerario contradire: Si quis autem hoc tentare presumpserit indignationis omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Roncilioni Tarvisinensis Diocesis anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, nonas septembris, pontificatus nostri anno undecimo. = D. Ruiz =

Suplem.to al Apendice.

Suplemento al Apendice 1.

Numero 727.

Era 1103: año 1065: Becerro gotico 35 b.to galicano 51.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Fortunius presbiter de Resa liberum possidens quicquid ex paterno iure vel propria adquisitione habere michi pertingit, divino amore inflamatus et eterna suplitii pena perterritus, totum dono et confirmo ad monasterium Sancti Emiliani et tibi patri spirituali Petro abbati et omnibus monachis ibi Deo servientibus, scilicet, meas Kasas ab omni regali servitio ingenuas sine omicidio sine saionis ingressione sine omni servitutis honere, cum suis agris vineis cum arboribus pomiferis corroboro eas Deo et monasterio Sancti Emiliani, et omnibus monachis ibidem habitantibus per omnia secula. Siquis autem meorum propinquorum aut extraneorum hanc meam donationem retemptare aut disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et confusus, et cum Juda Domini traditore in inferno inferiori perpetualiter dampnatus amen: insuper ad partem regalem exolvat duo talenta auri, et duplum ad regulam. Facta carta in era millesima centesima tertia, regnante Sancio rege in Naiera et Pampilona. Ego igitur Sancius rex devotam hanc offertionem audivi, et cartam coram me lectam, mea autoritate confirmavi et corroboravi: et illas tres terras, que sunt in Soto Sarracino, quas domnus Fortunius tenuit in prestamo de patre meo, Sancto Emiliano toto animo confirmavi, et propria manu signum ✝ inieci, et testes tradidi. Regimundus frater meus confirmans. Eximina et Ermisinda germanas confir. Munnius episcopus confir. Blasius episcopus confir. Fortunius episcopus confir. Senior domno Marcelle confir. Senior Fortun Azenariz confir. Senior Eximino Garceiz confir. Senior Furtun Garceiz confir. Senior Lope Fortuniones confir. Senior Lope Momez confir

Num.º 728.

Era 1137: año 1099: gotico 113: galic.º 156.

Sub nomine Christi. Ego domno Munnio presbiter de Stabello simul cum corpore meo dono ad Sancti Emiliani in presentia Garsea abba in Villa Stabello una terra subtus villa, et una vinea in ripa de Sancti Johannis. Mater mea Urhana confirmans: toto concilio de Stabello testes et confirmantes. Cauto retentu quingentos solidos, et duplum ad regula. Alfonsus rex in Spania. Era millesima centesima trigesima septima.

Num.º 729.

Era 1167: año 1129: Cajon 0.9: legajo 1.º n.º 2.º titulo Valle de S. Vicente. Bec. got. 128: gal. 102. b.to

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est pagina confirmationis, quam fieri iussi ego Aldefonsus ispanie partibus imperator videlicet Legionis atque totius castelle tibi Urrace retruse de illa ecclesia, que indigenis Sanctus Vincentius vocatur, a cui vocabulo subiacientie etiam villule vallis Sancti Vincentii nominantur, sub cuius ala tu nunc in parvo tugurio conservaris: quemadmodum avunculus meus videlicet Aragonensium rex illam tibi concessit, ingenumque cum ea te fecit, et a Sancti Mikaelis servitute te liveravit, sine omicidio, sine saione sine aliquo malo foro quibus ex causis exprimi potest; ita et ego ut illam in omni vita tua possideas tibi concedo: post tuam vero vitam, sub cuius servitute malueris, ut ibi serviat, tu arbitratui libertatem exibeo. Etiam nunc a veteri privilegio prenominate ecclesie, cartulam istius ecclesie scilicet Sancti Vincentii deleri precipio. Insuper etiam tu vel tui successores ibi permanentes, si animalia habuerint, cum tota valle et cum omnibus villis circumiacentibus per omnes montes et omnia loca erbas pascendi, ligna cedendi, terras vineas molendina, et cetera, emendi et edificandi licentiam concedo. Siquis vero pro anime sue delicto, vel defunctorum remissione ibi aliquid voluerit offerre, regali potestate

libertas accipiendi habeatur. Et siquis vero hanc donationem et confirmationem dextruere aut retemptare voluerit, cum Juda traditore portionem in tartaris accipiat; et regali potestati talentum auri persolvat; duplum vero temptatum reddat. Per manum meam propriam hoc previlegii Sanccio, signumque crucis ✠ impono. Lope Didaz confirmans. Rudericus Petrus confir. Garsias Fortunionis confir. Petro Gonzalvez confir. Facta carta in era millesima centesima sexagesima septima.

Num.º 730.

Año de 1164; á 19. de enero: Cajon E. 7: titulo iglesias de Burg.s y Calah.a: rollo 2.º num.º 1.º

(Rodericus Dei dignatione terrachonensis archiepiscopus dilectis filiis Ferrando abbati et universo conventui Sancti Emiliani, salutem. Patris est paterne adesse iustis precibus vestris assensum preventes)

Hugo Dei dignatione terrachonensis archiepiscopus: dilecto filio Garsie monasterii Sancti Emiliani abbati, tuisque successoribus canonice substitutis in perpetuum Sanctorum canonum instituta et legalis decernit auctoritas, ut cuncta que ad perpetuam legime ab aliquibus ordinata sunt pacem atque concordiam, precipue que a venerabilibus fratribus nostris episcopis pro quiete religiose conversationis disposita vel ordinata noscuntur, nullo umquam tempore inordinato debeant commutationis affectu ab aliquibus perperam variari, aut iniqua presumptione temere perturbari: Sed his, que semel rite per transactionem et amicabilem pactionem pacifice sunt decisa, in sua ut decet stabilitate manentibus, nullus de cetero quod ex concessione propria comparuit alienum, improbe audeat usurpare, ad privatum comodum temptet inique pertrahere, que conventione legali ad bonum sunt commune prefixa. Capropter dilecte in Christo fili Garsie beatissimi Emiliani monasterii in presentiarum abbas et rector, tuis iustis ~~precibus~~ petitionibus,

prout debuimus, prebentes assensum, transactionem inter te et venerabilem fratrem nostrum Rodericum calagurritanum episcopum et ecclesias vobis commissas super quarumdam videlice ecclesiarum cenis ac tertiis legitime factam atque assensu utriusque capituli canonice roboratam, sicut in instrumentis, que a vobis exinde facta sunt, et habentur, et continetur aperte*: Sed quia quedam Nos ~~auctore~~ auctore Domino confirmamus et presenti scripti pagina communimus. Sed quia quedam a vobis alteri parti exigente contratu concessa dateve sunt, quedam vero retenta idcirco hec propriis duximus exprimenda vocabulis, ut nulla deinceps occasio posteris ex temporis diuturnitate, seu dubietas possit oriri. In ecclesiis siquidem Sancti Martini de Barbarana, Ventosa* cenas et tertias assensu et voluntate supradicti episcopi et canonicorum eius tibi tuisque successoribus in perpetuum habendas, sicut diu ante possederas, retenuisti: in ecclesiis vero de Madriz et Camprovin predicto fratri nostro episcopo et canonicis ac successoribus suis similiter assensu capituli tui in perpetuum habendas concessisti, atque dedisti. Supradictaque itaque omnia in bona quiete atque convenientia sunt a partibus ut vere novimus bono animo terminata. Siqua igitur ecclesiastica, secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam infringere aut in aliquo circumvenire temptaverit, nullatenus possit, sed sit vinculo anathematis innodata, iram omnipotentis Dei incurrat, et postea hec perhenniter in sua stabilitate permaneat. Actum est hoc quarto decimo Kalendas februarii, anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto, anno potificatus domini Hugonis terrachonensis archiepiscopi secundo. Ego Hugo sancte terrachonensis ecclesie episcopus. Ego Raymundus capellanus subscrivo. Ego Geraldus terraconensis canonicus subscrivo.

* Es la transaccion hecha el de 1163: escritura num.º 423.

* Siguen las demas como se contienen en dicha escrit.ª num.º 423.

Num.º 731.

Año de 1196, á 14 de febrero (fue viniesto): Cajon E.7: titulo iglesias: legajo 2: n.º 1.º

Rodericus Dei dignatione terraconensis archiepiscopus: delectis filiis Ferrando abbati et universo conventui Sancti Emiliani, salutem. Patris est paterne adesse iustis precibus filiorum: debitum ergo

iustis precibus vestris assensum prebentes, et venerabilis ac pie recordationis Hugonis predecessoris nostri vestigiis inherentes salubriter transactionem factam inter vos, et calagurritanam ecclesiam super cenis et tertiis quarundam ecclesiarum sicut in instrumentis hic inde factis continetur aperte, auctore Domino confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cognovimus autem ex tenore instrumentorum hinc inde confectorum, quoniam cene et tertie suppositarum ecclesiarum de Barbarana, de Ventosa * ad monasterium sancti Emiliani spectant et pertinent ex transactione predicta, cene vero et tertie decimarum ecclesie de Madriz et ecclesie de Camprovin ad ecclesiam et episcopum calagurritanum ex transactione predicta pertinere noscuntur; sicut ergo hinc inde transactio facta est, sic eam confirmamus, et perpetuo firmam volumus et statuimus permanere. Signis autem huic confirmationi nostre ausu temerario contraire presumpserit, excommunicationis et anathematis vinculo innodatus, iram omnipotentis Dei se noverit incurrisse. Datis apud Nazaram decimo septimo Kalendas martii, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo sexto a nativitate Domini.

* relaciona las mismas q se refieren en la Escritura nº 423.

Núm.º 732.

Año de 1196, á 16 de abril: Cajon E. 7. título iglesias: legajo 2. nº 3º

Innocentius episcopus servus servorum Dei: Dilectis filiis . . abbati et conventui sancti Emiliani, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus gratum concurrentes assensu, compositionem inter Emilianensem et calagurritanam ecclesias super tertiis quarundam parrochialium ecclesiarum in calagurritana diocesi consistentium, et super tertiis et cenis ipsarum ecclesiarum celebratam, sicut de communi omnium fratrum ipsarum ecclesiarum facta est sine pravitate qualibet et vexingue recepta et hactenus observata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti

patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre paginam confirmationis infringere vel ei ausu temerario contrahire. Siquis autem hoc tempta-
* es confirmacion de la dicha transaccion de la Escritura nº 423. re presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Laterani vi decimo sexto Kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo. *

Numº 733.

Caxa §367: año §329, á 22 de Enero: archivo de monjas de Cañas.

Don Alfonso por la gracia de Dios rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallicia de Sevilla de Cordova de Murcia de Jahen del Algarve et Señor de Vizcaya et de Molina: a vos Johan Martinez de Leiva mio mesino, que andudiere por mi o por vos agora et daqui adelante en las merindades de Burueba et de Soria et de tierra de Najara, Salud et gracia Sepades que los omnes buenos de Valluercanes vasallos de la prioxa et del convento del mio monesterio de Cañas se me embiaron querellar et dizen que la dicha prioxa et convento, et ellos que an privillejos de los reyes onde yo vengo, et confirmados de mi, en que se contiene, que non pechen fonsado nin fonsadera, nin la pecharon nunca en ningun tiempo de los dichos reyes: et que este ano que agora paso, que Dia Sanchez de Rojas que les demando la dicha fonsadera, et que les prendo por ella. Et pidieronme merced, que pues ellos non pecharon en ningun tiempo fonsado nin fonsadera en tiempo de los reyes onde yo vengo, que toviese por bien que la non pechen agora nuevamientre; et yo tovelo por bien. Porque vos mando, vista esta mi carta que veades los dichos privillejos, que la dicha prioxa et convento, et los dichos sus vasallos de Valluercanes an de los reyes onde yo vengo a confirmados de mi en esta razon et guardadgelos et complidgelos en todo bien et complidamientre, segunt que en ellos dize et segund que les fueron guardados en tiempo del rey don Alfonso mio visabuelo et del rey don Sancho mio abuelo et del rey don Fernando mio padre, que Dios perdone. Et que non consenta-

des, que los ninguno parte contra ellos en ninguna manera, ni les
prendren ni les tomen ninguna cosa a los del dicho lugar de Valluer-
cones por razon de fonsado ni fonsadera por cartas mias que les
mostraron, que contra esto son, ni por otra razon ninguna. Ca
mi voluntad es de guardar a la dicha prioras et convento et a los del
dicho logar de Valluercas sus vasallos los dichos privillejos, que an
en esta razon. Et non fagades ende al so pena de la mi merced. Et
de como esta mi carta vos fuere mostrada, et la cumplierdes, man-
do a qualquier escrivano publico de qualquier logar que para ello
fuere llamado, que dé ende al omme, que esta mi carta mostrare,
testimonio signado con su signo porque yo sepa en como compli-
des mio mandado. Et non fagan ende al so pena del oficio de la escriva-
nia. Et desto les mande dar esta mi carta sellada con mio sello
de cera colgado. La carta leyda, dadgela. Dada en Logroño veynte
et dos dias de Enero era de mill et trezientos et sesenta et siete años.
Yo Johan Alfonso de la Camara la fiz escrivir por mandado del rey=
Ruy Nuñez = Andres Gonzalez v.

Num.º 734.

Era 1370: año 1332, á seis de septre. Cajon E.13.

legajo 1.º num.º 1.º titulo Nanclariz

En el nombre de Dios amen. Sepan quantos esta carta vieren, como yo don Lop de Mendoza Señor de Lodio veyendo et entendiendo, que el curso de la vida deste mundo es muy breve et pequeño et falecedero, et nuestra morada perdurable non es en este mundo, mas por los bienes que en el fasemos et faremos et debe seer en el ciello con nuestro Señor Jhu Xpo, que nos remidio et quito del poder del diablo. Con sana voluntad et por salut de la mi alma otorgo et conosco, que el monesterio de Santiago de Lancleriz con todos sus derechos et pertenencias, que es et debe seer del monesterio de Sant Millan de la cogolla. por razon que don Diago Lopez por la gracia de Dios abbat del dicho monesterio de Sant Millan et el convento dese mesmo logar nos mostroaron en esta razon cartas et privillegios de donacion et confirmacion de aquellos onde yo vengo et especialmente de Lop Sanchez et de Yeñego Lopes su fijo que fueron señores de Lodio en que se contenien, que dan et otorgan el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz al dicho monesterio de Sant Millan et al abbat et al convento dese mesmo ~~logar~~ monesterio todo enteramiente con entradas et con salidas et con terminos et montes et pastos et dehesas et con todos sus derechos et pertenencias; et senaladamiente en Val de Orduna et en todas las villas los mazanales et con todos los otros sus derechos. En Salinas de Annana treynta eras con sus pozos sin ningun alvala et sin ningun embargo et tributo. En Tartanga vna deganna enteramiente con sus tierras et con sus mazanales. Et en Corcuerã otra deganna, et el monesterio a rayz del monte Alzarõ todo enteramiente con todos sus derechos et pertenencias enteramiente. Et otra deganna en Villa-Maderna con sus tierras et con sus vinas enteramiente. Et en Sant Pedro de Tayuellas con sus collazos et con tierras et heredades et con todos sus derechos et pertenencias enteramiente sin sayon del rey, et sin otro tributo et embargo ninguno. Et todas estas cosas dieron et ofrecieron et confirmaron los dichos Lop Sanchez et Yeñego Lopes al dicho mo-

nesterio de Sant Millan con todos sus derechos et pertenencias por juro de heredat para siempre jamas. Et yo veyendo, que la dicha donacion et confirmacion, que ellos fisieron al dicho monesterio de Sant Millan et al abbat et al convento dese mesmo logar del dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et de las otras cosas sobredichas, que fue fecho a grant servicio de Dios, et a onrra et servicio de la virgen sancta Maria su madre, et del confesor bienaventurado Sant Millan, et en remedio de las sus almas, et los que despues dellos lo tovieron contra voluntad del abbat et del convento del dicho monesterio de Sant Millan, que lo tovieron con peccado et con peligro de sus almas; yo en remision de los peccados de aquellos onde yo vengo et por remedio de la mi alma, de mi buena et sana voluntad desamparo et dexo libremiente a vos el dicho don Diago Lopes abbat del dicho monesterio de Sant Millan et al convento dese mesmo logar, et a los que seran daqui adelante en el dicho monesterio de Sant Millan, el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz con los logares et tierras et heredades et con todas las otras cosas de suso dichas et nombradas et con terminos et con montes et fuentes et defesas et pastos et divisas et con todos los derechos et pertenencias que el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et los otros logares, et degañas et casas de suso dichas et nombradas pertenescan, o puedan pertenecer en qualquier manera, para que lo aya el dicho monesterio de Sant Millan libre et quito enteramiente por juro de heredat para siempre jamas sin embargo et tributo ninguno. Et desamparandolo et desandolo todo segunt dicho es al dicho monesterio de Sant Millan, por mayor firmesa otorgo et he por firme la dicha donacion, et do el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et la propriedat et posesion et tenencia del a vos los dichos abbat et convento de Sant Millan a los que agora son, et seran de aqui adelante por siempre jamas, con lo de Valde Orduna, et de Salinas de Añana, et de Tartanga, et de Corcuera, et con el monesterio a rayz del monte Alzarõ, et con lo de Villalva de Losa, et con lo de Villa-Maderna, et de Sant Pedro de Hayuelas et de todos sus terminos et de qualquier dellos, et de otros logares qualquier que sean, que el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz pertenescan, o puedan o deban pertenecer en qualquier manera, con vasallos, et solares poblados et despoblados, et con tierras et xxx vinas et heredades, et con terminos et montes et fuentes et defesas et pastos et devisas, et con entradas et con salidas, et con todos los derechos et pertenencias, que al dicho monesterio de Santiago de Lancleriz, et a los otros logares et cosas de suso dichas, o

a qualquier de ellas pertenescan, o puedan o deban pertenecer en qualquier manera, paraque lo aya el dicho monesterio de Sant Millan todo enteramiente de la foja del monte fasta la piedra del rio libre et quito por juro de heredat para siempre jamas sin embargo et sin contradicho et sin tributo ninguno de mi et de mis herederos, et de todos los mios Succesores, et de otros qualesquier, que sean, que despues de mi vernan. Et otorgo la entrega et apoderamiento, que Lop Dias de Ugarte mio mayordomo et Pero Sanches de Salinellas mio criado fisieron, et la posesion et tenencia que dieron à Martin Ivañes celleriso et a Ruy Gonzales de Lascan mayordomo monges del dicho monesterio en voz et en nombre de los dichos abbat et convento et monesterio sobredicho en la razon sobredicha, yo bien agora la otorgo et la he et la avre por firme et por valedera agora et todo tiempo asi como yo mesmo la fisiese, segunt mejor et mas complidamiente paresca por un testimonio signado por mano de Johan Dias escrivano publico de Miranda. Et juro et prometo verdat a Dios et a Sancta Maria su madre et a Santiago et a Sant Millan a buena fe sin mal engaño, obligando todos mis bienes muebles et rayses ganados et por ganar por mi et por mis herederos, et por todos mis Succesores, que despues de mi vernan, de guardar et tener et complir todo tiempo bien et complidamiente la dicha donacion, segunt que en esta carta se contiene, et de nunc ir, ni ser contra ella nin contra parte de ella por mi nin por otro en ningun tiempo del mundo. Et si yo, o alguno o algunos de mis herederos o de mis Sucesores que despues de mi vernan fueren contra esta donacion, que yo a onrra de Dios fago al dicho monesterio del Señor Sant Millan et a vos los sobredichos abbat et convento, et contra parte de ella, o se quisiese esforzar para le querer quebrantar, o amenguar, o sea contra ella, o contra parte de ella, o algun tuerto faser a los sobredichos abbat et convento del dicho monesterio de Sant Millan que agora son presentes et seran de aqui adelante fata en el fin del mundo; primeramiente aya la yra de Dios poderoso de todas las cosas, et sea echado de la tierra de los que biven, et sea apartado de la compaña de todos los Sanctos et de todas las Sanctas, et pierda la lumbre de los oios, et sea echado de entre los christianos, et sea descomulgado, et con Judas el traydor aya siempre su morada en el ynfierno, aya racion con los diablos en el fuego perdurable por siempre jamas, et que nunca aya fin por todos los siegtos amen: et sobre todo esto que peche cient marcos de oro por postura et paramiento, que conbusco pongo, la meytad para el rey, et la otra meytad para para el abbat et para el convento del dicho monesterio de Sant Millan

de la cogolla, et todos los damnos et menoscabos que los dichos abbat et convento por esta razon recibiesen, dobladas; et en cabo, que finque firme et estable et valedera la dicha donacion por siempre jamas, segunt de suso es dicho. Et sobre todo esto, por mayor firmeza, por esta carta pido mercet a mio señor el rey, que mande confirmar et confirme dicha donacion, et todo lo que en esta carta se contiene, et que mande dar sobre ello carta et privilleio, et lo mande guardar, porque lo ayan libre et quito el dicho monesterio de Sant Millan todo enteramiente por juro de heredat para siempre jamas sin contrario et sin embargo ninguno segunt de suso es dicho. Et porque algunos de aquellos donde yo vengo et yo avemos tenido el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et los sus derechos et pertenencias, et avemos ende levado las rentas luengos tiempos ha en peligro de nuestras almas despues que fue dado al monesterio de Sant Millan por los dichos Lop Sanches et Yenego Lopes, ruego et pido a los dichos abbat et convento, que quiten et perdonen todo quanto ellos et yo avemos ende levado. Et nos los sobredichos don Diego Lopes por la gracia de Dios abbat del dicho monesterio de Sant Millan de la cogolla et el convento dese mesmo monesterio recebimos el dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et todas las otras cosas sobredichas con todos sus derechos et pertenencias segunt de suso dicho es, et quitamos et perdonamos de buena voluntad todo quanto vos don Lop de Mendoza et aquellos donde vos venides avedes tomado et levado del dicho monesterio de Santiago de Lancleriz et de las sus rentas et derehos, et rogamos a Dios, que vos lo perdone. Et por el bien et por almosna, que vos don Lop de Mendoza et aquellos donde vos venides fisiestes et fasedes especialmiente por esta donacion sobre dicha, nos el abbat et el convento sobredichos recebimos a vos et a las almas de aquellos onde vos venides en todos los bienes espirituales, conviene a saber en matines en primas en tercias et en sestas et en misas et en nonas et en vesperas et en cumpletas et en todos los otros bienes espirituales que oy dia se fasen, et por siempre jamas se faran en el dicho monesterio de Sant Millan, et en todos los sus logares, et en todos los otros monesterios do nos avemos compañia fasta en la fin del mundo. Et porque esto sea firme et estable et valedero para siempre, roqué et mande a Johan Gil escrivano publico por el concejo de Nagera que fisies desto, que dicho es, esta carta et la signase con su signo, et la diese a vos dichos abbat et convento. et roque a estos oms buenos que en esta carta son escriptos, que fuesen ende testigos. Et por mayor firmeza yo el dicho don Lop de Mendoza mande poner en esta carta mi seello de cera pendiente en testimonio de verdat: testigos que fueron presentes a todo esto llamados et rogados Diago Lopes fijo de don Lope de Mendoza, et Lop Diaz de Ugarte, et Johan Ruys de Villevezana fijo de Martin Ruys, et Martin Ruys de Oña, et Ruy Lopes hermano del abbat de Sant Millan, et Pero Sanches de Saliniellas, et Yeñego Ruys de Legarda, et Johan Peres clerigo de Cañas, et Johan Peres de Ollano, et Johan Sanches de Vachicavo, et Sancho Gomes de Andino criado de Ruy Peres de Sasamon, et Benito Peres escrivano de Sant Millan, et Ferrant Yvañes merino de Sant,* et Sancho Ruys de Hespuro, et Pero Sanches escrivano de Saliniellas. Et yo Johan Gil escrivano

falta: Sant Millan

Apendice 2º
Num.º 735.

Era de 1116. año de 1078. Bec. galc.º 64. b.to

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur Senior Gundisalvo Gundisalvoz una cum coniuge mea dompna Palla divino amore succensi, ac peccatorum nostrorum recordati; placuit nobis pronto corde, spontanea voluntate, ut pro anime nostre remedium commendare corpora et animas nostras in arcisterio beati Emiliani; idcirco concedimus et confirmamus ad atrio sancti predicti Emiliani presbiteri, et tibi patri Blasio abbati presenti, cum ceteris monachis ibi Deo servientibus, in Bannares nostram portionem cum suis divisis. In Villaporcariam nostram portionem cum suis divisis. In Villa Monnio-Semenoz totam nos partem cum suis divisis. Et in Rivocavato nostram ad integrum cum suis divisis. Hos ergo quatuor locos damus cum omnibus suis pertinentiis, ingressibus et regressibus, montibus, pascuis, ribulis, molendinis, vel quicquid nos usque nunc possedimus in illis predictis locis cum tali usu, sicut alii coeredes nostri in illis locis possident omnia sua cum ingenuitate et libertate. Similiter addimus illium nostrum monasterium in Villa Blacori cum omnibus suis pertinentibus, agris, vineis, exitus, et ingressus, pascuis, et in omnibus, sicuti nos possedimus, et de nostra comparatione addimus ibi, unum agrum, et illa vineam, que dicitur de tapiis, hic totum habeat Sanctus Emilianus. Tamen tali modo damus; ut dum vixerimus, nos habeamus, et qui prius de nobis mortuus fuerit; alteri in vita sua possideat, et post amborum finitionem in monasterio perhenniter maneat. Siquis autem ex nostris propinquis vel extraneis hanc nostram donationem in aliquo disrumpere, minuere voluerit; sit a Deo omnipotentem excomunicatus et confusus, et cum Judas traditore, et diabolos in inferno submersos, amen. Et insuper a parte regale persolvat decem libras auri, et quod retemtu ad regula duplatum. Facta carta in era millesima centesima decima sexta. Alfonsus rex in Spania tota. Ego Senior Gonsalvo Gondisalviz, et Dña Palla, qui hanc iussimus fieri, testes tradimus. Sennor Beila Gonzalvoz confirmans. Sennor Sancio Beilaz confr. Beila Nunnez confr. Teillo Nunnez confr. Azenar Didaz confr. Domna Maria eius filia confr.

Num.º 736.

Era 1133. Año de 1095. Rec.º got. 123. gali.º 14.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Matrona de Atiega, et meus vir Tellus Nunnez, et domnus Tellus filius noster vendidimus duas eras in Salinas tibi domno Sancio elemosinario cum suo puteo, quod est de Agaia Nunnoz iuxta alio puteum clausum de sancto Emiliano, de alia parte sunt ere de Monnio Romes de Villachones, in duodecim solidis in pretio, et in raxe accepimus duodecim argenteos. Similiter et ego cometissa de Fontes vendidi duas eras in Salinas ad te domnum Sancium priorem de Bataran monasterio cum suo dimidio puteo; pretium fuit duodecim solidis, et raxe duodecim argenteis, iuxta puteum clausum Sancti Emiliani in alia parte sunt ere Munnionis Romes de Villachones. Munnio Severez hic testis. Albarus Severez hic testis. Munius Erero hic testis. et Nunnus Sarracinez hic testis. Munius Nigrus hic testis. Domnus Albarus hic testis. Beila Scemenez hic testis. Munius Vita de Villanova hic testis. Munius Tellez de Villachones hic testis. Siquis autem ex nostris, propinquis aut extraneis hanc nostram venundationem ausus fuerit disrumpere, aut vituperare cupiens eam auferre vobis, et sancto loco; sit maledictus ab omnipotenti Domino; demumque fiat particeps cum diabolis in inferno: sicque, ad regis partem exolvat centum viginti solidos, et retentum ad regula duplatum vel melioratum in tale locum. Facta carta in era millesima centesima trigesima tertia. Regnante rege Adefonsus in Toleto, in Castella, et in Naiera.

Num.º 737.

Era de 1145. Año de 1107. Rec.º gotico 66.

In nomine Christi redemptoris nostri. Ego Albaro Dominicoz de Faiolas, et uxor mea Goto, propria nostra voluntate in presentia Blasio abbate tradimus nosmedipsos cum corpore et animas nostras ad honorem et ecclesiam Sanctum Emilianum cum omnia nos-

tra hereditate, quem ad nos pertinet de avobus, et parentes, et garantia, terras vineas, ortos, et eras, pomiferos, et in molino de Moxiana in xu. dies media vice; et in molino de Tablatiello media vice, cum omni integritate per omnia secula seculorum in Sancto Emiliano, amen. Siquis autem homo hanc nostram offertionem, quam dedimus de Faiolas relentare, minuere voluerit; sit à Deo omnipotenti maledictus et confusus, amen; et ad regis partem evolbat libra auri, et ad regula duplum. Nos, qui hec fecimus testes dedimus. Beila Didaz, et Lope Fortuniones, et Domico Didaz; et Albaro Armaiaz, et domno Martini de Moxiana, et Beila Flaginez; et Monnio Johannes, et Beila Tellez, et Albaro Juizii testes. Et ego Blasio abba hereditate, que a tibi Gotto pertinet, dono in vita tua, et post obitum tuum sit in Sancto Emiliano. Era T.CXu.*

Num.° 738.

Era 1195. Año 1157. Archivo de las monjas de Cañas.

Sub nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Lupus comes et mea uxor Enduenza, pro peccatorum nostrorum remissione, et animarum parentum nostrorum seguie, placuit nobis beniqno animo et sincera voluntate, quod facimus cartam vobis concilio de Faiola, et damus vobis sixmum forum, ut illi qui sunt integrati; unusquisque illorum det in augusto duas tabulas de cibaria suo Judici, quarum una est tritici, alia ordei cum metita de Cerexio, et singulas camelas vini in vindemias, et quatuor quatuor denarios in carne. Vidue vero in eadem tempore dent singulas tabulas cibarie, medium tritici et medium ordei, et singulas medias camelas vini, et duos duos denarios in carne. Supervenientes autem quatuor illorum dent tantum, quantum et unus integratus. Omnis hec pecta, sicut superadipimus, detur suo Judici in augusto, et in vindemiis; Judex et seniori, qui tunc dominatus fuerit illam villam. Dompno Alfonso Monnioz et eius uxore Elisabeth dominantibus

hanc villam, quando hoc actum est. Illi sunt auditores et testes. Sancius Didaci testis. Didacus Didaci de Blascori testis. Petrus Garsie de Zhamora testis. Ferrandus de Azofra testis. Petrus Blasii de Naiara testis. Didacus Alfonsi testis. Fortunius Garsie de Faiola testis. Regnante rege Sancio in Toleto, et in omni Castella. In Gallecia regnante Ferrando rege eius fratre. In Pampilona vero regnante rege Sancio horum amborum regum cognato. Lupo comite dominante Naiaram. Comite Beila dominante Granionem, et Vallem de Ogga-Castro. Lupus Momez Alcaide in Naiarensi castello. Lupus Sancii merinus comitis Lupi. Pardus et Garsias Salvatoris sunt Alcaldes in Naiarensi villa. Sancius Blasii Alcalde in Faiola. Garsea Gaceiz Judex. Gomez Simeonis Sayon. Feria V. mense novembris ante festum beati Andree. hec carta est facta. in era millesima centesima nonagesima quinta. Siquis autem ex nostris filiis, aut nepotibus, aut quilibet homo hoc factum fringere, disrumpere voluerit; sit a domino Deo maledictus et confusus; et cum Juda Domini traditore eternas in inferno inferiori luat penas, et etiam habeat maledictionem, quam habuerunt Datan et Abiron, quos terra vivos obsorbuit. Et hoc factum sit stabile et eternum; quatinus memoria et oratione omnium hominum illius ville mereamur adipisci gaudia eterne vite. Factum est hoc in anno, quo imperator Alfonsus totius Ispanie migravit ex hoc seculo. Ferrandus Sancti Emiliani prior et monacus me fecit.

Num.º 739.

Era 1207. Año 1169. Archivo de las monjas de Cañas.

Divino Libamine seu [illegible]ina maiestas imperiale. Ego comes Lupus simul cum coniuge mea comitissa domna Aldonza, nullo cogente imperio, nec suadente ingenio, sed propria et spontanea voluntate damus atque concedimus Deo et Sancte Marie de Faiola et vobis sororibus ibi servientibus, et omnibus successoribus vestris illam azeniam cum suo orto, que fuit de Cidello filio de Favivi Even-

danon, pro animabus nostris vel parentum nostrorum, seu omnium defunctorum, ut Deus tribuat illis remissionem omnium peccatorum, &c.
Et habet allatañeos ipsa azenia et ipse ortus, que sunt iuxta palacium regis in barrio Sancti Jacobi; et ex parte orientis illum rivum qui vocatur Nazalella, et illos molinos qui dicuntur de Maria Ferrera; et ex parte occidentis illum rivum qui vocatur merdanil; qui vadit inter ipsum rivum, et ortum, et ecclesia Sancti Jacobi de palacio regis; ex parte aquilonis et ipsum barrium Sancte Marie; et ex parte meridie illos molinos de don Remiro. Ut ab isto die et deinceps possideatis et habeatis iure hereditario vos sorores Sancte Marie de Faiola, et omnes successores vestre ipsam azeniam et ipsum ortum suprascriptum per cuncta secula, amen.
Siquis (siguen las imprecaciones &c.) Facta confirmatio huius scripture sub era millesima ducentesima septima, mense ianuario. Regnante Ildefonso rege filio regis Sancii in Toleto, et in tota Estrematura, et in Burgis: dominante sub eo in Nazara comes Lupus. Alcaat in ipso castello don Calvet, frater comitis. Alcaldes domnus Stephanus et domnus Martinus. Merino Garcia Stephanez; et Merinus de Sancta Maria Petrus Garciez. Saiones Dominicus Navarro et Martinus Coxo; et de Sancta Maria Saion Arnaldet Escazan(1) Domnus noster archiepiscopus Toletanus nomine Cerebrun confirmans. Episcopus Petrus Burgensis confir. Episcopus Rodericus Calagurritanus confr. Episcopus Pampilonensis confr. Abbas Garcia sancti Emiliani confr. Abbas Vallisvenarie Johannes confr. Abbas Sancti Dominici confr. Prior Sancte Marie de Nazara confr. Johannes capellanus Nazare confr. Abbas fraternitatis clericorum confr. Dominicus Prior Sancti Jacobi concedit = Et de bonis hominibus de Nazara sunt testes. Meus Cit, Petro Fortis, et alius Cit Petrus Belasquez, et Johannes Ansariot, et frater eius Pascal, et Petrus Marques, et Garcia Pitella, et don Apparicio, et Dominicus Carucho, et Petrus Druas, et Johannes Malgarnit, et Stephanus Basilio, et ille Ferrer, et Martin Joldon, et frater eius Bonet, et Sancius Cabrero, et domnus Dominicus filius de Maria Sanz, et domnus Simeo presbiter = Rex Sancius in Pampilona confirmans. Rex Ferrandus in Gallicia confr. Comes Lupus manu propria confirmat. Comes Nuno confir. Comes Petrus confr. Comes Albarus

(1) en medio de los testigos y confirmantes esta el signo: q dice = hoc est signum Salomonis quo sigillavit demones in puteo =

confr. Comes Gomiz confr. Comes Poncius confr. Gonzalvus Rodiz concedit. Petrus Martinez de Torres confir. Sancius Garcez de Salcedo concedit. = Didagus Alfonso maiordomus confr. Domnus Bernaldo confr. Domnus Lupus frater eius confr. Garcia Tazon confr. Lop de Davalos et frater eius Symeon Diago Lopez. Lop Lopez confr. Petrus Garciez de Villa-alfovar confr. Garcia Lopez confr. Petro Semenez confr. Rodericus Semenez confr. Petro Petrez confr. Ego Julianus Cartam exaravi et hoc Signum confirmans Signavi.

Num.º 740.

Era 1209. año 1171. á 20 de Junio. Archivo de las Monjas de Cañas.

Cum omnipotentis Dei benigna providentia cuncta creata consistunt, et eius miseratione universa celestium, terrestrium, et infernorum solerti evigilantia, et toti mentis studio providere debet homo, quo cunctis prelatus creaturis esse videtur; qualiter placeat pio conditori, a quo omnia bona sibi donata cognoscit, et sine quo nichil esse potest. Omnipotentis enim gratia et arbitrio conditi, in tantum ad amorem sue dilectionis

forte: recipere } recibere dignatus est, ut non auro vel argento, sed sanguine precioso dilecti filii sui a diaboli potestate, in qua detinebamur, redimeret, et

forte: chirografo } deleto Cirographo, peccatorum nostrorum, coheredes nos efficere sui regni, et velut Karissimos filios diligens, cotidie nos invitans, clamat dicens: venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Atque activam vitam iubens relinquere, in contemplativam querere, evangelica admonitione instruens dicens: qui relinquerit patrem vel matrem, fratres aut sorores, filios, aut domos, agros, vel omnia que in hoc mundo possidet, propter me; centumplum accipiet, et vitam eternam possidebit. Cuncta enim, que in sacris et evangelicis continentur, scriptis nos instruunt dimittere terrena, et amare celestia, odire mundum, et amare Deum: ut ait beatus apostolus Paulus: quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per pacientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Huius itaque memor precepti, et multimodis christi doctrinis instructa ego comitissa Domna Ermolza veram et individuam fidem credens Deo patri omnipotenti, et Jesu Christo, filio eius, inspirante Spiritu Sancto; omni devotione mentis et corporis decrevi cervices meas sub-

dere lenissimo Christi iugo, et pro affectu et obedire, ut ipse michi posse dederit, qui Sanguinem suum pro omnibus effudit, et a mortali noxa originali peccato inundatos, patri suo reddidit conservandos. Trado namque me, et comendo in ecclesia Sancte Marie de Cannas, quam comes Lupus maritus meus in proprio solo fundavit, et ibi Santimoniales, ut sub regula beati Benedicti vivere instituit; atque de hereditatibus et possessionibus suis in tantum eis contulit, ut gratia Spiritus Sancti cooperante, regulariter possit currere stadium huius active vite, ut in futuro valeam bravium felicissime spei impetrare. Offero itaque et firmiter concedo ego comitissa domna Endolza adquissitiones, et comparationes omnium hereditatum, quas cum marito meo comiti Lupo adquisivi, et comparavi, supradicte ecclesie Sancte Marie de Cannas, atque omnibus Santimonialibus ibi fideliter Deo servientibus in perpetuum iure hereditario, et hoc facio consilio et voluntate omnium filiorum meorum, et in hoc privilegio inserere iubeo. In primis dono et offero supradicte ecclesie beate Marie de Cannis in territorio Naiarensi in ipso pago, quod vocatur Lasadovas unam vineam (Sigue haciendo relacion de otras posesiones con sus surcaños y diferentes aceñas ó molinos situados en las cercanias de Naxera). Item dono et confirmo sicut superius scriptum est illos collazos cum suo barrio, qui fuerunt de domna Alvira sorore regis Garcie cum su cesu in una quaque domo. Domus Marie mulieris Sancii piscatoris debet sex solidos (Sigue relacionando hasta once casas; y con otras posesiones donadas en Tricio asi de heredades como de casas, q.e pagaban dho censo, y ultimam.te otras posesiones en terminos de Naxera). Y á estas siguen las imprecaciones &.a = Ego vero cometissa domna Endolza, qui hoc privilegium fieri iussi, testes et confirmatores ad roboradum trado, quorum talia asseruntur nomina. Didacus Aldefonsus confr. Petrus Garceiz confr. et frater eius Rodericus Semenez confr. Meo Cith Petro Blasquez confr. Garcia Sobrino confr. (Siguen hasta quince mas) = Didacus Lopez filius comitis confr. Rodericus frater eius confr. Garcias frater ipsorum confr. Corbaran confr. Sancius frater eius confr. Fernandus Gonsalvus de Isla confr. = Rodericus Calagurritanus sive Naiarensis episcopus confr.

Imbertus prior Naiarensis, atque camerarius cluniacensis confr. Didacus Archidiaconus Naiarensis confr. Sancius Archidiaconus Alavensis confr. Johannes capellanus Naiarensis confr. Dominicus prior Sancti Jacobi confr. = Garcias Abbas Sancti Emiliani confr. Arnaldus Archidiaconus de Berberigo confr. Petrus Abbas Sancti Dominici confr. Magister Guillelmus episcopi capellanus confr. Petrus et Martinus capellani comitisse confr. Facta carta huius donationis et confirmationis sub era millesima ducentesima nona, duodecimo Kalendas iulii. Regnante Aldofonso rege filio regis Sancii in Toleto, in Estrematura, in Castella, in Burgis, in Naiera atque in Galagurra. Sub eo dominante Naiara Petro Roiz. Discurrente iudicio Petro per Martinum Blasquez et Johannem Abbat.

Forte: Calagurra.

Num.º 741.

Era de 1212. Año 1174. en Sep.e Archivo de monjas de Cañas.

In Dei nomine et eius gratia. Ego Comitissa Domna Aldonza pro amore Dei, et Sancte Marie, et pro anima mea, et pro anima comitis Lupi, et omnium parentum meorum dono atque concedo Deo et Sancte Marie de Cannas, et vobis Abbatisse Domna Anderquina, et omnibus sororibus vestris Deo servientibus totam illam hereditatem de Riba-roia, et de Font-maior, scilicet casas et terras et vineas et ortos, populatum et heremum, et quantum ibi habeo vel habere debeo ex parte comitis Lupi, et ex parte mee matris, totum dono vobis atque corroboro, ut sit liberam et quietam vobis per cuncta secula, amen. Quod si aliquis homo (Siguen las imprec.s). Et de hoc facto vel adfirmato sunt testes. Comes Nunno confr. Comes Gomiz confr. Comes Belasius confr. Petrus Roiz, qui es dominus de Nazara confr. Gonzalvus de Marannon confr. Garcia de Escanno confr. Gomiz Garciez de Roda confr. Ordon Garciez et Garcia Garciez confr. Lop Diaz de Mena confr. Don Lop de Fridas confr. Martin Lopez, et don Rabinaldo confr. Et meo Cit Petro Blasquez confr. =

Rex Aldefonsus Cartelle confirmat. Rex Ferrandus Gallicie confir. Rex Sancius de Navarra confir. Episcopus Rodericus Calagurritanus confir. Episcopus Petrus Burgensis confir. Abbas Ferrandus Sancti Emiliani confir. Prior Richardus Sancte Marie de Nazara confir. Semeno Garcior de Leiva concedit. Petrus Zamora concedit. Petrus Semenez concedit. Rodericus Semenez concedit. Fortun Sanz de Colanana concedit. Iustado de Daroca concedit. Petrus Garcier de Teresa concedit. Et si aliquis ex filiis comitis Lupi voluerit hanc hereditatem subscriptam recuperare, donet primitus quintam partem de decem milia morabitino Abbatisse vel omnibus Sororibus Sancte Marie de Carnas sine ulla perturbatione. = In Dei nomine et eius gratia. Similiter ego comitissa Domna Aldonza, pro anima comitis Lupi, et anima mea, vel parentum meorum dono atque concedo Deo, et Sancte Marie de Carnas, et vobis Abbatisse Domne Undorquine et omnibus Sororibus ibique Deo servientibus illam medietatem de illa hereditate de Zarraton, quam adquisivit ibi cum meo marito comite Lupo, scilicet, casas, et terras, et vineas, ortos, prados, culta et inculta, et quantum ego ibi habeo, vel debere debeo, dono et corroboro, ut sit illam hereditatem vobis liberam et quietam, per cuncta secula, amen. = Similiter ego Sancia Lopez dono atque corroboro illam meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse Domne Undorquine et omnibus Sororibus de Carnas, ibique Deo servientibus, ut sit vestra libera et quieta, per cuncta secula, amen. Et ego Comitissa Domna Ulencia similiter dono et corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse Domne Undorquine, et omnibus Sororibus Sancte Marie de Carnas, per cuncta secula, amen. Et ego Vzaca Lopez similiter dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse Domne Undorquine et omnibus Sororibus Sancte Marie de Carnas, ut sit vestra, per cuncta secula, amen. Similiter ego Aldonza Lopez similiter dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse Domne Undorquine et omnibus Sororibus Sancte Marie de Carnas, per cuncta secula, amen. Et ego Rodericus Lopez dono atque corroboro meam partem de illa hereditatem de Zarraton vobis Abbatisse Domne Undorquine et omnibus So-

roribus Sancte Marie de Cannas, ut habeatis eam liberam per cuncta secula, amen. Et ego Elvira Lopez similiter dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse domne Anderquine et omnibus sororibus Sancte Marie de Cannas, ut habeatis eam quietam per cuncta secula, amen. Et ego don Garcia Lopez dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse domne Anderquine et omnibus sororibus de Cannas per cuncta secula, amen. Et ego Stephania Lopez monaca dono et corrobro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatissa domna Anderquina et omnibus sororibus de Cannas per cuncta secula, amen. Et ego Tota Lopez dono et corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse domne Anderquine et omnibus sororibus de Cannas, ut sit quieta per cuncta secula, amen. Et ego Maria Lopez dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton vobis Abbatisse domne Anderquine et omnibus sororibus de Cannas per cuncta secula, amen. Similiter et ego Diago Lopez dono atque corroboro meam partem de illa hereditate de Zarraton Deo et Sancte Marie de Cannas et vobis domne Anderquine et omnibus sororibus vestris, ut habeatis eam quietam per cuncta secula, amen. Et de hoc facto vel adfirmato sunt testes. Semeno Eneguez. Petro Garcez de Villa-alfovar. et Rodericus Aznarez, Martin Gonzalvez. Martin Lopez. Garcia Arana: et de laicis et clericis don Lop. et Jacobe, Gonzalvo de Ferrameluri. Petro Gonzalvez, et Vrtissa. Eneco Jaquez. Juste. Et de Cidamon dominus Dominicus et don Lope clerici. Sancho Ferruz, et Semeno. Facta carta sub era millesima ducentesima duodecima, mense septembrio: quando rex Aldefonsus erat in terra de rege Sancio Navarre. Regnante eodem rege Aldefonso in Toleto, et in tota Strematura, in Burgos, et in tota Castella, in Naiara usque in Calagurra, et transivit iberum res Aldefonsus cum magno exercitu, et debelavit cum eo, et vincit eum, et destruxit totam terram suam eodem tempore. Dominante Naiara Petro Roiz gener comitis Lupi. Alcaat in illo castello Garcia Sobrino. Merino Lop Cellarius. Alcaldes Martin Belasquez, et

La prim.ª memoria, en q.e se espra reyno de Navarra.

Johannes Abbat: Saiones Martin Coxo, et Guille Cotorniz. Ego Julianus, qui hanc cartam exaravi, hoc signum confirmans ✝. Signavi.

Num.º 742.

Era de 1224. Año de 1186. Bec.º gotico 150. 8.to galic.º 211.

